GRAECUM
LEXICON
MANUALE,

PRIMUM

Hederick (B.) K

A *BENIAMINE HEDERICO*
INSTITUTUM,
POST REPETITAS *SAM. PATRICII* CURAS,
AUCTUM MYRIADE AMPLIUS VERBORUM,
INNUMERIS VITIIS REPURGATUM, PLURIMISQUE
NOVIS SIGNIFICATIBUS VERBORUM LOCUPLETATUM
CURA
IO. AUGUSTI ERNESTI,
NUNC DENUO
RECENSITUM, ET QUAMPLURIMUM IN UTRAQUE
PARTE AUCTUM
A *T. MORELL*, S.T.P. THESAURI
GRAECAE POESEΩS, nuper editi,
AUTORE.

LONDINI:
Excudit H. WOODFALL,
Impenſis, H. WOODFALL, J. BEECROFT, C. BATHURST, J. RIVINGTON, J. POTE, J. HINTON, R. BALDWIN, L. HAWES, W. CLARKE & R. COLLINS, R. HORSFIELD, W. JOHNSTON, E. JOHNSON, T. CASLON, S. CROWDER, T. LONGMAN, B. LAW, J. FLETCHER & Co. C. CORBETT, R. WARE, W. GINGER, T. CADELL, & M. RICHARDSON.
M. DCC. LXVI.

BRITISH MUSEUM

AUSPICIIS

CELSISSIMI PRINCIPIS

FREDERICI

EPISCOPI DE *OSNABURG*,

Nova hæc LEXICI *HEDERICIANI* Editio,

(IN USUM ET COMMODUM COMMUNIS JUVENTUTIS CONCINNATA)

PERMISSA EST,

SUMMA CUM OBSERVANTIA CULTUQUE

DEVINCTISSIMI EDITORIS

T. MORELL.

BRITISH MUSEUM

M. BENJ. HEDERICI

PRAEFATIO.

ALTERUM hoc Lexicon eſt, *Lector benevole*, quo juventuti bonarum artium ſtudioſae commodare ſategi. Graecum, ut vides, illud eſt, et, velut priori diſciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quae Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus ſum anniſus : ita hoc, quod jam exhibeo, literas in primis Graecas adjuvare ſtudui. Neque vero operam hanc, ut quidem confido, praeter rem neceſſitatemque ſuſcepiſſe jure exiſtimari potero. Etenim, quae Linguae Graecae cum praeſtantia ſit, tum utilitas pariter atque ad omne propemodum ſtudiorum genus neceſſitas, ab aliis jam oſtenſum eſt pluribus, et, quam adeo Lexicon, quo illa contineatur, ſatis idoneum Scholis adhuc deſit, experiuntur idemtidem, quibus hanc eruditionis partem tradere juventuti incumbit. Quotquot enim hujus generis libri exſtant, vel mole ſua uſum ſufflaminant ſui, vel jejunitate, qua laborant, ſaepius deſtituunt paullo ſerius literis Graecis operaturos, vel ordinis etiam implicatione linguae adhuc minus gnaros plus juſto fatigant, efficiuntque haud raro, ut tot illi tantiſque difficultatibus praepediti non ſine indignatione ac taedio in hoc ſtudiorum genere verſentur.

Singulas igitur illas, quantum quidem fieri potuit, amoliturus ante omnia, librum in tres Partes diſpeſcui, Hermeneuticam ſcilicet, Analyticam, atque Syntheticam : primaque adeo illa, quae ad intelligendos omnis generis ſcriptores, quos antiquiora quidem tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam concludere allaboravi, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vaſtum ſatis, ſuffecturam omnino putavi. Certe, quae ex ingenti Henrici Stephani Theſauro volumine ſatis etiam grandi Joannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam ſuppeditavi. Quin immo ipſorum non ſolum numerum, ſed in primis etiam, quas obtinent, ſignificationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leighio, Scriptoribuſque ſimilibus aliis non parum hinc inde adauxi. Ac veluti has pro ea, qua differunt, varietate ſuis fere diſtinxi numeris, clarius ita ordinatiuſque, ut ſpero, ſe oblaturas cuique : ſic Voces potiſſimum ipſas ordine, quem vocamus, alphabetico diſponere viſum eſt. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces derivatae primigeniis, compoſitae ſimplicibus ſubjiciuntur, non ignoro, neque me praeterit etiam, quantopere eum in Stephano aliiſque dilaudent bene multi ; ſed non aeque tamen intricatus hic alter eſt, longeque omnino facilius linguae nondum ſatis peritis Vocabula, quae inquirunt ipſi, ſubgerit. Et, ſi omnino ad indagandam genuinam Vocis poteſtatem momenti maximi eſt, noſſe originem ejuſdem, ſingulis etiam Vocabulis hanc ſubjeci, ut adeo nec adminiculo iſto, neceſſario certe ad feliciorem cujuſvis Scriptoris interpretationem, deſtitutos Lexico hoc uſuros conqueri poſſint, qui ordinis naturalis laudem id atque virtutem ferme praecipuam habere ſolent.

Veluti autem haec primae Lexici hujus Partis ratio eſt ; ita altera illa, cui Analyticae ut dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui conſuevimus, reſoluta complexus ſum, quae difficultatibus ſuis, ſive a Dialecto aliqua, ſive aliunde ſubortis ſolicitare tironum patientiam poſſunt. Eſt certe eadem haec opera, quae liberalius paullo a Schrevelio juventuti navata, ipſum tam acceptum huic reddidit, ut unus fere ex ſui ordinis Lexicographis in Scholis huc uſque locum vindicaverit ſibi. Ac tametſi non deſint, qui eamdem ignaviae potius ſubſidium habeant, quam ut emolumenti quidquam juventuti illam credant adferre, eo quod haec a penitiori Grammatices ſtudio, ad quod tamen potiſſimum ſolidior linguae cognitio redit, ea ipſa plerumque avocetur : attamen, qui rectius juſtiuſque rem expendunt, ſatius utique exiſtimant, velificari nonnihil diſcentium a labore moleſtiore averſioni, quam quidem committere, ut miſeri ſuccumbant inſcitiae ſuae, vel etiam, quod ſaepius uſu in Scholis evenire videmus, difficultatibus his abſterriti linguae pulcherrimae ſtudium plane abjiciant. Ne igitur habeant, quod et ipſi ſuo quaſi jure deſiderare poſſint, etiam hac in re illis deeſſe nolui. Quin potius non ſolum Vocabula prope omnia, quae Schrevelius ex appendice Scapulae Lexico ſubnexa, Paſoris in Heſiodum Indice, aliiſque hujus commatis operibus attulit, in Partem hanc alteram conjeci : ſed ea quoque ex Jo. Vorſtii Veterum Poëtarum Graecorum Poëmatis, Celeberrimi item Viri, Dn. Jo. Davidis Schreberi, Hortulo Graeco ex omnibus

bus Plutarchi Operibus adornato, et Clariſſimi Dn. Hieronymi Freyeri Faſciculo Poëmatum Graecorum, libellis vere aureis atque ad perdiſcendam Graecam linguam accommodatiſſimis, paſſim locupletavi. Attamen, ne nimis etiam indulſiſſe diſcentium inertiae videri poſſim, ſatis habui, digitum in cibum hunc intendere, praemanſum vero ipſum atque tantillum laboris recuſantibus, ut eumdem ſumere ipſi dedignentur, inſerere in ora utique ſuperſedi.

Tertia libri Pars, quae Syntheticae titulum praefert, iis deſtinata eſt, quibus Latina ſermone Graeco, eoque proſaico, reddere collibet, adjutuſque a Scriptoribus laudatiſſimis, Benzio, Poſſelio, Devario, Scheidio, aliis; hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, ſuis fere ubique auctoritatibus munitum, ſubgeſſi; qui, niſi me omnia fallunt, ad inſtitutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe uſui hodie eſſe ſolet, abunde ſuppeditabit. Et, ſi omnino contingat, ut quaedam adhuc deſideres, ea tamen forſitan haec erunt, quae omiſſa facile pati, vel iis etiam, quae allata ſunt, compenſare non incommode poteris. Ita quippe ſaepius Nomina illa a Verbis deducta, qualia ſunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix*, et ſimilia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, et quae ſunt hujus generis alia, fruſtra hic quaeſiveris. Praeterquam enim quod magna eorum pars ipſa civitate Latina deficitur, adeoque ſola formationis innititur Analogia, certe, ſi Graece eadem reddenda ſunt, alia fere per Participia, alia per Infinitivos Verborum, a quibus deſcendunt, tuto enunciari poſſunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipſius Demoſthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem*, προσᾴδουσαν, et *Accumulationem*, qua ipſum in primis accumulandi actum ſignificat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam ut nomina vel plane nova confingas, vel ſua etiam carentia auctoritate uſurpes. Quumque adeo haec talia a Verbis allatis, ſi quidem ipſis opus ſit, nec ſuo iſta loco reperiantur, formare perquam ſit facile, operae chartaeque tanto juſtius eorum me omiſſione peperciſſe arbitror, quo magis Lexicon hoc manus jam implet, nomenque ſuum paene excedit. Nec alia quoque cauſſa fuit, cur Nomina etiam, quae propria Grammatici vocant, omiſerim, utpote quae ipſa quoque facile Graece efferri poſſunt, dummodo ex Grammatica conſtet, quae literarum utriuſque linguae natura ſit atque cognatio. At vero, quod in Prima praecipue Parte nec Auctores addiderim Vocibus, nec locutionum etiam, quas hae ex ſe progignunt, ſubjecerim exempla, forſitan mirabuntur, qui ex his propemodum ſolis Lexici perfectionem aeſtimare ſolent. Sed et his adferendis locus plane defuit. Nec vero etiam video, ſi vel maxime ipſe ſuppetiviſſet, ecquis eorum in Lexico hermeneutico ſit uſus. Sua enim Scriptori cuivis interpretando auctoritas ſufficit, et, qui ex Vocum ſignificationibus tam diſtincte copioſeque ſubminiſtratis ſenſum effati alicujus Graeci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non inſtructum, vel rei, quam continet illud, prorſus ignarum eſſe oportet. Secus ſtatuendum eſſe de Lexico ſynthetico facile largior, quum Graece ſcripturus utique non ſolum de Vocis, qua uſurus eſt, probitate, ſed et de Conſtructionis, qua gaudet eadem, ratione certus eſſe debeat. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, ut ne facile in Tertia hujus libri Parte Vox aliqua ſine auctore ſuo compareat, vel Conſtructionis etiam exemplum non habeat adjunctum. Quod ſi tamen vel hic etiam alterutrum, immo utrumque deeſſe nonnumquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugiſſe non inficior, licet de bonitate ejus Lexicographorum ſaltem praeſtantiſſimorum auctoritas dubitare me non ſiverit; Conſtructionis vero modus ideo a me neglectus eſt, quod Regulas ille notiſſimas atque adeo Graecae etiam Linguae cum Latina communes ſequatur.

Atque haec fere ea ſunt, *Lector benevole*, quae te ſcire, e re tua, immo et mea eſſe exiſtimavi. Tute labori etiam huic meo, ſi merebitur, fave: ſin minus, eum ante ne damna, quam cogitaveris, contingere haud raro, ut tuo arbitrio ſtare non poſſis. Vale.

23 MA 64

Expoſitio Notarum, quæ in priore Lexici hujus parte inter alias occurrunt.

Gl. V.	Gloſſaria Veterum a Labbeo edita.
Ph.	Philoxenus, Gloſſographorum facile princeps.
Lex. Gr.	Lexicographi Græci, Heſychius, Suidas, auctor Etymologici magni, Varinus, Phavorinus.
Heſ.	Heſychius, Alexandrinus.
Suid.	Suidas.
Etym.	Etymologicum magnum.
R.	Gulielmus Robertſonus, Anglus.
Suic.	Jo. Caſp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipſis, non conſtat; quum e contrario Philoxenus et Gloſſaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas eaſque aptiſſimas vocum ſignificationes ſuppeditant, quæ alibi non facile ſunt obviæ.

LECTORI ſalutem SAM. PATRICK.

DE operis ſui natura et uſu auctor jam ſatis, ut opinor, dixit; quae autem a me praeſtita fuerint, paucis accipe. Cum multi typographorum errores in peregrinam irrepſiſſent editionem, id mihi in primis curae fuit, ut quam emendatiſſime haec excuderetur. Quandoquidem autem auctor in tres partes librum ſuum diviſerit, in harum prima multas locutiones Graecas, quibus ineſſe aliqua difficultas videretur, non ſolum adjeci, ſed, quanta licuit brevitate, etiam explicui. Praeterea Verborum conſtructionem, eorum ſaltem quae frequentiori ſunt in uſu, optimorum ſcriptorum teſtimoniis confirmavi, ipſis auctorum locis, poëtarum praecipue, quantum ratio operis ſinebat, indicatis. Et quamvis auſim affirmare hunc librum antea tum copia verborum, tum accurata eorum interpretatione, longe omnes alios ejuſdem molis praeſtitiſſe; ſeptingenta tamen nova ad minimum addidi, quorum pleraque vix in aliis lexicis occurrunt. Horum autem maximam partem Longinus, Ariſtophanes, Lucianus, et Marcus Antoninus; nonnulla vero Sophocles, Euripides, Lycophron, et alii ſuppeditavere. Secundam partem plurimis vocibus cum apud Schrevelium, tum apud noſtrum, omiſſis, ex Homero praecipue locupletavi. Denique, in tertia parte, cum hoc omnibus aliis Lexicis adhuc in lucem emiſſis, non verborum tantum, ſed et locutionum copia antecellat, pauca admodum, nonnulla tamen, quae mihi inſigniora viſa ſunt, adjeci. Quanquam autem additiones ſupra memoratae, ut forma libri mutaretur, neceſſarium fecerint; *Manualis* tamen retinui titulum, ne novo nomine novum opus edendi laudem potius affectaſſe, quam ſuam auctori conſervandi propoſitum habuiſſe viderer.

Haec ſunt, quae de priori noſtra editione habui dicenda; quae autem in hac altera praeſtiterim, jam breviter oſtendam. Cum viri quidam eruditi, ludorum moderatores, de priori hujus operis in tres partes diviſione querebantur, quod ea imperitioribus eſſet impedimento, dum in una diverſas alicujus vocabuli ſignificationes, in altera vero reſolutionem ejus grammaticam petere cogerentur; nunc duae priores partes conjunctim diſcentium gratia exhibentur.

EX PRAEFATIONE

IO. AUGUSTI ERNESTI.

IN cauſſis, propter quas tam pauci ad linguae graecae vel mediocrem ſcientiam perveniant, Moſes Solanus * jure numerat vitia Lexicorum, quibus puerilis aetas utitur. Eorum duo maxime impediunt verum verborum intellectum. Primum eſt, quod ſignificationes ſaepe numero vel prorſus alienae verbis tribuuntur, vel parum accurate diſtincteque traduntur: alterum, quod tam pueriliter atque inepte latinis vocabulis exprimuntur graeca, ut intellectus impediatur potius interpretando, quam adjuvetur. Quod fit maxime, hanc ob cauſſam, quod interpretatio nimis etymologiae rationibus accommodatur, neglecto uſu loquendi, qui ſolus in hoc genere dominatur, in primis in compoſitis ex praepoſitione una pluribuſve, in quibus incredibile dictu eſt, quam pueriliter peccetur, item ex εὖ, φίλος aliisque. Talibus igitur erroribus, vitiis ineptiiſque

cum

---

* In praef. ad Plutarch. Briani.

cum plena ſint Lexica vulgaria, quae ſunt in tironum manibus, nec ultra ea plerique ſapiant, qui in Scholis literas graecas docent, mirum eſſe non poteſt, ſi tam pauci bene proficiunt in eo genere literarum, nec plus conſequuntur plerique, quam ut graecorum ſcriptorum orationem poſſint ad verbum, ſcilicet e ſui quiſque Lexici praeſcripto, latine interpretari, h. e. ut non modo nihil intelligant, cum interea ſe credant intelligere, ſed etiam ipſos ſcriptores graecos ſtultiſſimos putent, vehementerque contemnant.

Hoc tantam malum potuiſſet caveri, ſi ab initio viri excellenti graecarum literarum ſcientia praediti, voluiſſent ſe demittere ad hanc curam, ut tironibus in eo genere conſulerent, nec eos imperitis hominibus per talia Lexica corrumpendos permitterent. Sed dum ii hujus laboris moleſtiam defugiunt, eumque nec ſua doctrina dignum, nec ſatis ſibi honeſtum putant, invadunt eam provinciam homines imperiti, inſcitiaque ſua plus nocent literis, quam illi deinde exquiſita ſua doctrina prodeſſe poſſunt. In quo graeca lingua inprimis iniqua fortuna uſa eſt. Nam latinae quidem literae cum inſtaurari coepiſſent, ſummi homines, Eraſmi, Camerarii, Melanchthones, aliique, non dubitarunt cauſſam ſuſcipere tironum, et plures libellos edere, quibus ii, vel ad intelligendum latine, vel ad ſcribendum adjuvarentur: neque ea res ipſis dedecori, ſed inprimis honeſta, juventuti autem maxime utilis fuit. Vere hoc me puto affirmare: ſi quis vel iſtorum, vel ex eo ordine, pari cura complexus graeca, Lexicon in tironum uſum confeciſſet, in quo graeca verba primum accurate, deinde perſpicue, hoc eſt, bene latine (neque enim ullo modo perſpicuitas eſſe poteſt interpretationis ſine puritate ſermonis ejus, quo in interpretando utaris, ſemperque ſub illa ad verbum, ſive potius ad etymologiam verborum, facta male latina interpretatione latet inſcitia ſenſus), denique ex uſu loquendi optimorum ſcriptorum, non e verborum notatione, ſi quis ergo hoc facere ſuſtinuiſſet, non dicam plus gloriae conſecutus eſſet, ſed multo plus literis graecis profuiſſet, quam doctiſſimis in quemvis ſcriptorem commentariis, quos non niſi doctiores legerent, quibus pleraque dudum ipſis nota ſatis et perſpecta fuerant. Etenim, in omni genere diſciplinae, quis neſcit, quantum referat, ſtatim ab initio veris et accuratis notionibus imbui? Quam deinde non modo paucis contingit, ut male percepta dediſcendi facultas detur, ſed quam pauci eo ſunt vel ingenio ut facile poſſint, vel animo, ut velint, falſa et prava dediſcere. Nimis firmiter coaleſcunt teneris inſita animis, nec facile avelli poſſunt, et quae pueri arripuimus, ea fere ita amplectimur atque tenemus, ut nobis eripi vix patiamur. Mihi quidem, quoad literas docui, plus prope laborandum, plus certe moleſtiae exhauriendum fuit in expugnandis male ſuſceptis prima pueritia opinionibus, dedocendiſque ac detrahendis perverſis verborum notionibus, quam veris tradendis atque explicandis.

Itaque cum rogatus eſſem, ut Hedericiani Lexici Graeci, quod nunc maxime verſatur in manibus tironum, putaturque eſſe in hoc compendiario genere optimum, ejus igitur ut recencenſendi curam ſuſciperem; eam provinciam, quanquam duram et taedii plenam defugiendam non putavi, qui vitiis ejus, et ortis inde apud tirones noxis, ſaepe doluiſſem, iiſque tollendis, omninoque opere illo emendando locupletandoque, plurimum adjumenti me allaturum diſcentibus putarem. Non is ego ſum, cui aut jucundum, aut adeo opus ſit, de aliis detrahere, et hac via ad famam contendere. Melioribus artibus laudem parare didici. Itaque non libenter dico, quod praeſens inſtitutum dicere cogit: Hedericum illum, virum bonum cetera et laborioſum, ſed graece doctum, et ad tale Lexicon rite conficiendum ſatis a lectione graecorum ſcriptorum inſtructum non fuiſſe. Totus ille, id quod per totum opus obſervare licuit, e Scapula aliiſque vulgaribus Lexicis pendebat, tot praeclaras doctorum hominum de verbis plurimis, poſt Stephanum et Scapulam, obſervationes ignorabat, nec ipſe e lectione ipſorum ſcriptorum meliora didicerat. Itaque non modo totidem verbis e Scapula in ſuum Lexicon retulit verborum interpretationes parum idoneas aut perſpicuas, ſed ſubinde etiam ne aſſecutus quidem eſt ejus aliorumque Lexicographorum mentem, vitiiſque operarum ſe decipi paſſus eſt: unde manarunt innumera peccata. [*Aliquot exempla Cl. autor protulit, ſed haec apud illum quaerenda mitto.*] Jam incredibile dictu eſt, quam ſaepe, quam abſurde interpretatus ſit, plerumque poſt alios, verba compoſita ex ἀμφὶ, ἐκ, ζὺν, παρὰ, ὑπὸ, παρὰ, περὶ, πρὸ, &c. exprimens has praepoſitiones e vulgari ſignificatione, non ex uſu ſcriptorum in verbo quoque; in quo ſane eſt mira varietas. Idemque notavimus in aliis generibus compoſitorum. Φιλότμητος eſt ineptum Nonni verbum in Johannis μεταφράσει; ſed id ineptius vertitur in Scapulae Lexico *ſectionis amans, inciſione gaudens*, ſequaci Hederico. Similterque peccatur in verbis compoſitis Poetarum, inprimis tragicorum; quorum vim ex illis interpretationibus nemo adſequatur. Illud quoque parum ſcienter factum erat, ut ſignificationes πολυσήμων parum recte digererentur atque ordinarentur, activa et media, eorumque ſignificatio, itemque temporum ſignificatio diverſa, cum v. c. praeſens activam, aor. 2. neutram vim habet, &c. non diſcerneretur; quod hodie in Lexicis ferri non poteſt, cum ſit ad accuratam linguae graecae ſcientiam ſcriptorumque intelligentiam perneceſſarium.

Enimvero haec et alia omnia correcta ſperabam me reperturum in editione *Sam. Patricii*, Scholae Carthuſianae apud Londinenſes Hypodidaſcali, qui Hedericianum Lexicon bis recoxit, et magnam diligentiae laudem apud ſuos (vid. Scott. praef. ad Append. Steph.) etiam apud exteros tulit: praeſertim qui in praefatione dicat, ſe diligenter hoc opus correxiſſe, vivatque in inſula ea, quae ſibi graecarum literarum principatum vindicare videtur, in qua graece doctiſſimi homines paene naſci videantur: adeo mature ibi omnes graecos ſcriptores vel difficillimos intelligunt et emendare poſſunt. Sed omnia alia deprehendi, intellexique, Patricium Britannum non plus in Graecis poſſe Hederico Germano. Hujus quidem peccata fere omnia ſanctiſſime conſervata ſunt eaque novis aucta.

Prima igitur nobis cura fuit, ut talia peccata tolleremus, corrigeremuſque, ſi quid parum vel recte, vel accurate, vel perſpicue ſcriptum eſſet in ſignificationibus vocabulorum tradendis. In quo tamen difficultas quædam objecta eſt a ratione ipſa talis Lexici, in quo ſingula tantum verba explicantur: quod nonnulla vocabula, inprimis adverbia, ſeparatim commode explicari non poſſunt, facilioremque interpretationem habent cum verbo, cui adjungi ſolent. Tum in verbis, quae Grammatici proprie dicunt, operam dedimus, primum ut activa et media, etiam tempora interdum, ex uſu optimorum ſcriptorum, diſtingueremus, deinde ut ſignificationes in πολυσήμοις digereremus diligentius, et, quoad fieri poſſet, a propria et prima ſignificatione quomodo ceterae ducerentur, ipſo ordine indicaremus, v. σμύχω, τύφω, πομπεύω, πύργος, σηκὸς, τίθημι, ὕβρις, δημιουργὸς, προτείνω. Auximus etiam priorem ſignificationum numerum e noſtris aliorumque obſervatis, qui veteres ſcriptores græcos illuſtraverunt. Sed maxime in hac parte laboravimus hoc, ut accurate exponeremus verba e praepoſitionibus compoſita, in quibus explicandis omnium adhuc Lexicorum ſtultitia accuſanda eſt, tribuentium interdum praepoſitionibus aliquam vim, ubi ex uſu loquendi veterum nullam habent, aut falſam adeo, aut ita exprimentium, ſcilicet e vulgatiſſima cujuſque ſignificatione, ut nemo intelligere poſſit. Nos in omnibus uſum ſecuti ſumus, comparandis, ubi non ſtatim vera ſignificatio ſuccurreret, aut aliquid dubitationis oriretur, exemplis idoneis. Itaque et ſubinde notavimus, in eodem verbo, modo redundare praepoſitionem, nec ullam vim habere, modo addere verbo aliquid ſignificationis. Quaedam tamen, ſed perpauca, fuere, in quibus analogia et conjectura ſequenda eſſet, quod nullum exemplum veteris ſcriptoris vel ipſi notatum habebamus, vel ab alio notatum reperiebamus: in quibus ſi forte aberravimus, nobis ut ignoſcatur, rogamus. Atque pari ratione uſi ſumus in aliis compoſitorum generibus, ut e φίλος, χαίρω &c. ut facile quivis intelliget, qui vel in his, quae e. c. poſuimus, noſtra cum ſuperioribus velit comparare. Denique ipſis verbis locupletare hoc Lexicon ſtuduimus. Et, quia Patricius primum verba ſeptingenta, deinde hoc ipſo majorem numerum ſe addidiſſe profeſſus eſt, dedimus alicui hoc negotii, ut ſecundae editionis Patricianae exemplum cum Lipſienſi editione compararet, notaretque verba non prodita ab Hederico. Quo facto vidimus, non modo illud, quod ante diximus, quaedam vitioſe poſita eſſe, ſed etiam numerum ab eo traditum vix effici. Unde orta nobis ſuſpicio, numerata ab eo eſſe etiam ea, quibus partem ſecundam auxiſſet, quae ſane numeranda non erant. Sed id accuratius exquirere, quando parum referebat, inſuper habuimus. Poſthaec addidimus ea, quae e noſtris lectionibus notata permulta habebamus, item quaecunque viros doctos ſubinde indicare repereramus, nondum in Lexicis prodita eſſe, quae et ipſa non pauca erant, plurima etiam in Reimari, V. Cel. in Dionem Caſſium indice notata, ut nondum relata in Lexica: cujus Viri exemplum utinam imitentur poſthaec, quicunque ſcriptorem graecum recoquent. Denique adhibuimus Dan. Scotti, V. C. Appendicem ad Theſaurum Stephani, Londini, 1745. duobus Voll. in fol. editam, ex qua permagnus verborum numerus acceſſit. *(ſequuntur quaedam ad illud opus caſtigationes, quas itidem hic miſſas feci.)*——Atque etiam ea verba vel ab Scotto vel ab aliis poſita omiſimus, quae reperiuntur quidem vel in Gloſſariis antiquis, ut Heſychio, vel in ſcriptore aliquo vetere, ceterum manifeſte corrupta ſunt, nec ullum alium auctorem idoneum habent, quod genus verborum ſi admittere voluiſſemus, exemplo Stephani et aliorum, haud probando, haud parvus numerus verborum acceſſiſſet. Sed vel ſic decem millium ſummam explevimus. Nec nunc ſpicilegium, idque magnum deeſt, et poſt multa alia ſupplementa, tamen plurimum ſupererit, quod addatur: adeo non modo inexhauſtae ſunt Graecorum in verbis divitiae, ſed difficile eſt omnia animadvertere ac notare, quae nondum in Lexica ſunt illata. Nam illa Graecorum felicitas in componendis verbis tantam copiam verborum genuit, ut eam nullum Lexicon capere poſſit. Nec forte opus eſſet omnia Lexicis inferri, ut bene monet ad Charitonem Doruillius, niſi de eorum ſignificatione, inprimis Attica, ſubinde certarent Grammatici, multoque, de noſtra ſententia, magis, niſi in iis intelligendis imperitiores, adſueti vulgari rationi, haererent. Verum eadem multitudo compoſitorum talium, ſaepe non obſcurorum, et nihil inſolentis, nec in forma, nec in ſenſu, habentium, facit, ut difficile ſit, omnia obſervare. Mihi quidem hoc ſentio accidiſſe in pluribus ſcriptoribus, e quibus volui notare, quae nondum in Lexicis eſſent, ut praetermitterem quaedam, quia non ſuſpicabar, a Lexicis abeſſe. Nominatim in Joſepho id mihi uſu veniſſe vidi. Nam in Scotti Excerptis quaedam reperi, quae ipſe non notaviſſem. At ipſe contra in meis Excerptis habui, quae illum effugiſſent, ut ἐμποδιστής, ἐμπόδισμα, προσκαινουργέω, παρόρμημα, ὁμοπράγμων, &c. Itaque vix ſperandum eſt, unquam Lexicon extiturum tale, in quo omnia verba graeca reperiantur, niſi paullatim omnes graeci ſcriptores indicibus inſtruantur plenis et Reimariano, de quo ſupra dixi, ſimilibus. Sed de Lexico Graeco majore parando atque inſtruendo, fortaſſe alibi dabitur occaſio dicendi.

Et haec fere ſunt, quae in caſtigando locupletandoque hoc Lexico ſecuti ſumus, quibuſque, ut ſperamus, perfecimus, ut et latius ejus uſus pateret, et tutius uſurpari a tironibus poſſet. Unum reſtat, de quo admonendum videtur. Singulis verbis etymologiam addere inſtituit Hedericus. Id nos non totum mutavimus: ſed correximus tamen in nonnullis, plane autem ſuſtulimus, ubi unuſquiſque tiro ſua ſponte videre poſſet, unde verbum ductum aut compoſitum eſſet; in quibus addi etymologias, ut εὐποιέω eſſe ex εὖ et ποιέω, εὐπάσχω ex εὖ et πάσχω, &c. putidum ſane et nimis puerile ſit: eaque ratione tantum compendifecimus, ut cum tot millia vocabulorum, tot novae ſignificationes, acceſſerint, tamen aliquot plagulis brevior ſit haec editio ſuperiori. Atque etiam in altera parte deleri curavimus per idoneum virum ea, quae nemo vel quaerat, vel quaerere debeat. Nam in eo genere nonniſi rara et difficilia debebant notari: vulgaria, et quae quiſque, formas declinationum et conjugationum rite tenens, ipſe ſua ſponte adſequi poſſit, poni, non modo inutile et ſupervacuum, ſed etiam, id quod uſu didici, noxium eſt. Etenim ad ignaviam proniores, qui ſunt plerique, libenter abutuntur iſta ratione, putantes, hanc eſſe ad lectiones praeparationem, quam vocant, ſi in tali libello quaerant ſingula verba, et inde deſcripta recitent a magiſtris interrogati: qua ſtultitia committunt, ut nunquam recte percipiant teneantque conjugationum formas.

(Alteram Partem, quam Syntheticam vocavit Hedericus, plane ſublatam voluit Erneſti, totamque igitur illam partem intactam ſe fatetur reliquiſſe). Scr. Lipſiae a. d. VIII. Kal. Sept. A. C. CIƆIƆCCLIV.

23 MA 64

LEXICI
MANUALIS GRAECI
PARS PRIMA.

A, Vel α, prima litera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, & nomen indepta eſt ab Hebræorum Aleph; (2) nota numeralis ſignificans *unum*, & cum lineola inferne poſita, ͵α *mille*; (3) in Apocalypſi Joan. 1, 8. eum notat, qui omni principio prior atque antiquior eſt.

A, in compoſitione eſt (1) στερητικὸν, *privativum*, ut ex α & βέβαιος, *ſtabilis*, fit ἀβέβαιος, *inſtabilis*: cum ν interjecto, (ſi vocabulum cui α præfigitur, a vocali initium habet) Euphoniæ gr. ut ἄξιος, *dignus*, ἀνάξιος, *indignus*: ὄλβος, *divitiæ*; ἄνολβος, *pauper*. Quædam verò aliquando τῷ ν carent, ut ἄοσμος, ἄοικος, ἄοζος, ἄϋλος, &c. Quamplurima etiam mutant terminationem, ut ex ἡδὺς, ἀηδὴς: ex γραφὴ, ἄγραφος: ex φρὴν, ἄφρων: ex γνώμη, ἀγνώμων. Tale eſt & α, quod ὀλίγον vel μικρὸν denotat, ut ἀφυὴς, i. e. μικροφυὴς, ab α & φυὴ· ἀμαθὴς, *indoctus*, vel parum doctus, ab α & μανθάνω, pro δυς etiam, ut ἄβατος, acceſſu difficilis: interdum etiam κακὸν ſignificat, ut ἀκερδὴς, ἄβουλος, ἄδωρα δῶρα, &c. (2) Ἐπιτατικὸν, *intenſivum*, ut ἄξυλος, ap. *Hom.* (vid. voc.) ἀστεγὴς, i. e. πολυστεγης, ap. *Apoll.* ἀχανὴς in immenſum hians. *Heſ.* (3) Ἀθροιστικὸν, *collectivum*, ut ἅπας; & vicinâ ſignificatione pro ἅμα vel ὁμοῦ, ut ἀδελφος, ἄκοιτις, ἄλοχος, &c. (4.) Πλεοναστικὸν, *abundans*, *ſupervacaneum*, ut ἄσταχυς, ἀστεροπὴ, ἀάχετος, &c.

A, Ah! ἆ, ἆ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis, Ἃ, ἃ, vel ἅ, ἅ, Ha, ha, ridentis.

A, Ah! O! Oh! Ἆ, ἆ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miſerantis, admirantis.

A, nominat. ſing. f. g. articuli præpoſ. *Dorice*, pro ἡ, a maſculino ὁ.

ᾇ, *cui*, dativ. ſing. f. g. artic. poſtpoſ. *Dorice*, pro ᾗ, ab ὅς, *qui*.

Ἅ, *quæ*, nom. vel acc. plur. n. g. articuli ejuſd.

Ἀάατος, ου, ὁ ϗ ἡ, (pen. comm.) valde noxius, *Hom. Od.* 22. 91. (ubi ἀ ὑπερστερητικὸν. *Euſtath.* ſc.) Ab α pr. & ἄατος, *innoxius.* (2.) innoxius. Ab α pr. & ἄτη (vel ἀάτη) *noxa.* (vid. Theſ. Gr. P.)

Ἀαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *Hom. Od.* 11, 574. fractu difficilis, robuſtus, non fractus, firmus. Ex α priv. & ἄγω, *frango.* (ib. de quant.)

Ἄαδε, (pro ἧδε, *Schrev.*) 3. ſing. a. 2. ind. act. verbi

Ἀαδέω, ἀαδεῖν, non placere, ingratum eſſe. (Ab α pr. & ἀδεῖν, *placere. Steph.*) Exp. etiam (2) moleſtare, contriſtare, vel contriſtari, &, injuria affici. (3) inopia laborare; cibo abſtinere, *Heſ. Suid.* Ex α int. & ἀδέω, *tædio afficior.* Vel ab ἀηδεῖν, ex α priv. & ἡδὺς, *jucundus.* (ſ. Ab ἀαδα, *Laconice* pro ἐνδεία. *Steph.*)

ἈΑΖΩ, f. ἀάσω, calidum halitum efflo, exhalo. (ἀάζω lædo ſ. violo. *Dawes.*)

Ἀάθη, 3. ſing. a. 1. ind. paſſ. *Poet.* pro ἄθη, ab ἄω, *decipio.*

Ἀάθικτος, ου, ὁ ϗ ἡ, incorruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. & ἄθικτος, *intactus.*

ἈΑΜΙΝΣ, θος, ἡ, inſtrumentum quoddam aucupatorium, venabulum.

Ἀανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui perfici nequit. Ex α priv. & (ἄνω poet. pro) ἀνύω, *perficio.*

Ἀάομαι, lædo. *Hom. Il.* 9, 116. hinc ἀᾶται.

Ἄαπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non tangendus, intactus. Gl. V. *Hom. Il.* 1, 567. (2) inacceſſus; Ex α pr. & ἅπτομαι, *tango.* 3. illæſus, lædi neſcius. Ex α int.—vel (4) qui valdè poteſt lædere. Ex α pr. & ἰάπτω, *noceo.*

Ἀαρὼν, ὁ, Aaron. Nomen viri Hebræum indeclinabile. *Montanus.*

Ἄασα, *læſi*, a. 1. ind. act. *Poet.* pro ἆσα.

Ἀασάμην, a 1. ind. med. *per Dialyſ.* pro ἠσάμην, ab ἄω.

Ἀάσκω, f. ἀάσω, lædo, noceo, adficio damno. Ex α pleon. & ἀτάω, (*al.* ἀάω.) *noceo.*

Ἀασμὸς, ου, ὁ, halitus calidi efflatio, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo.*

Ἀάσθην, *offenſus ſum*, a. 1. ind. paſſ. ab ἀάω.

Ἀᾶσι, 3. pl. præſ. ind. act. v. ἄημι.

Ἀάχετος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui retineri nequit; (2) nemini cedens, *Hom. Il.* 5, 892. (3) intolerandus; (4) inſuperabilis. Ex α pleon. & ἄχετος. idem.

Ἄαται, 3. ſing. præſ. in paſſ. ἀάμαι.

Ἄατος, ου, ὁ ϗ ἡ, innoxius. Ab α pr. (2) valdè noxius. Ab α int. & ἄτη, *noxa.* (3) inſatiabilis ab α pr. & ἆσαι, *ſatiaſſe.*

Ἀάτω, f. ἄσω, noceo, lædo. Ex α pl. & ἄτω.

Ἀβαδδὼν, perditio, vaſtatio. Nom. Heb. indecl.

Ἄβαζος, ου, ὁ ϗ ἡ, mutus. (2) taciturnus, quietus. Ex α priv. & βάζω, *loquor.*

Ἀβάζω, f. σω. præclare agere.

Ἀβαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, profunditate carens. Ex α priv. & βάθος, *profunditas.*

Ἆβαι, nom. plur. *Dor.* pro ἧβαι, ab ἥβη.

Ἄβαιον, parvum, exiguum. Ex α pl. & βαιόν.

Ἄβακα, *abacum*, acc. ſing. ab ἄβαξ, *abacus.*

Ἀβακέω, f. ήσω, ſileo, ſc. ob ignorantiam; (2) ignoro, neſcio. Ex α priv. & βάζω.

Ἀβακέως, *Adv.* placide, quiete. Ab ἀβακής.

Ἀβακήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, mutus; (2) ſtultus. Ab ἀβακέω.

Ἀβακὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, taciturnus, mutus; (2) quietus, placidus. Ex α priv. & βάζω.

Ἀβάκησαν, a. 1. ind. act. v. ἀβακέω.

Ἀβακίζω, f. ίσω, taceo; (2) quietus ſum. Ab ἀβακής.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, abaculus, tabula, cui vaſa quælibet imponuntur; (2) menſa, ſ. tabula calculatoria; (3) tabula mathematica, in quâ lineæ & figuræ deſcribi ſolent; (4) vas, in quo feruntur opſonia. Dim. ab ἄβαξ.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, teſſella pavimenti. Ab eodem.

Ἀβάκχευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, alienus a Baccho, i. e. triſtis; Bacchi nominis expers, aut malè bacchans. (vino carens. vid. Theſ. Gr. P.) Ab α priv. & βακχεύω, *bacchor.*

ἈΒΑΛΕ, *Adv.* (antep. prod.) utinam; *Heſ.* (2) heu, phy! Ep.

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, abacus; (2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ deſcribi ſolent; (3) tabula calculatoria; (4) tabula aleatoria; (5) tabula, ſ. menſa, cui vaſa imponuntur. Gl. V. Abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, id. quod ἀβακής. *Euſtath.*

Ἀβάπτιστον, ου, τὸ, terebella, inſtrumentum medicorum. Ex α pr. & βαπτίζω.

Ἀβάπτιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, immerſabilis, qui mergi non poteſt; vel non mergitur. (2) non baptizatus. Ex iiſd.

Ἄβαπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, intinctus; (2) cujus acies durata non eſt. Ex α pr. & βάπτω, *tingo.*

ἌΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus.

Ἀβαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, non oneroſus. *Met.* non moleſtus. Ex α priv. & βάρος, *onus.*

Ἄβαρις, ιος, ἡ, continentis habitator. Ex α priv. & βάρις, *navis*, adeoque propriè, cui non eſt navis.

Ἅβας, *pubis*, gen. ſing. *Dor.* pro ἥβης, ab ἥβη.

Ἀβάσαι, *præclare egiſſe*, a. 1. infin. act. verbi ἀβάζω, *præclare ago.*

Ἀβασάνιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, inexploratus, non examinatus, non ſpectatus, non tortus, qui non punitur. *Heſ.* (2) expers doloris, qui nullis doloribus cruciatur. Ex α priv. & βασανίζω, *exploro, torqueo.*

Ἀβασανίστως, *Adv.* temere, re non examinata.

Ἀβασίλευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, rege carens, regi non ſubditus. Ex α pr. & βασιλεύω.

Ἀβάσκανος, ου, ὁ ϗ ἡ, invidia vacuus, non invidens: (2) non mendax, verus. Ex α priv. & βασκαίνω.

Ἀβάσκαντον, ου, τὸ, faſcini amuletum. Ex iiſd.

Ἀβάσκαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, invidia carens, ab invidia tutus. Gl. V. infaſcinabilis. Ex iiſd.

Ἀβασκάντως, *Adv.* citra invidiam. Gl. V. ſine faſcino, infaſcinate, præfiſcine.

Ἀβασκάνως. idem.

Ἀϐάϛακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, q. d. importabilis, portatu impoſſibilis. Ex α priv. & *βαϛάζω, porto.*

ἌΒΑΤΟΝ, ȣ, τὸ, adytum. Ab ἄϐατος.

Ἄϐατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invius, acceſſu vel aditu difficilis; (2) ſacer, non adeundus; (3) deſertus, deſolatus. (4.) παρθένȣ ἀϐάτȣ; ſic & ἵππȣς ἀϐάτȣς. ſc. quæ non conſcenduntur. *Lucian.* Ex α pr. & βαίνω. Hinc

Ἀϐατόω, ῶ, f. ώσω, deſertum reddo.

Ἄϐαπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non tinctus. Ex α pr. & *βάπτω, tingo.*

ἈΒΒΑ῀, pater. Nomen Syr. indecl.

Ἄϐϐαλε, a. 2. ind. act. *Poet.* pro ἀπέϐαλε, vel etiam ἀνέϐαλε, ab ἀποϐάλλω, vel ἀναϐάλλω.

Ἀϐδέλυκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non exſecrabilis.

Ἀϐέϐαιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inconſtans, qui facile mutatur, inſtabilis, infirmus.

Ἀϐεϐαιότης, ητος, ἡ, infirmitas, Gl. V. inſtabilitas. Ab iiſd.

Ἀϐεϐαίως, *Adv.* inconſtanter.

Ἀϐέϐηλος, ȣ, ὁ, ϗ ἡ, non profanus, ſacer, ſacroſanctus, quem non fas eſt adire.

Ἀϐὲλ, Abel. Nomen viri Hebræum indeclinabile. *Vanitas.*

Ἀϐελτερία, ας, ἡ, ſtultitia, amentia, inſipientia, veſania. Vel Ἀϐελτηρία, vecordia. Gl. V. ruditas. Ab ἀϐέλτερος.

Ἀϐελτεροκόκκυξ, γος, ὁ ϗ ἡ, ſtultus; (2) vanus. Ex ἀϐέλτερος, & κόκκυξ, *cuculus.*

Ἀϐέλτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſtultus, inſipiens, vecors, melius non cognoſcens. Gl. V. ſtolidus.

Ἀϐέρϐηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incompoſitus, vel idem quod Ἀϐύρϐηλος. Heſ. Suid.

Ἀϐιὰ, Abia. Nomen viri Hebr. indec. *Pater meus eſt Dominus.*

Ἀϐιάθαρ, Abiathar. Nomen viri Hebr. ind. *Pater excellens.*

Ἀϐίαϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non coactus, ſine violentia. Hinc τὸ ἀϐίαϛον, ȣ, libertas. Ex α priv. & *βιάζω, cogo.*

Ἀϐιάϛως, *Adv.* ſine violentia, libere, non coacte. Ab ἀϐίαϛος.

Ἀϐιληνὴ, ῆς, ἡ, Abilene. Nomen regionis in Aſia.

Ἄϐιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui non ſuppetit victus, *Hom. Il.* 13, 6. Ex α pr. & βίος, i. e. βίοτος, *victus.* (2) dives. Ex α int. (3) longævus, Ex α int. & βίος, *vita.* (4) inermis. Ex α pr. & βιὸς, *arcus.* (5) valdè robuſtus. Ex α int. & βία, *vis.* (6) non violentus, non injurius. Ex α priv.

Ἀϐιȣδ, Abiud. Nomen viri Hebr. indec. *Pater decoris* ſeu *Decus patris.*

Ἀϐίωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non vitalis, ſine vita; (2) malus, injucundus, moleſtus. ἀϐίωτον & ἀϐίωτα, *pl.* vita non vitalis, i. e. miſera.

Ἀϐιώτως, *Adv.* cum tædio vitæ. Ab ἀϐίωτος.

Ἀϐλάϐεια, ας, ἡ, incolumitas; (2) innocentia. Ab ἀϐλαϐής.

Ἀϐλαϐέως, & Ἀϐλαϐῶς, *Adv.* innoxie, *iſſ.* citra noxam, illæſe. Ab

Ἀϐλαϐὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens; (2) noxæ expers, illæſus. Ex α pr. & βλάπτω.

Ἄϐλαπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, noxæ expers; (2) innocuus. Ex iiſd.

Ἀϐλαϛέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non ſuccreſco. Ex α priv. & βλαϛέω, ſeu βλαϛάνω.

Ἀϐλαϛὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, male germinans, infecundus. Ex iiſd.

Ἄϐλαϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem ex iiſd.

Ἀϐλεμὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, audacia carens, imbellis, iners. Ex α pr. & βλεμεαίνω, a βλέμμα. *Euſtath.* (vid. Theſ. Gr. P.) Hinc

Ἀϐλεμέως, *Adv.* imbeciliter, ignavè, *al.* negligenter. Ex α priv. & μέλει, *curæ eſt,* pro ἀμελέως.

Ἀϐλεπὴς, έος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, deſpectus, vilis, indignus qui videatur. Ex α pr. & *βλέπω, video.*

Ἀϐλεπτέω, f. ήσω, non video, conniveo, cæcutio; (2) pecco. Ex iiſd. Hinc

Ἀϐλέπτημα, ματος, τὸ, peccatum, erratum.

Ἀϐλεψία, ας, ἡ, cæcitas; (2) inconſiderantia. Ex α pr. & βλέπω.

Ἀϐλὴς, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, nondum jactus, *Hom. Il.* 4. 117. (malè jactus, E. M.) Ex α priv. & *βάλλω, jacio.*

Ἄϐλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nondum miſſus, nondum jactus; (2) non ictus, non vulneratus, illæſus, *Hom. Il.* 4, 540. Ex iiſd.

Ἄϐληχρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, al. ἀϐληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, infirmus; (2) fortis. Ex α pr. vel pleon. & *βληχρὸς, debilis.*

Ἀϐλίματος, ὁ ϗ ἡ, (ἀϐλίσμ. vulgo) intactus. Ab α pr. & *βλιμάζω, tango.*

Ἀϐλόει, *ſacrifica,* 2. ſing. præſ. imper. act. *contracte* pro ἀϐλόεε, a verbo ἀϐλοέω.

Ἀϐοητὶ, *Adv.* ſine clamore, ſine pugna. Ab α pr. & βοή.

Ἀϐοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. & *βοηθέω, auxilior.*

Ἀϐοήθητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, auxilio deſtitutus; (2) remedio carens, immedicabilis. Ex iiſd.

Ἀϐόλησα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠϐόλησα, a verbo *ἀϐολέω, occurro.*

Ἄϐολος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui nondum amiſit dentes ætatis indices. Ex α priv. & *βάλλω, jacio.*

Ἄϐοτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, paſcuis carens, non paſtus. Ex α priv. & *βόσκω, paſco.*

Ἀϐȣκόλητος, ὁ ϗ ἡ, injucundus, (vid. Theſ. Gr. P.) faſtidioſus, repudiandus, *Ern.* Ex α pr. & *βȣκολέω, demulceo.*

Ἀϐȣλεὶ, *Adv.* inconſulte, temere. Ex α priv. & *βȣλὴ, conſilium.*

Ἀϐȣλεύτως, *Adv.* inconſulto, ſine deliberatione. Ex α priv. & *βȣλεύω, conſulto.*

Ἀϐȣλέω, f. ήσω, nolo; (2) non conſulto. Ex α priv. & *βȣλὴ, conſilium.*

Ἀϐȣλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, nolens, invitus; (2) inconſultus. Ex α pr. & βȣ́λομαι, vel βȣλή.

Ἀϐȣλησία, ας, ἡ, nolentia. Ex α pr. & βȣ́λομαι. Potius ex ἀϐȣλέω. Et hinc

Ἀϐȣ́λητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invitus, non voluntarius; (2) quem nolumus, qui nobis invitis accidit.

Ἀϐȣλήτως, *Adv.* involuntarie, præter voluntatem; (2) fortuito.

Ἀϐȣλία, ας, ἡ, conſilii inopia; (2) temeritas, imprudentia; (3) amentia, ſtultitia; (4) conſilii pravitas. Ex α priv. & βȣλή.

Ἄϐȣλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, conſilii expers; (2) ſtultus, Gl. V. incogitans, inconſultus. id. quod δύσϐȣλος. *Soph.*—vel κακόϐȣλος. *Thucyd.*

Ἀϐȣλότατα, *Adv.* Inconſultiſſime, inconſideratiſſime. *Herodot.*

Ἀϐȣ́λως, *Adv.* temere, imperite, male, inconſulte, ſine ratione. Ab ἄϐȣλος.

Ἀϐȣ́τεω, g. ſ. *Ion.* pro ἀϐȣ́τȣ, ab

Ἀϐȣ́της, ȣ, ὁ, bobus carens. Ex α & *βȣ̃ς, bos.* *al.* egenus. Ex α pr. & *βοτον, pecus.* E. M.

ἌΒΡΑ, vel ἄϐρα, ας, ἡ, ancilla honeſtior, pediſſequa.

Ἀϐραὰμ, Abraham. Nomen viri Hebr. indec. *Pater excelſus* vel *Pater multitudinis.*

Ἀϐράκησαν, *ſonuerunt,* 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠϐράκησαν, ab ἀϐρακέω.

Ἄϐραχε, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἤϐραχε, ab ἀϐράχω, *ſono.*

Ἄϐρεκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non madefactus, ubi non pluit. Ex α pr. & βρέχω.

Ἀϐρίζομαι, delicato cultu utor, delicate me orno. Ab ἀϐρός.

Ἀϐρίζω, f. ίξω, mox a cibo dormito; (2) dormito. Ex α int. & βρίζω.

Ἀϐριθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſine pondere, levis. Ex α pr. & *βρίθω, ſum gravis.*

Ἀϐρίξαι, a. 1. inf. act. v. ἀϐρίζω.

Ἄϐρικτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſomnis, vigil; (2) ſurdaſter, ex parte tantum audiens. Ab ἀϐρίζω.

Ἀϐροϐάτης, ȣ, ὁ, molli inceſſu utens. Ex ἀϐρὸς, & βαίνω.

Ἀϐρόϐιος, ὁ ϗ ἡ, qui mollioris vitæ eſt, delicatus, ἀϐροϐίων Ἀράϐων γένος, *Dionyſ.* 968.

Ἀϐρογόος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, molles gemitus edens.

Ἀϐροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem & delicatam ago. Ex ἀϐρὸς & δίαιτα.

Ἀϐροδίαιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, molliter & delicate vivens. Gl. V. ἀϐροδίαιτον, delicatum.

Ἀϐροείμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, delicate veſtitus, Ex ἀϐρὸς & εἷμα, *veſtis.*

Ἀϐρόκαρπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, molles & delicatos fructus ferens. Ex ἀϐρὸς, & καρπός.

Ἀϐροκομάω, f. ήσω, capillos orno; (2) molli coma ſum; (3) delicioſus ſum. Ex κόμη.

Ἀϐροκόμης, *Dor.* ἀϐροκόμας, ȣ, ὁ, qui molli & delicata coma eſt. Ex iiſd.

Ἀϐρόκομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. Suic.

Ἀϐρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄϐρομος, quia tenebræ ſtrepitu carent.

Ἀϐρόμιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, abſtinens a vino, abſtemius.

Ἄϐρομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſtrepitum magnum edens, tumultuoſus, *Hom. Il.* 13, 41. Ex α int. & *βρόμος, ſtrepitus.*

Ἀϐρόπηνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, molli & ſubtili ſtamine contextus. Ex ἀϐρὸς, & *πηνὸς, tela.*

Ἀϐρόπλȣτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, molli & opulento ornatu condecoratus.

Ἀϐρὸς, ὰ, ὸν, mollis, delicatus; (2) lautus; (3) feſtivus; (4) gravitatem præ ſe ferens.

Ἀϐροϛαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἀϐρὸς, & *ϛάζω, ſtillo.*

Ἀϐροσύνη, ης, ἡ, mollites, deliciæ, luxus; (2) ſplendor, nitor. Ab ἀϐρός.

Ἀϐροτάζω, f. άσω, noctu vagor; (2) aberro, *Hom. Il.* 10, 56. Ab *ἀϐρότη, nox.*

Ἀϐροτέω, nocte occurro, (2) pecco. Ab eod.

ἈΒΡΟ´ΤΗ, ης, ἡ, nox, aliquando cum nomine νὺξ, *Hom. Il.* 14, 78.) Quaſi ex α priv. & *βροτὸς, homo,* quia noctu homines latent & nox illis qs. caret.

Ἀϐροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀϐροτέω.

Ἀϐρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἀϐρός.

Ἀϐρότιμος, ὁ ϗ ἡ, delicatus, pretioſus. Ex ἀϐρὸς & *τιμὴ, decus, pretium.*

Ἀϐροτόνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono.

Ἀϐροτονίτης, ȣ, ὁ, ut ἀϐροτονίτης οἶνος, vinum abrotonites. Ab

ἈΒΡΟ´ΤΟΝΟΝ, ȣ, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis. *Angl.* **Southernwood.**

Ἄϐροτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, immortalis. incorruptus, divinus. *Hom.*—carens mortalibus, *Æſch.*—Senſu non præditus, *Suid.*—inhumanus. *Heſ.*

Ἀϐροχαίτης, ȣ, ὁ, *Dor.* ἀϐροχαίτας, qui tenera & molli coma eſt. Ex ἀϐρὸς, & χαίτη.

Ἀϐροχία, ας, ἡ, ſiccitas, pluviæ defectus. Ab

Ἄϐροχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, immadidus, non madefactus. Ex α priv. & *βρέχω, madefacio.*

Ἀϐροχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, molli tunica indutus.

Ἀϐρόχως, *Adv.* ſine pluvia.

ἈΒΡΥΝΑ, vel ἄϐρυνα, ων, τὰ, mora. (f. ab ἀϐρός. *Steph.*)

Ἀϐρύνω, ἀϐρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, niteſco, cultum mihi comparo, glorior, inſoleſco. Ab ἀϐρός.

Ἄϐρωμος, ὁ ϗ ἡ, ſine fætore, ſine ſalſugine. Ex α pr. & *βρῶμος, fætor.*

Ἀϐρῶς, *Adv.* molliter, delicate. Ab eod.

Ἀϐρῶς, ῶτος, ὁ ϗ ἡ, idem quod.

Ἄϐρωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non voratus, non exeſus; (2) cariem non ſentiens; (3) eſui ineptus. Gl. V. ἄϐρωτον, irroſum, ineſum. Ex α priv. & *βρώσκω, voro, edo.*

ἈΒΥ´ΡΒΗΛΟΣ, ȣ, ὁ ϗ ἡ, multus, magnus, ſatietatem adſerens; (2) impudens, inviſus, Heſ. Suid.

Ἄϐυθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem quod

Ἄϐυσσος, *Adj.* fundo carens; ut paſſim uſurpatur. Sed & ſubſtantivè

Ἄϐυσσος, ȣ, ἡ, abyſſus, infinitæ profunditatis vorago; (2) gehenna, infernus; (3) adfluentia rerum. Ex α pr. & βυσσὸς, *Ion.* pro βυθός.

Ἀγάασθαι, præſ. inf. med. *Poet.* pro ἄγασθαι ab ἄγαμαι.

Ἄγαϐος, ȣ, ὁ, Agabus. Nomen viri.

Ἀγάγας, *qui duxit,* a. 2. part. act. *Ion.* pro ἀγαγὼν, & hoc *Att.* pro ἀγὼν, ab ἄγω.

Ἀγαγὲν, *duxiſſe,* a. 2. inf. act. *Dor.* pro ἀγαγεῖν, & hoc *Att.* pro ἀγεῖν.

Ἀγάγετε, 2 pl. a. 2. imper. act. *Att.* pro ἄγετε.

Ἀγάγοι, 3. ſing. a. 2. opt. act. *Att.* pro ἄγοι.

Ἀγαγῶ, *ducam,* f. 2. ind. act. *Att.* pro ἀγῶ.

Ἀγάζηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, invidus. (2) qui valde æmulatur. *Steph.* Ex ἄγαν, & ζῆλος.

Ἀγάζομαι, admiror, ſuſpicio; (2) veneror; (3) indignor, ſuccenſeo, *Hom. Il.* 14, 111. (4) invideo. Ἀγάζομαι σου τὸ φρόνημα, σὲ τοῦ φρονήματος, ἀνδρὸς ἀρετῆς, ἀγαςθεὶς τοῖς λόγοις. Ab ἀγάω.

Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium. Ex ἀγαθὸς, & ἀρχὴ, *principium.*

Ἀγαθεωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν, & θεωρέω, *contemplor.*

Ἀγαθίζομαι, bona dico, bonis omnibus proſequor. Ab ἀγαθὸς, *bonus.*

Ἀγαθικὸς, ἡ, ὸν, probus; (2) recte & cum virtute factus. Ab eod.

ἈΓΑΘΙ´Σ, ιδος, ἡ, glomus.

Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. (Et Ἀγαθοδότις, ἡ. Fem. *Steph.*)

Ἀγαθοεργέω, benefacio, bene ago. Ex ἔργον.

Ἀγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia. Ex iiſd.

Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, bonorum electio ſive voluntas, adfectus eligendi bona. Ex θέλω.

Ἀγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago; (2) beneficio adficio; (3) proſum.

Ἀγαθοποιία, ας, ἡ, beneficentia, boni efficientia; (2) beneficiorum collatio; (3) benefactum. Ab

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, bonum, vel bona efficiens; (2) munificus, beneficus. Ex ποιέω.

Ἀγαθοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, bonos decens; (2) benignus. Ex ἀγαθὸς, & πρέπω.

Ἀγαθοπρεπῶς, ut bonum decet; (2) benigne.

ἈΓΑΘΟ`Σ, ἡ, ὸν, bonus, probus; (2) fortis, ſtrenuus; (3) prudens; (4) præſtans, excellens; (5) peritus alicujus rei; (6) utilis; (7) fauſtus, ſecundus, felix; (8) lautus, opiparus; (9) benevolus; (10) frugifer; (11) purus; (12) dives; (13) ſervit & ironiæ in allocutionibus. Ἀγαθὸν τὸ, bonum; (2) commodum, emolumentum; (3) hinc formula ἐπ᾽ ἀγαθῷ, auſpicato, item bono conſilio; (4) ap. Scriptores Eccl. S. Cœna. Ἀγαθὰ τὰ, Divitiæ, opes; (2) res ſecundæ; (3) virtutes. Hinc

Ἀγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas. Gl. V.

Ἀγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab

Ἀγαθοτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, boni efficiens; (2) perfecte bonus. Ex ἀγαθὸς, & τέλος.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia. Ab ἀγαθός.

Ἀγαθουργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio. Ab ἀγαθουργός

Ἀγαθουργὴς, beneficus. Ex ἀγαθός, & ἔργον.

Ἀγαθουργία, ας, ἡ, *Ion.* ἀγαθουργίη, beneficentia; (2) bonum opus.

Ἀγαθουργικὸς, ἡ, ὸν, beneficus, benignus.

Ἀγαθουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, beneficus, benignus.

Ἀγαθοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, natura, ſeu indole bonus. Ex ἀγαθὸς, & φυή. Hinc

Ἀγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas a natura proveniens.

Ἀγαθυνθεὶς, *gaviſus*, a. 1. part. paſſ. verbi

Ἀγαθύνω, f. υνῶ, benefacio, bonum efficio; (2) beneficio adficio; (3) exhilaro; & ἀγαθύνομαι, bene adfectus ſum.

Ἀγαθῶς, *Adv.* bene; (2) utiliter; (3) valide.

Ἀγαθώσυνη, ης, ἡ, bonitas; (2) adfectus ad benefaciendum proximo. Ab eod.

Ἀγαθωτάτω, *optimo*, dat. ſing. ab ἀγαθώτατος, quod eſt ſuperlat. ab ἀγαθὸς, *bonus.*

Ἀγαίεται, 3. ſ. præſ. med. v. ἀγαίομαι.

Ἀγαῖος, αία, αῖον, admirabilis; (2) invidioſus. Gl. V. invidus; (3) elegans. Ab ἀγάω, *demiror*, (potius ab ἄγη. *Heſ.* E. M.)

Ἀγαίω, & quod uſitatius, ἀγαίομαι, admiror; (2) obſtupefacio, perterrefacio; (3) ſuccenſeo, indignor; (4) invideo. Ab ἀγάω.

ἈΓΑΙ´ΩΝ, ονος, ὁ, Sol.

Ἀγακλεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, valde glorioſus, percelebris. Ex ἄγαν, & κλέος, *gloria.* Hinc

Ἀγακλεῶς, ſtudio gloriæ. *Ern.* celeberrime, valde glorioſè, *Hipp.*

Ἀγακλειτὸς, ἡ, ὸν, valde celebris, præclarus, inclytus, *Hom. Il.* 2, 564.

Ἀγακλυτὸς, ἡ, ὸν, percelebris, inclytus. Ex ἄγαν, & κλυτὸς, *celebris.*

Ἀγακτίζω, bene condo. perf. p. αγακτισμένη, vel αγακτιμενη πολις, pulchra Urbs, ap. *Pind.* ex αγαν & κτιζω.

Ἀγάλακτες, ων, οἱ, collactanei, ſ. qui idem lac ſuxerunt; (2) conſanguinei; ( ) æquales, ætate pares; (4) ſimul educati; (5) fratres; (6) ſacrorum gentilitiorum participes. Ex α notante ὁμοῦ, & γάλα, *lac.*

Ἀγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria; (2) lactis abundantia. Ex α priv. vel int. & γάλα.

Ἀγάλακτος, ου, ὁ ϗ ἡ, lacte carens. Ex iiſd.

Ἀγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qs. collactatio.

Ἀγαλλητὸν, οῦ, τὸ, delectabile; (2) admirabile. Heſ. ab ἀγάλλω.

Ἀγαλλίαμα, γαλλιάματος, τὸ, exſultatio præ gaudio magno, Ph. exultatio. al. Gl. V. jubilum. Ab ἀγαλλιάομαι.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, lætitia. Gl. V.

Ἀγαλλιᾶσθε, *exſultate*, 2. pl. præſ. imperat. med. *contr.* pro ἀγαλλιάεσθε, ab

Ἀγαλλιάω, ῶ, & frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exſulto, geſtio, tripudio. Gl. V. ἀγαλλιῶμαι, jubilo. Ab ἀγάλλω.

ἈΓΑ´ΛΛΟΧΟΝ, ου, τὸ, lignum Indicum, odoratum & guſtu auſteriori.

ἈΓΑ´ΛΛΩ, f. αλῶ, orno, inſignio, facio delectabile; & ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, geſtio, exſulto, a. 1. ἀγῆλαι, decorare.

Ἄγαλμα, ματος, τὸ, ornamentum, oblectamentum; (2) ſimulacrum, ſtatua, imago, *Hom. Il.* 4, 144. (3) res ornatu, ut victima ſertis, auro ornata. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλμάτιον, ου, τὸ, ſimulacrum parvum, imaguncula, ſtatua parva. Dim. ab ἄγαλμα.

Ἀγαλματογλύφος, ου, ὁ, marmorarius, Ph. ſculptor. Ab ἄγαλμα, & γλύπτω, *ſculpo.*

Ἀγαλματοποιέω, ῶ, ſtatuas conficio. Hinc

Ἀγαλματοποιητικὸς, ἡ, ὸν, conficiens ſtatuas. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars ſtatuaria, ſ. conficiendi ſtatuas.

Ἀγαλματοποιΐα, ἡ, ars conficiendi ſtatuas. Ab

Ἀγαλματοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, ſtatuarum & ſimulacrorum fabricator, ſtatuarius. Gl. V. fictor ſimulacri, ſigillarius.

Ἀγαλματουργία, ας, ἡ, ars ſtatuaria, ſ. conficiendi ſtatuas & ſimulacra. Hinc

Ἀγαλματουργικὸς, ἡ, ὸν, conficiens ſtatuas, vel pertinens ad confectionem ſtatuarum. Ab

Ἀγαλματουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, ſtatuarius. Ex ἔργον.

Ἀγαλματοφορέομαι, οῦμαι, quaſi ſimulacrum geſtor, in animo circumferor. Exp. etiam decorari, inſigniri. *Heſ.*

Ἀγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in ſtatuam verto; (2) ſimulacrum, ſtatuam facio. Ab ἄγαλμα.

Ἄγαμαι, admiror, *Hom. Il.* 3, 180. (2) probo, laudo. a. 1. ἠγάσθην. part. ἀγασθεὶς, admiratus. Ἄγαμαί σε τούτου, σοῦ τούτου, τῆς ἀρετῆς. Ab ἀγάω.

Ἀγαμένως, *Adv.* mirabiliter, mirifice, cum admiratione. Ab ἄγαμαι, part. ἀγάμενος.

Ἀγάμητος, ου, ὁ ϗ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α pr. & γαμέω, *nubo.*

Ἀγαμία, ας, ἡ, cælibatus. Ab ἄγαμος.

Ἀγάμιον, ου, τὸ, id. & ab eod.

Ἄγαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupſit, Ph. cælebs, *Hom. Il.* 3, 40. (2) viduus, qui uxore mortua factus eſt cælebs.

ἌΓΑΝ, *Adv.* nimis, immodice, nimium, valde vehementer, (aliquando nominis adjectivi formam induit cum articulo, ut τὸν ἄγαν φόβον.) *Plut.*

ἈΓΑΝΑΚΤΕ´Ω, ῶ, f. ήσω, indignor, ſtomachor, ægre fero, conqueror, ſuccenſeo, excandeſco, ringor. Ἀγανακτεῖν τινι, πρός τινα, κατά τινος. Hinc

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, indignatio, ſtomachatio.

Ἀγανακτητὸς, ἡ, ὸν, indigne ferendus, querendus. Ab eod.

Ἀγανακτικὸς, ἡ, ὸν, querulus, qui facile queritur & ægre fert caſus incommodos. Ab eod.

Ἀγανακτικῶς, irate, ægre.

Ἀγανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, mitis, lenis, placidus, comis. Ex α int. & γάνος, *lætitia.*

Ἀγανῇσι, *Ion.* pro ἀγαναῖς, ab ἀγανός.

Ἀγάννιφος, ου, ὁ ϗ ἡ, valde nivoſus, nivalis, *Hom. Il.* 1, 419. Ex ἄγαν, & νίφομαι.

Ἀγανοβλέφαρος, ου, ὁ ϗ ἡ, blandos habens oculos. Ex ἀγανὸς, & βλέφαρα, *palpebræ.*

Ἀγάνορας, acc. pl. *Dor.* pro ἀγλώορας, ab ἀγλώωρ.

Ἄγανος, fractus, vel qui facile frangitur. *Suid.* Ab ἄγω frango.

Ἀγανὸς, ἡ, ὸν, mitis, placidus, blandus, *Hom. Il.* 2, 164. (2) deſiderabilis. Ex α int. & γάνος.

Ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, manſuetudo, lenitas, jucunditas, *Hom. Il.* 24, 471. Ab

Ἀγανόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, mitis, blandus, manſuetus, placidus, *Il.* 20, 467. Ex φρήν.

Ἀγανώπης, ου, ὁ, qui blandis eſt oculis. Ex ἀγανὸς, & ὤψ. Hinc

Ἀγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adſpectum habens, blando adſpectu intuens.

Ἀγαπάζοντι, *Dor.* pro ἀγαπάζουσι, ab

Ἀκλυδωνίστως, *Adv.* ſine fluctibus.

Ἄκλυστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non ablutus; (2) undis non agitatus; tranquillus, ut portus. Ex α priv. & κλύζω, *abluo*.

Ἀκλώνητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ramulis carens. Ex α pr. & κλὼν, *ramulus*.

Ἄκλωστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nendo non ductus, tortus. ſeu connexus. Ex α pr. & κλώθω, *neo*.

Ἀκμάζω, f. άσω, floreo ætate, ætate ſum firma; (2) ſum vegetus & validus per ætatem, polleo robore juvenili; (3) facio ea, quæ juvenes decent; (4) polleo, vigeo, floreo re quacumque; Gl. V. vigeo, adoleſco, pubeſco, vireſco, viveo, ἀκμάζων, vegetus, vigens, Phil. ἀκμάζȣσα, vivida, fortis, Phil. Ἀκμάζειν τὴν ἡλικίαν, νεότητι πολλῇ, πλȣ́τῳ, χρήμασι, πεζῇ στρατιᾷ, πρὸς δύναμιν· ἀκμάζων σῖτος, maturum, μῆλα· πόλεμος, ἀκμάζȣσα ἡμέρα, νὺξ, θέρος, medius. Ab ἀκμή.

Ἀκμαῖος, αία, αῖον, vigens, florens ætate, florens re quacumque; (2) juvenis; adultus; (3) vegetus; (4) maturus, tempeſtivus; (5) vigoris plenus; Ph. (6) opportunus; (7) qui in ipſo temporis articulo rem aliquam adgreditur. Ab eod.

Ἀκμαίως, *Adv.* florenter, vegete; (2) mature.

Ἀκμὰν, acc. ſing. *Dor.* pro ἀκμὴν, ab ἀκμή.

Ἀκμαστὴς, ȣ̃, ὁ, ſtrenuus, validus, robuſtus. Ab ἀκμάζω.

ἈΚΜΗ´, ῆς, ἡ, cuſpis, acies, *Hom. Il.* 10, 173. (2) vigor, maturitas ſeu flos ætatis, firma ætas, juventus; (3) punctum, ſeu articulus temporis, quo aliquid agi debet; (4) varus.

Ἀκμὴν, *Adv.* adhuc, etiam nunc; (2) ſedulo, ſtrenue; (3) eo tempore; (4) aliquamdiu. Ab ἀκμὴ, vel etiam pro κατ᾽ ἀκμήν.

Ἀκμηνὸς, ὴ, ὸν, adultus; (2) florens; (3) exuberans. Ab eod.

ἌΚΜΗΝΟΣ, ȣ, ὁ ϗ ἡ, jejunus, qui non guſtavit, item, qui non bibit, ſiccus.

Ἀκμὴς, ῆτος, ὁ, non defatigatus, non defeſſus, recens, integer. Ex α pr. & κάμνω, *defatigo*.

Ἀκμήτης, ȣ, ὁ, idem.

Ἀκμητὶ, *Adv.* ſine laſſitudine. Ab ἀκμής.

Ἄκμητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, & ἄκμητος, ἡ, ον, idem.

Ἀκμόθετον, ȣ, τὸ, incudis repoſitorium, *Hom. Il.* 18, 410. Ex ἄκμων, & τίθημι.

Ἄκμονας, *incudes*, acc. pl. ab ἄκμων.

Ἀκμονίδας, *Acmonides*, *Dor.* pro Ἀκμονίδης.

Ἄκμων, ονος, ὁ, incus, *Hom. Il.* 15, 19. Ex α pr. & κάμνω, *fatigor*.

Ἄκναμπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inflexibilis. Ex α pr. & κάμπτω, *flecto*.

Ἄκναπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, fullonem non expertus a fullone non purgatus, ſubactus. Ex α pr. & κνάπτω.

Ἄκναφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem; Gl. V. rudis, impolitus. Ex iiſd.

Ἄκνημος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tibiis, ſeu cruribus carens, qui non habet ſuras. Ex α pr. & κνήμη, *tibia, crus*.

Ἄκνηστις, ιδος, ἡ, ſpina dorſi. Ex α pr. & κνάω, *ſcalpo*, ſeu *ſcabo*, quia animalia eam ſcabere non poſſunt.

Ἄκνισος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſulſus, inſipidus; proprie nidoris expers. Ex α pr. & κνίσση.

Ἀκνίσωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vacuus a nidore, expers ſacrificiorum.

Ἀκοᾶς, *auditus*, gen. ſing. *Dor.* pro ἀκοῆς.

Ἀκοὴ, ῆς, ἡ, auditus; (2) fama, rumor, ſermo; (3) auris. Ab ἀκȣ́ω, *audio*.

Ἄκοιλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui cavus non eſt, in quo eſt nihil cavum, cavitatis expers. Ex α pr. & κοῖλος, *cavus*.

Ἀκοίμητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſomnis, non dormiens. pervigil. Ex α pr. & κοιμάω.

Ἀκοιμήτων, *inſomnium*, gen. plur. ab ἀκοίμητος.

Ἄκοινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non communis; (2) non pollutus. Ex α pr. & κοινὸς, *communis*.

Ἀκοινωνησία, ας, ἡ, nullum commercium; (2) excommunicatio. Ex α pr. & κοινωνέω.

Ἀκοινώνητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incommunicabilis; (2) ſine ſocietate, inſociabilis; (3) parcus, tenax. Ex iiſd.

Ἀκοινωνήτως, *Adv.* inſociabiliter.

Ἀκοίτης, ȣ, ὁ, unum & idem cubile habens, maritus. Ex α pro ὁμȣ̃, & κοίτη.

Ἄκοιτις, ιδος, ἡ, uxor, marita. A prec.

Ἄκοιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſine cubili, cubili carens; (2) at τὸ ἄκοιτον, eſt mel ſedimento carens.

Ἀκολάκευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui adulationibus capi nequit. Ex α pr. & κολακεύω, *adulor*.

Ἀκόλακος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, alienus ab adulatione. Ex α pr. & κόλαξ, *adulator*.

Ἀκολασία, ας, ἡ, intemperantia, luxuria, incontinentia, in quocunque cupiditatum genere, Gl. V. protervia. Ex α priv. & κόλασις.

Ἀκολασταίνω, intemperanter, ſeu petulanter ago; (2) proterve & libidinoſe vivo. Gl. V. nepotor, protervio. Ab ἀκόλαστος.

Ἀκολαστέω, ῶ, idem & ab eod. Hinc

Ἀκολάστημα, ατος, τὸ, factum petulans; (2) ſcelus; (3) ſtuprum per proterviam illatum.

Ἀκόλαστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, intemperans, protervus, laſcivus, libidinoſus, flagitioſus; (2) non punitus; (3) qui peccatis frena laxat; (4) audax; (5) injurioſus; (6) caſtigatione dignus. Ex α pr. & κολάζω, *punio*,

Ἀκολάστως, *Adv.* intemperanter, petulanter. Gl. V. impune.

Ἀκόλλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inglutinatus, Gl. V. qui conglutinari vel uniri nequit. Ex α pr. & κολλῶ, *glutino*.

Ἄκολλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, glutinis expers; (2) qui conglutinari nequit; (3) qui coire nequit, incoibilis. Ex α pr. & κόλλα, *gluten*.

Ἄκολος, ȣ, ὁ, fruſtrum panis, parva buccella; (2) cibus. Ex α ex parte pr. & κόλον, *cibus*.

Ἀκολȣθέω, ῶ, fut. ήσω, ſequor, comitor; (2) facio idem aliis, imitor, congruo, ſimilis fio; (3) obſequor, obtempero. Ἀκολȣθεῖν τινι, μετά τινος, κατόπιν τινος, ἀλλήλοις· τῷ λόγῳ, animo aſſequi, intelligere. Ab ἀκόλȣθος.

Ἀκολȣ́θημα, ατος, τὸ, conſequentia; (2) adſectatio, conſectatio. Ab ἀκολȣθέω.

Ἀκολȣ́θησις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Ἀκολȣθητικὸς, ὴ, ὸν, ſequax, proclivis ad ſequendum. Ab eod.

Ἀκολȣθία, ας, ἡ, adſectatio, comitatus; (2) ſeries, cohærentia; nexus, conſequentia, Gl. V. (3) convenientia, congruentia; (4) officium (5) cærimonia, ritus ſacer. Ab

ἈΚΟ´ΛΟΥΘΟΣ, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pediſſequus, vel pediſſequa, aſſecla, comes, adſectator; (2) conſequens, conſentaneus, conveniens, congruens, ſimilis; (3) genus miniſtri. *Eccleſ.*

Ἀκολȣθȣ̃σιν, *ſequentibus*, dat. plural. præſ. part.

Ἀκολȣ́θως, *Adv.* conſequenter; (2) convenienter. Ab ἀκόλȣθος.

Ἀκόλυμβος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, natandi inſcius. Ex α pr. & κολυμβάω, *nato*.

Ἀκομία, ας, ἡ, comæ defectus. Ab ἄκομος.

Ἀκομιστία, ας, ἡ, neglectus, incuria. Ab

Ἀκόμιστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, neglectus, ſqualidus, ſine cura neceſſaria. Ex α pr. & κομίζω.

Ἄκομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui nulla eſt coma, qui comatus non eſt. Ex α pr. & κόμη.

Ἀκόμπαστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, alienus a jactantia, alienus ab oſtentatione. Ex α pr. & κομπὸς, *jactator*.

Ἄκομπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ab eod.

Ἀκόμψευτος, ον, non curioſe ornatus.

Ἄκομψος, ȣ ὁ ϗ ἡ, inelegans, non feſtivus; (2) vilis, ſimplex (ineptus, *Steph.*) Ex α pr. & κομψὸς, *ſcitus, elegans*.

Ἀκόμψως, *Adv.* ineleganter, illepide.

Ἀκονᾶν, præſ. inf. act. *contr.* pro ἀκονάειν.

Ἀκονάω, ῶ, f. ήσω, acuo, exacuo; (2) impello, incito. Τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες, Luc. Ex ἀκόνη, *cos*.

Ἀκόνδυλος, ον, expers tuberum. Ab α & κονδύλη.

ἈΚΟ´ΝΗ, ης, ἡ, *cos*.

Ἀκόνημα, τὸ, incitamentum. Ab ἀκονάω.

Ἀκονητὴς, ȣ, ὁ, qui acuit. Ph. cotiarius.

Ἀκόνιον, ȣ, τὸ, coticula, Dim. Ab ἀκόνη.

Ἀκονιτὶ, *Adv.* ſine pulvere; (2) ſine pugna, citra laborem, facile. Ex α pr. & κόνις.

Ἀκονιτικὸς, ὴ, ὸν, ex aconito confectus. Ab

Ἀκόνιτον, ȣ τὸ, aconitum, herba venenata, quæ ἐν ταῖς ἀκόναις, ſeu cautibus naſcitur. *Angl.* **Wolfsbane, Monkshood.**

Ἀκόνιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pulveris expers; (2) qui ſine pulvere fit; (3) non illitus calce, opere

tectorio

tectorio non obductus; (4) non picatus. Ex α pr. & κόνις, *pulvis, cinis.*

Ἀκονίτως, *Adv.* ſine pulvere; (2) ſine difficultate.

Ἄκοντε, *inviti*, nominat. dual. ab ἄκων.

Ἄκοντι, *Adv.* invito, coactè. Ex α pr. & ἑκοντὶ, *ſponte.*

Ἀκοντίας, ου, ὁ, jaculus, ſerpentis genus; (2) *in plur.* ſtellæ, quæ jaculi modo feruntur. Ab ἀκόντιον. Unde

Ἀκοντίζω, f. ίσω, jaculor, jaculum vibro, intorqueo; (2) jaculo peto. Ἀκοντίζειν τὸν φεύγοντα, εἰς τοῦτον, τινὰ ἔγχει. τινός. Ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ. *Hom. Il.* 4, 496.

Ἀκοντικὸν, ου, τὸ, medicamentum ad ſananda vulnera ἀκόντων, ſ. jaculorum. Ab ἀκοντίζω.

Ἀκόντιον, ου, το, jaculum, telum, ſpiculum, pilum; (2) teli jactus; (3) ſpina dorſi. Ab ἄκων, *jaculum.*

Ἀκόντισις, εως, ἡ, jaculatio, jactus. Ab ἀκοντίζω.

Ἀκόντισμα, ατος, τὸ, idem; (2) jaculum.

Ἀκοντισμὸς, οῦ, ὁ, jaculatio.

Ἀκοντίσσαι, aor. 1. inf. act. *Poet.* pro ἀκοντίσαι.

Ἀκοντιστὴρ, ῆρος, ὁ, jaculator; (2) jaculandi peritus. Ab eod.

Ἀκοντιστὴς, οῦ, idem. Hinc

Ἀκοντιστικὸς, ἡ, ὸν, jaculandi peritus.

Ἀκοντιστὺς, ύος, ἡ, jaculatio, *Hom. Il.* 26, 621. (2) jaculandi peritia. Ab ἀκοντίζω.

Ἀκοντοβόλοι, ου, ὁ καὶ ἡ, jaculi vibrator, jaculator. Ex ἄκων, οντος, & βάλλω, *jacio.*

Ἀκοντοδόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui jacula obſervat, ut eorum ictus evitet. Ex ἄκων, & δέχομαι, *recipio*, vel potius δοκάζω, *obſervo.*

Ἀκοντοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, jaculum ferens. Ex ἄκων, *jaculum*, & φέρω, *fero.*

Ἀκόντως, *Adv.* invite. Ab ἄκων.

Ἀκοπητὶ, ſine labore, ac moleſtia. Ab α pr. & κόπος.

Ἀκοπίαστος, ου, ὁ καὶ ὁ, indefeſſus, indefatigabilis; (2) laſſitudinem & laborem nullum adferens. Ex α pr. & κοπιάω *laboro.*

Ἀκοπιάστως, *Adv.* ſine labore.

Ἄκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, indefeſſus; (2) corruptioni non obnoxius. Ex α pr. & κόπος, *labor.*

Ἀκόπριστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non eſt ſtercoratus, cui fimus non eſt ingeſtus. Ex α pr. & κόπρος, *ſtercus.*

Ἄκοπρος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀκοπράδης, αδες, purus a ſtercore.

Ἀκόπως, *Adv.* ſine laſſitudine; (2) ſine vermium noxa.

Ἀκόρεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, inexplebilis, inſatiatus, inſatiabilis. Ex α pr. & κορέω, *ſatio.*

Ἀκορέστως, ſine ſatietate.

Ἀκόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, *Hom. Il.* 7, 117. idem; (2) non ornatus, non mundatus. Ab eod.

Ἀκορία, ας, ἡ, inſatiabilitas. Ab eod.

Ἀκορίτης, ου, ὁ, ſc. οἶνος, vinum ex acore confectum. Ab ἄκορον.

ἌΚΟΡΝΑ, ης, ἡ, nomen plantæ cujuſdam.

ἌΚΟΡΟΝ, ου, τὸ, acorum, herba ſive radix quædam medica. *Angl.* **The ſweet ſmelling flag**, or **Calamus**.

Ἄκυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀκόρητος.

Ἀκόρυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, verticem, ſeu faſtigium non habens. Ex α pr. & κορυφὴ, *vertex.*

Ἄκος, εος, τὸ, medela, medicina, ſanatio, curatio, remedium, *Hom. Il.* 9, 250. Ab ἀκέομαι.

Ἀκοσμέω, ῶ, f. ήσω, incompoſite me gero; (2) improbus ſum. Κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας, Iſocr. Ex α pr. & κοσμέω, *orno.*

Ἀκοσμήεις, εσσα, ῆεν, inornatus. Ab ἀκοσμέω.

Ἀκόσμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ab eod.

Ἀκοσμήτως, confuſè, ſine ornatu.

Ἀκοσμία, ας, ἡ, ſtatus rerum perturbatus, res incompoſitæ; dedecus, Ph. Ab eod.

Ἄκοσμος, ὁ καὶ ἡ, inornatus, indecorus, incultus, inordinatus, incompoſitus; incomptus, inhoneſtus, Gl. V. Ex α priv. & κόσμος.

Ἀκόσμως, *Adv.* turpiter.

Ἀκοστέω, ῶ, futur. ήσω, abundo eſu hordei, paſcor hordeo. Ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, *Hom. Il.* 6, 506. Ab

ἈΚΟΣΤΗ', ῆς, ἡ, hordeum; (2) quilibet cibus.

Ἄκοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſimultates non alit. Ex α pr. & κότος.

Ἀκουάζω, audio; (2) invocor. Πρώτω γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο, Il. 4, 343. Ab ἀκούω.

Ἀκουέμεν, *audire*, præſ. inf. act. *Ion.* pro ἀκούειν.

Ἀκουέτω, *audiat*, 3. ſing. præſ. imper. act.

Ἀκουὴ, ῆς, ἡ, auditus, auditio. Ab eod.

Ἄκουκα, 1. ſ. perf. ind. act. *Ion.* pro ἤκουκα.

Ἀκούοντα, *audientem*, acc. ſing. præſ. part. act.

Ἀκουόντεσσι, dat. pl. part. præſ. *Ionice & Poet.* pro ἀκούουσι.

Ἀκούοντι, 3. pl. pr. ind. act. *Dor.* pro ἀκούουσι.

Ἀκούρευτος, ου, ὁ, intonſus. Gl. V. Ex α pr. & κουρεύω, *tondeo.*

Ἄκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, intonſus; (2) qui eſt ſine liberis. Ex α pr. & κείρω, vel κόρος.

Ἄκους, οντος, ὁ, jaculum, telum. Ab ἄκων.

Ἀκούσαιεν, *audiverint*, 3. plur. aor. 1. opt.

Ἀκούσαις, a. 1. part. act. *Æol.* pro ἀκούσας.

Ἀκούσας, *qui audivit*, vide antecedens ἀκούσαις.

Ἀκουσάτωσαν, *audiant*, 3. pl. a. 1. imp. act.

Ἀκούσεαι, *audies*, 2. ſing. fut. 1. ind. med. *Ionice* pro ἀκούσεσαι, vel ἀκούσῃ.

Ἀκουσιάζω, cogo. Ab ἀκούσιος.

Ἀκουσίθεος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui a Deo exauditur. Ex ἄκουσις, & Θεός, *Deus.*

Ἀκούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel ἀκούσιος, ία, ον, prim. prod. non voluntarius, coactus, invitus, Gl. V. Ex α pr. & ἑκὼν, *ſponte.*

Ἄκουσις, εως, ἡ, auditio. Ab ἀκούω, *audio.*

Ἀκουσίως, *Adv.* præter voluntatem, invite.

Ἄκουσμα, ατος, τὸ, res, quæ auditur, auditio; (2) auditio diſcipuli, quod diſcipulus ex præceptore audit; (3) fama, rumor. Ex ἀκούω, *audio.*

Ἀκουσμάτιον, ου, τὸ, auditiuncula, narratiuncula, Dim. Ab ἄκουσμα.

Ἀκουστὴς, οῦ, ὁ, auditor, qui audit; (2) diſcipulus. Ab ἀκούω. Hinc

Ἀκουστιάω, paratus ſum ad audiendum

Ἀκουστικὸς, ἡ, ὸν, ad auditum pertinens.

Ἀκουστικῶς, attente, ad audiendum paratè.

Ἀκουστὸς, ἡ, ὸν, ſub auditum cadens. Ab ἀκούω.

Ἀκούσωσιν, 3. pl. aor. 1. conj. act.

Ἀκουτιεῖς, *audire facies*, 2 ſing. f. 1. indic. act. *Attice* pro ἀκουτίσεις. Ab

Ἀκουτίζω, f. ίσω, audire facio. Ab

ἈΚΟΥ'Ω, fut. ούσω, audio, auribus percipio, auſculto; (2) auditor, ſ. diſcipulus ſum; (3) audiens ſum dicto, obtempero; (4) intelligo & interpretor, item ſentio; (5) vocor, appellor, dicor; (6) novi, teneo; (7) *eſt ubi verti poteſt*, lego: ducta inde ſignificatione, quod olim anagnoſtis utebantur. *Ern.* Ἀκούειν τινὸς, θορύβου, φωνὴν τινὸς· τοῦτο παρά σου, πρός σου, ex; ταῦτα περὶ σοῦ, περὶ τοῦ πράγματος· σοῦ περὶ τούτων, σὲ ὄντα. ἐσθλὸς, κακὸς, appellor; εὖ ἀκούειν ἀπὸ, ὑπὸ, πρός τινος, laudari; κακῶς vituperari. ἀκούομαι ὑπό σου audior. Λόγους δ' ἄκουσον, οὓς ἥκω φέρων. Soph. Phil. 1255.

Ἀκοῶ, *audiam*, futur. 2. indic. act. verbi ἀκούω.

Ἄκρα, ας, ἡ, ſummitas, faſtigium, culmen; (2) arx; (3) promontorium; (4) littus, omnino de extremitate dicitur, maximè extremitatibus corporis. Ab ἄκρος.

Ἀκράαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfectus. Ex α pr. & κραιαίνω, *efficio.*

Ἀκραγὴς, ὲς, mutus. Ab α pr. & κράζω.

Ἀκράδαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, inconcuſſus, immotus. Ex α pr. & κραδαίνομαι, *moveor, concutior.*

Ἀκραὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, flans in ſuperficie, vehemens. Ex ἄκρος, *ſummus*, & ἄω, *flo.*

Ἀκραῖος, ου, ὁ, ſummus; (2) qui eſt in arce; (3) qui præeſt arci (unde Ἀκραία, Venus vid. *Theſ. M.*) Ex ἄκρος, *ſummus*, vel. ἄκρα, *arx.*

Ἀκραίπαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, non ſentiens crapulam; (2) alienus a crapula; (3) arcens crapulam. Ex α pr. & κραιπάλη, *crapula.*

Ἀκραιφνὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, purus; (2) alacer; (3) recens. Ex ἀκέραιος, & φαίνομαι.

Ἀκραιφνῶς, *Adv.* ſincere. Ab ἀκραιφνής.

Ἄκραντος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfectus; (2) irritus, *ut promiſſum*, prædictio. Ex α pr. & κραίνω, *efficio.*

Ἀκραξόνιον, ου, τὸ, ſumma pars axis. Ex ἄκρος, & ἄξων, *axis.*

Ἀκρασία, ας, ἡ, intemperies, intemperantia, incontinentia. Ex α pr. & κρᾶσις. Hinc

Ἀκράσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, intemperans.

Ἀκρατεύομαι, fut. εύσομαι, intemperanter vivo. Ab ἀκρατής.

Ἀκρατευτικὸς, ἡ, ὸν, incontinens.

Ἀκρατὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, incontinens, intemperans; (2) invalidus, debilis; (3) qui contineri nequit, Ex α pr. & κράτος.

Ἀκράτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui contineri & cohiberi nequit. Ex α pr. & κρατέω, *cohibeo.*

Ἀκρατὶ, impotenter, per impotentiam. Ex α pr. & κράτος, *robur.*

Ἀκρατίζω, f. ίσω, jento; (2) merum bibo; ἀκρατίζομαι, jento, Gl. V. Ab ἄκρατος. Hinc

Ἀκράτισμα, ατος, τὸ, jentaculum.

Ἀκρατισμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Ἀκράτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non jentavit; (2) qui jentaculo non facile caret; (3) validus. Ex α pr. & κρατίζω, vel α int. & κράτος.

Ἄκρατον, ου, τὸ, vinum merum, meracum. Ex α pr. & κεράννυμι, *miſceo.*

Ἀκρατοποσία, ας, ἡ, meracioris vini potatio. Ex ἄκρατος, & πόσις, *potatio.*

Ἀκρατοποτέω, ῶ, fut. ήσω, merum bibo. Ab

Ἀκρατοπότης, ου, ὁ, qui merum potat. Ex ἄκρατος, & ποτέω, *poto.*

Ἄκρατος, ου, ὁ, merus, meracus; (2) purus, ſincerus; (3) validus, vehemens in utramque partem, immoderatus, immitis; (4) perſpicuus. Ex α pr. & κεράω, *miſceo*, vel α intenſ. & κράτος, *robur.*

Ἀκρατότης, *Ion.* ἀκρητότης, meracitas.

Ἀκρατοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui meracum fert; qui ad ferendum meracum aptus eſt, nomen vaſis vinarii. Ex ἄκρατος, & φέρω, *fero.*

Ἀκράτωρ, ορος, ὁ, impotens; (2) incontinens. Ex α pr. & κράτος.

Ἀκρατῶς, *Adv.* incontinenter, intemperanter; (2) graviter, vehementer, impenſe.

Ἀκράτως, *Adv.* mere, pure, ſine admixtione.

Ἀκραχολία, ας, ἡ, ira repentina & levi de cauſſa. Ab

Ἀκράχολος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad iram valde proclivis, iracundus. Ex ἄκρος, & χολὴ, *ira.*

Ἀκρεμονικὸς, ἡ, ὸν, ramos grandes habens. Ab

ἈΚΡΕ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ramus major, ramus prægrandis; (2) ramus quivis.

Ἄκρεος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel ἄκρεος, ία, εον, non carneus, excernis. Ex α pr. & κρέας, *caro.*

Ἀκρεσπέριον, *Adv.* ſumma veſpera, extreme veſpere. Ab

Ἀκρέσπερος, ου, ὁ καὶ ἡ, veſperæ principium faciens, veſperam inducens. Ex ἄκρος, *ſummus*, & ἕσπερος, *veſper.*

Ἄκρη, *ſumma*, *Ion.* pro ἄκρα,

Ἀκρήβης, εος, ὁ καὶ ἡ, valde juvenis. Ex ἄκρος, & ἥβη, *ætas.*

Ἄκρηβος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀκρητόχολος, id. quod ἀκρόχολος. Hipp.

Ἀκρία, ας, ἡ, cognomen Minervæ. Ab ἄκρα.

Ἀκριβάζω, f. άσω, probo, diligenter indago. Ab ἀκριβὴς, *accuratus.* Hinc

Ἀκριβασμὸς, οῦ, ὁ, accuratio, exquiſitum examen.

Ἀκριβαστὴς, οῦ, ὁ, diligens explorator, exquiſitor. Gl. V. ſcrupuloſus. Ab eod.

Ἀκρίβεια, ας, ἡ, accuratio, accurata diligentia, ſumma cura; (2) ſummum jus; (3) tenacitas, parſimonia; χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος. Plut. in Pericle, c. 36. (4) vita exacta; (5) accuratum examen; (6) forma eximia. Ab

'ΑΚΡΙΒΗ'Σ, έος, ὁ, καὶ ἡ, certus, accuratus, ſubtilis, exquiſitus, diligens, ſcrupuloſus; (2) certus, exploratus; (3) plenus, juſtus, copioſus; (4) ad rem attentus, tenax. Sic *Angl.* dic. an exact man.

Ἀκριβοδίκαιος, ου, ὁ, καὶ ἡ, ſummo jure utens, ſ. agens. Hinc τὸ ἀκριβοδίκαιον, ου, jus ſummum. Ex ἄκρος, *ſummus*, & δίκη, *jus*.

Ἀκριβολογέω, ῶ, f. ήσω, accurate perpendo, examino.

Ἀκριβολογία, ας, ἡ, accurata diſcuſſio, & examinatio. Ab

Ἀκριβολόγος, ου, ὁ, καὶ ἡ, accurata & curioſa diligentia utens; (2) accurato ſermone utens. Ex ἀκριβὴς, & λόγος, *ſermo*.

Ἀκριβόω, ῶ, f. ώσω, plane cognoſco, diligenter exploro; (2) probe calleo, compertum exploratumque habeo; (3) ſumma cura ac diligentia aliquid facio; (4) facio, ut aliquis ſit accuratus, & exquiſitus. Ἀκριβοῦν λόγους, τὰς τάξεις, τὰς διαθήσεις, δικαιοσύνην, περὶ τι ἠκριβωμένη σύνεσις. Ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος, Matt. 2, 7. Ab ἀκριβής.

Ἀκριβῶς, *Adv.* diligenter, exacte, accurate, exquiſite; (2) plane, plene, penitus, perfecte; (3) ſummo jure; (4) ſevere, parcè.

Ἀκρίβωσις, ἡ, diligentia, accuratio.

Ἀκρίδιον, ου, τὸ, locuſtula. Dim. Ab ἀκρίς.

Ἀκριδοθήρα, ας, ἡ, decipula ad capiendas locuſtas. Ab ἀκρὶς, & θήρα, *captura*.

Ἀκριδοφάγος, ου, ὁ, καὶ ἡ, qui locuſtis victitat, locuſtas comedens. Ex ἀκρὶς, & φάγος.

Ἀκρίζω, f. ίσω, cacumina, ſeu ſumma loca perambulo; (2) ſummis pedibus ambulo; (3) ſumma cædo. Ab ἄκρις, *ſummitas*.

'ΑΚΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, locuſta.

Ἄκρις, ιος, ἡ ſummitas, cacumen montis. Ab ἄκρος, *ſummus*.

Ἀκρισία, ας, ἡ, inconſiderantia; (2) res controverſa & non judicata; (3) judicii inopia, & temeritas; (4) malum judicium; (5) perturbatio, confuſio, turbulentus rerum ſtatus. Ex α pr. & κρίσις.

Ἀκριτὶ, *Adv.* injudicato, indicta cauſſa; (2) nullo judicio, ſine judicio, ſine delectu; (3) indiſcrete, confuſe, nullo diſcrimine. Ab ἄκριτος.

Ἀκριτόβουλος, ον, imprudens.

Ἀκριτόμυθος, ου, ὁ, καὶ ἡ, qui loquitur inconſiderate & ſine judicio. Ex ἄκριτος, & μῦθος, *verbum*.

Ἄκριτος, ου, ὁ, καὶ ἡ, injudicatus, indemnatus; (2) confuſus. indiſcretus; (3) anceps; (4) qui in controverſiam non cadit; (5) qui componi aut decerni non poteſt; (6) ſine ratione & judicio factus, inconſideratus; (7) immodicus, immenſus, innumerabilis. Ex α priv. & κριτὸς, *judicatus*.

Ἀκριτόφυλλος, ου, ὁ, καὶ ἡ, frondes habens indiſcretas; (2) frondoſus; multis arboribus conſitus, ita ut folia arborum diſcerni nequeant; (4) umbroſus. Ex ἄκριτος, & φύλλον, *folium*.

Ἀκριτόφυρτος, ου, ὁ, καὶ ἡ, conſertus, miſcellaneus Ex ἄκριτος, & φύρω, *miſceo*.

Ἀκριτόφωνος, ου, ὁ, καὶ ἡ, indiſtinctam & confuſam vocem habens. Ex ἄκριτος, & φωνή.

Ἀκρίτως, *Adv.* idem quod ἀκριτί.

Ἀκρόαμα, ατος, τὸ, acroama, quod auditur; (2) ipſa perſona, quæ auditur. Ab ἀκροάομαι. Hinc

Ἀκροαματικὸς, ή, όν, ad auditionem pertinens; (2) in auditione, ſ. nuda ſcientia et contemplatione poſitum.

'ΑΚΡΟΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, f. ἀκροάσομαι, audio; (2) audio diſcendi cauſſa; (3) dicto ſum audiens, pareo. Ἀκροᾶσθαί τινος λέγοντος, τῶν λεγομένων, ἐπαινῶν· τῶν ἀρχόντων, τοῦ προστάττοντος, parere. Ἀκροατέον ἡμῖν τῶν κρειττόνων, cedere oportet.

Ἀκρόασις, εως, ἡ, auditio, ipſa audiendi actio; (2) recitatio. Ab ἀκροάομαι.

Ἀκροατήριον, ου, τὸ, auditorium; (2) locus in quo judices ad cognoſcendam cauſſam conveniunt. Ab eod.

Ἀκροατὴς, οῦ, ὁ, auditor, diſcipulus; (2) qui obedit præceptis. Ab eod.

Ἀκροατικὸς, ή, όν, auditorius, ad auditionem pertinens. Ab ἀκροατής.

Ἀκροβάμων, ονος, ὁ, καὶ ἡ, erectus in ſummos pedum digitos; (2) erectus incedens. Ex ἄκρος, & βαίνω, *eo, incedo*.

Ἀκροβατέω, ῶ, f. ήσω, in digitos pedum erigo, ſuſpenſus incedo. Ex ἄκρος, & βατέω, *vado*.

Ἀκροβαφὴς, έος, ὁ, καὶ ἡ, ſumma parte tinctus, leviter imbutus. Ex ἄκρος, & βάπτω, *mergo*.

Ἀκροβελὴς, έος, ὁ, καὶ ἡ, acutam cuſpidem habens. Ex ἄκρος, & βέλος, *telum*.

Ἀκροβολὶς, ίδος, ἡ, jaculi genus. Ex iiſd.

Ἀκροβηματίζομαι, f. ίσομαι, ſto in ſummo ſuggeſtu, vel tribunali. Ex ἄκρος, & βῆμα.

Ἀκρόβλαστος, ου, ὁ, καὶ ἡ, germen in cacumine habens. Ex ἄκρος, & βλαστὸς, *germen*.

Ἀκροβολέω, ῶ, futur. ήσω, e ſummo jaculor; (2) jaculor. Ex ἄκρος, & βάλλω. Hinc

Ἀκροβολία, ας, ἡ, velitatio, præludium pugnæ.

Ἀκροβολίζω, & frequentius ἀκροβολίζομαι, quacunque jaculor; (2) velitor; (3) velitor verbis & certamen laceſſo. Ἀκροβολίζεσθαι τοῖς ἔπεσι, τοῖς λίθοις. Ab ἀκροβολία. Hinc

Ἀκροβόλισις, ἡ, idem quod

Ἀκροβολισμὸς, οῦ, ὁ, jaculatio; (2) velitatio, præludium pugnæ; (3) irritatio; (4) omnino lapidum aliorumque miſſilium conjectus.

Ἀκροβολιστὴς, οῦ, ὁ, jaculator; (2) veles.

Ἀκροβολὸς, ου, ὁ, jaculator, ſagittarius.

Ἀκροβυστία, ας, ἡ, præputium; (2) gentes profanæ, non circumciſæ; (3) corruptio humanæ naturæ. Ab

Ἀκρόβυστος, ου, ὁ, καὶ ἡ, præputiatus. Ab ἄκρος, & βύω, *tego*, quod præputium extremam membri virilis partem tegat.

Ἀκρογωνιαῖος, αία, αῖον, angularis, quod in ſummo angulo eſt; (2) imus. Ex ἄκρος, & γωνία, *angulus*.

Ἀκροδακτύλιον, ου, τὸ, ſumma pars digiti. Ex ἄκρος, & δάκτυλος, *digitus*.

Ἀκρόδετος, ου, ὁ, καὶ ἡ, in ſummo ligatus. Ex ἄκρος, & δετὸς, *ligatus*.

Ἀκροδίκαιον, ου, τὸ, ſummum jus. Ex ἄκρος, & δίκη, *jus*.

Ἀκρόδρυα, ων, τὰ, fructus arborei, & proprie quidem, qui putamen lignoſum habent. Gl. V. cacumen rami. ἀκρόδρυα, baccæ. Ex ἄκρος, & δρυς.

Ἀκρόζεστος, ου, ὁ, καὶ ἡ, leviter fervefactus; (2) leviter coctus. Ex ἄκρος, & ζεστός.

Ἀκροζώνη, ης, ἡ, inſtita, Ph. Ex ἄκρον, & ζώνη, *zona*.

Ἀκρόθαλπτος, ου, ὁ, καὶ ἡ, in ſummo calefactus & toſtus; (2) leviter calefactus. Ex ἄκρος, & θάλπω, *foveo, calefacio*.

Ἀκροθιγγάνω, leviter attingo. Ex ἄκρος, *ſummus*, & θιγγάνω, *tango*.

Ἀκροθιγῶς, ſummis digitis. Gl. V. ſummatim, carptim. A præced.

Ἀκροθινιάζω, futur. άσω, ſummam partem attingo; (2) primitias offero; (3) aliquid pro primitiis offero; (4) deligo quod egregium optimum. *In med.* deligo mihi, méa cauſa. Ab

Ἀκροθίνιον, ου, τὸ, & quod uſitatius, ἀκροθίνια, ων, τὰ, primitiæ frugum; (2) primitiæ quælibet; (3) primitiæ manubiarum, quæ Diis offeruntur; (4) manubiæ, ſpolia. Ex ἄκρος, *ſummus*, & θὶν, θινὸς, *acervus*, quod primitiæ a ſummitate acervi ſumebantur.

Ἀκροθώραξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, leviter ebrius. Ex ἄκρος, & θωρήσσω, *inebrio*.

Ἀκρόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, in ſummitate fructum habens. Ex ἄκρος, & καρπὸς, *fructus*.

Ἀκροκελαινιάω, ῶ, in ſummo, vel ſuperficie nigrico, ſ. ater ſum. Hinc ἀκροκελαινιόων pro ἀκροκελαινιῶν. Ex ἄκρος, & κελαινὸς.

Ἀκροκέραια, ων, τὰ, extremitates, ſ. cornua antemnarum. Ex ἄκρος, & κέρας.

Ἀκροκιόνιον, ου, τὸ, ſumma, ſeu extrema columnæ pars, faſtigium columnæ. Ex ἄκρος, & κίων, *columna*.

Ἀκροκνέφαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, veſpertinus. Ex ἄκρος, & κνέφας, *tenebræ, caligo*.

Ἀκροκνεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſdem.

Ἀκροκόμης, ου, ὁ, in vertice comam alens; (2) largiter comatus. Ex ἄκρος, & κόμη.

Ἀκρόκομος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.

Ἀκροκόρυφος, ον, ſummus. Ex ἄκρος, & κορυφὴ, *faſtigium*.

Ἀκροκυματόω, ῶ, ſummis innato fluctibus. Ex ἄκρος, & κυματόω, *undis agito*.

Ἀκροκωλία, ας, ἡ, extremitas membrorum, h. e. brachiorum, ubi humeris inſeruntur. Ex ἄκρος, & κῶλον, *membrum*.

Ἀκρόλειον, ου, τὸ, primitiæ manubiarum, ſ. prædæ; (2) primitiæ quælibet. Ex ἄκρος, & λεία, *præda*.

Ἀκρόλιθος, ου, ὁ καὶ ἡ, in ſummitate lapidis poſitus; (2) ſummus lapis, ſ. ſummitas lapidis. Ex ἄκρος, & λίθος, *lapis*.

Ἀκρολίπαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſumma pinguis, in ſuperficie pinguis. Ex ἄκρος, *ſummus*, & λιπαρὸς, *pinguis*.

Ἀκρολογέω, ῶ, f. ήσω, in ſummitate lego, ſeu carpo, ſumma lego. Ex ἄκρος, & λέγω.

Ἀκρολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſumma colligens.

Ἀκρολοφία, ας, ἡ, ſummitas collis.

Ἀκρολοφίτης, ου, ὁ, qui in ſummitatibus collium & tumulis verſatur. Ab

Ἀκρόλοφος, ου, ὁ, ſummitas collis, cacumen tumuli, ſ. montis. Ex ἄκρος, & λόφος.

Ἀκρόμαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſumme villoſus. Ex ἄκρος, & μαλλὸς, *vellus*.

Ἀκρομανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſumme inſanus, extrema inſania laborans. Ex ἄκρος, & μαίνομαι.

Ἀκρομάσθιον, ου, τὸ, papilla, Ph. Ex ἄκρος, & μασθὸς, *mamma*.

Ἀκρομέθυσος, planè plenus, depoſitus vino.

Ἀκρομόλιβδον λίνον, rete plumbum in extrema ſeu ima ſui parte habens. Ex ἄκρος, & μόλιβδος, *plumbum*.

Ἀκρομφάλιον, ου, τὸ, mediana umbilici pars, umbilici meditullium. Ex ἄκρος, & ὀμφαλὸς, *umbilicus*.

Ἀκρόμφαλον, ου, τὸ, idem & ex iiſd.

Ἄκρον, ου, τὸ, apex, ſummum cacumen, faſtigium, culmen; (2) crepido, margo. Gl. V. Ab ἄκρον.

Ἀκρόνηον, ου, τὸ, ſumma, ſeu extrema pars navis. Ex ἄκρος, & ναῦς, *Ion.* νηῦς, *navis*.

Ἀκρονύκτιον, ου, τὸ, prima noctis pars. A ſeq.

Ἀκρόνυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, veſpertinus. A ſeq.

Ἀκρόνυξ, κτος, ἡ, prima pars noctis, primæ noctis tempus. Ex ἄκρος, & νὺξ, *nox*.

Ἀκρόνυχος, ου, ὁ καὶ ἡ, veſpertinus.

Ἀκροπαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in ſummo fixus. Ex ἄκρος, & πηγνύω, *figo*.

Ἀκροπαθὴς, ου, ὁ καὶ ἡ, in ſumma parte adfectus. Ex ἄκρος, & πάθος, *adfectus*.

Ἀκρόπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſumma conſperſus. Gl. V. ἀκρόπαστον, parce ſalſum, Ex ἄκρος, & πάσσω, *conſpergo*.

Ἀκροπενθὴς, ὲς, ſummè triſtis.

Ἀκρόπηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde cœnoſus, lutulentus. Ex ἄκρος, & πηλὸς, *lutum*.

Ἀκροποδητὶ, al. ſcrib. ἀκροποδιτὶ, *Adv.* ſummis pedibus inſiſtendo, ſummis pedum digitis. Ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες ἀκροποδητὶ, *Lucian. Dial. Mort.* Ex ἄκρος, & ποὺς, ποδὸς, *pes*.

Ἀκροποδιτὶ, *Adv.* idem & ex iiſd.

Ἀκρόπολις, εως, ἡ, arx; (2) quod ſummum eſt. Ex ἄκρος, & πόλις, *urbs*.

Ἀκρόπολος, ου, ὁ καὶ ἡ, altiſſimum habens verticem. Ex ἄκρος, & πόλος, *vertex*.

Ἀκρόπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, extrema parte acutus. Ex ἄκρος, & πείρω, *tranſadigo, infigo*.

Ἀκροπόρφυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, in extremitate, vel ſummitate purpuram habens, purpura prætextus. Ex ἄκρος, & πορφύρα.

Ἀκροποσθία, ας, ἡ, præputium; (2) glans. Ex ἄκρος, & πόσθη.

Ἀκροπόσθιον, ου, τὸ, idem & ex iiſd.

Ἀκρόπρωρον, τὸ, ſumma pars proræ.

Ἀκρόρριζος, ου, ὁ καὶ ἡ, in ſuperficie habens radicem

dicem, leviter irradicatus. Ex ἄκρος, & ῥίζα, *radix*.

Ἀκρορρίνιον, ȣ, τὸ, tota naſi ſummitas, totus ambitus naſi. Ex ἄκρος, & ῥὶν, *naſus*.

Ἀκρορρύμιον, ȣ, τὸ, ſummus temo, extrema temonis pars. Ex ἄκρος, & ῥυμὸς, *temo*.

ἌΚΡΟΣ, ρα, ρον, ſummus, extremus; (2) ſummus, i. e. ſupremus; (3) ſummum in aliqua re gradum obtinens, perfectus, præſtantiſſimus, ſingularis.

Ἀκροσαπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui in ſuperficie putreſcit; (2) qui leviter putreſcere & mutari cœpit. Ex ἄκρος, & σήπω, *putrefacio*.

Ἀκρόσοφος, impenſè ſapiens, peritus.

Ἀκροσπάθια, ων, τὰ, hypochondria, ita dicta, quod velut in extremitate coſtarum ſita ſint. Ex ἄκρος, & σπάθαι, *coſtarum oſſa*.

Ἀκροϛήθιον, ȣ, τὸ, ſumma pars pectoris. Ex ἄκρος, & ϛῆθος, *pectus*.

Ἀκροϛιχὶς, ίδος, ἡ, initium verſus; (2) carmen, in quo deinceps e primis verſuum literis aliquid connectitur. Ex ἄκρος, & ϛίχος, *verſus*.

Ἀκρόϛιχον, ȣ, τὸ, idem & ex iiſd.

Ἀκροϛόλιον, ȣ, τὸ, ſummitas vel ora navis. Ex ἄκρος, & ϛόλος, *pars navis*.

Ἀκροσφαλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, proclivis ad lapſum; (2) lubricus, pronus, proclivis. Ex ἄκρος, & σφάλλομαι, *labor*.

Ἀκρόσφυρον, ȣ, τὸ, extrema malleoli pars; (2) genus calceamenti muliebris. Ex ἄκρος, & σφυρὸν, *malleolus pedis*.

Ἀκροσχιδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſumma, vel extrema ſui parte ſciſſus, in cacumine diviſus. Ex ἄκρος, & σχίδη, *fiſſura*.

Ἀκροτελεύτιον, ȣ, τὸ, finis, ſeu extremitas carminis. Ex ἄκρος, & τελευτὴ, *finis*.

Ἀκρότης, ητος, ἡ, ſummitas, extremitas, apex, faſtigium. Ab ἄκρος.

Ἀκρότητος, ὁ ϗ ἡ, non pulſatus; (2) non congruens ad numeros, Ex α pr. & κρότος.

Ἀκροτομέω, ῶ, f. ήσω, ſummas partes amputo. Ἀκροτομεῖν τὸν σῖτον, de meſſoribus, *Xen.* Gl. V. ἀκροτομεῖ, truncat. Ab

Ἀκρότομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cujus ſummæ partes ſectæ ſunt; (2) durus; (3) excelſus; (4) aſper & tranſitu difficilis. Ex ἄκρος, & τέμνω, *ſeco*.

Ἀκρότονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in ſummo tentus; (2) qui extremas partes, ſc. manus & brachia ſumma vi intendit. Ex ἄκρος, & τείνω.

Ἄκροτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, plauſu carens, cui non applauditur. Ex α priv. & κρότος, *ſtrepitus*.

Ἀκρȣρανία, ας, ἡ, ſummitas cœli, vertex cœli. *Luc. in Lex.* Ex ἄκρος, & ȣρανὸς, *cœlum*.

Ἀκροφανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſummo diluculo apparens; (2) qui tenuem tantum & non plenam lucem habet; (3) qui apparere incipit. Ex ἄκρος, & φαίνομαι, *appareo*.

Ἀκροφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in cacumine proveniens, in ſummo naſcens; (2) excelſa indole præditus. Ex ἄκρος, & φυὴ, *natura*.

Ἀκροφύλαξ, ακος, ὁ, arcis præfectus. Ex ἄκρα, *arx*, & φύλαξ, *cuſtos*.

Ἀκρόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in ſummitate folia habens. Ex ἄκρος, *ſummus*, & φύλλον, *folium*.

Ἀκροφύσιον, ȣ, τὸ, follium pars ſumma, ſeu extrema, quæ fornacis ori immititur. Ex ακρος, & φῦσα, *follis*.

Ἀκροχάλιξ, ικος, ὁ ϗ ἡ, ſupra modum laxatus; (2) ebrius. Ex ἄκρος, & χάλιξ, *vinum*.

Ἀκροχανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in ſummo vel extremo hians, apertus; (2) immani vaſtus hiatu. Ex ἄκρος, & χαίνω, *hiſco*.

Ακρόχειρ, ρος, ἡ, pars brachii, a cubito ad extremos uſque digitos.

Ἀκροχειρία, ἡ, idem cum ἀκροχειρισμός.

Ἀκροχειριασμὸς, ȣ, idem.

Ἀκροχείρισις, εως, ἡ, idem.

Ἀκροχειρίζομαι, ſumma manu capto, & quidem proprie, velut pancratiaſtæ ſolent. Ex ἄκρος, & χεὶρ, *manus*. Hinc

Ἀκροχειρισμὸς, ȣ, ὁ, exercitatio pancratiaſtarum, qua alter alterum manu captat.

Ἀκροχειριϛὴς, ȣ, ὁ, qui ſe exercet ἀκροχειρισμῷ. Ab eodem.

Ἀκροχλωίσκοι, ων, οἱ, extremitates ejus partis jugi, quæ ζεύγλη dicitur. Ex ἄκρος, & χλωίσκος, *anſerculus*.

Ἀκροχλίαρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valdè tepidus.

Ἀκροχλιάρως, valdè tepide.

Ἀκροχολέω, ῶ, f. ήσω, ſubito iraſcor, repente ad iram concitor. Ab ἀκρόχολος,

Ἀκροχολία, ας, ἡ, proclivitas ad iram. Ab

Ἀκρόχολος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, iracundus, proclivis ad iram; (2) qui leviter iraſcitur. Ex ἄκρος, & χολὴ, *ira*.

Ἀκροχορδόνιον, ȣ, τὸ, verruca, Ph. A ſeq.

Ἀκροχορδονώδης, ῶδες, verrucoſus. Cognomen Fabii Maximi.

Ἀκροχορδὼν, όνος, ἡ, verruca rotunda & calloſa, Gl. V. verruca, nævus. Ex ἄκρος, & χορδὴ, *chorda*, eo, quod vertice ſuo ſimilis eſt reſectæ chordæ ſecundum extremitatem.

Ἀκρόχωλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valdè claudus.

Ἀκρόψιλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in ſummo nudus.

Ἀκρόψωλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in ſumma tantum parte recutitus eſt. Ex ἄκρος, & ψωλός.

Ἀκροῶντ' pro ἀκροῶνται, *audiunt*, 3. plur. præſ. indic. med. *contr.* pro ἀκροάονται.

Ἄκρω, *ſummi*, gen. ſing. *Dor.* pro ἄκρȣ.

Ἄκρυπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non occultus; incelatus, Gl. V. Ex α priv. & κρυπτος, *occultus*.

Ἀκρύϛαλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, glacie carens, non glaciatus; (2) nihil cryſtallinum habens. Ex α priv. & κρύϛαλλος, *glacies*, *cryſtallus*.

Ἀκρωβελία, ας, ἡ, extremitas panis, qui ὀβελίας dicitur. Ex ἄκρος, & ὀβελίας.

Ἀκρωλένιον, ȣ, τὸ, ſummitas, vel extremitas cubiti; (2) montis cacumen. Ex ἄκρος, & ὠλένη, *cubitus*.

Ἀκρωμία, ας, ἡ, eminentia, vel ſummitas humeri; (2) montis vertex. Ex ἄκρος, & ὦμος, *humerus*.

Ἀκρώμιον, ȣ, τὸ, idem & ex iiſd.

Ἄκρων, ωνος, ὁ, extremitas membri. Ab ἄκρος.

Ἀκρωνία, ας, ἡ, partium extremarum amputatio. Ab ἄκρων.

Ἀκρώνυξ, υχος, ὁ, qui ſummis fit, ſeu imprimitur unguibus; (2) ſumma unguis pars; (3) montis cacumen. Ex ἄκρος, & ὄνυξ, *unguis*.

Ἀκρωνυχία, ας, ἡ, extremitas unguium.

Ἀκρώνυχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἀκρώνυξ. Ph. ἀκρώνυχον, articulare.

Ἀκρώρεια, ας, ἡ, ſummitas, ſive ſumma pars montis; collis jugum, Gl. V. vertex montis, Ph. Ex ἄκρος, & ὄρος, *mons*.

Ἄκρως, ſumme, excellenter, eximie, Ph.

Ἀκρωτηριάζω, f. ήσω, extremitates corporis amputo, corpus mutilo. Gl. V. trunco, mutilo, decacumino; ἀκρωτηριάζει, obtruncat, mutilat, detruncat. Ph. ἠκρωτηριασμένος, mutilus, Gl. V. detruncatus, Ph. perf. part. paſſ. Ἀκρωτηριάζειν τὸ πρόσωπον, τὰς ῥῖνας, τὰς πρώρας τῶν νηῶν, τὰς τριήρεις· ἠκρωτηριασμένοι τȣ̀ς ἑαυτῶν πατρίδας, labefactantes, *Dem.* Ab ἀκρωτήριον.

Ἀκρωτηρίασις, εως, ἡ, truncatio, mutilatio, Gl. V. A præc.

Ἀκρωτηριασμὸς, ὁ, idem.

Ἀκρωτηρίασμα, ατος, τὸ, quod reſecatur ab extremo corpore.

Ἀκρωτήριον, ȣ, τὸ, extremitas, ſummitas, cacumen, vertex ſpeciatim; (2) promontorium; (3) extremitates corporis, ut *manus*, *pedes*, &c. (4) roſtrum navis; (5) pinna murorum; (6) ſimulacra, vexilla & ſimilia in faſtigio ædium, turrium, navium, quæ vel ornamenti vel venti indicandi cauſa imponuntur.

Ἀκτάζω, vel ἀκταΐζω, in littore genio indulgeo; *Plut. Symp.* 4. *Probl.* 4. (2) alacri ſum animo, elevo me. Ab ἀκτή.

Ἀκταία, ας, ἡ, ſambucus, Gl. V. Ab ἀκτή.

Ἀκταῖος, αία, αῖον, littoralis, maritimus.

Ἀκταιωρέω, ῶ, f. ήσω, littora cuſtodio. Ab

Ἀκταίωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, littorum cuſtos. Ex ἀκτὴ, *littus*, & ȣ̓̃ρος, *cuſtos*.

Ἀκτέανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nihil poſſeſſionum habens; (2) pauper, egenus. Ex α priv. & κτέανον.

Ἀκτένιϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, impexus. Ex α pr. & κτεὶς, ενὸς, *pecten*.

Ἀκτερέϊϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſuneratus, cui non parentatum eſt, nec juſta facta ſunt. Ex α priv. & κτέρεα, *exſequiæ*.

Ἀκτέριϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

ἈΚΤΗ', ῆς, ἡ, littus; *Hom. Il.* 2, 395. (2) fruges; *Hom. Il.* 11, 630. (3) ſambucus; *Dioſcor.* 4. *Angl.* Elder.

Ἀκτημοσύνη, ης, ἡ, poſſeſſionum inopia, paupertas. Ab

Ἀκτήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, inops, pauper. Ex α priv. & κτάομαι, *poſſideo*.

Ἀκτησία, ας, ἡ, paupertas, inopia. Ex iiſd.

Ἄκτητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non poſſeſſus; (2) qui adquiri non poteſt. Ex iiſd.

ἈΚΤΙ'Ν, ῖνος, ἡ, radius ſolis, *Hom. Il.* 10, 537. (2) radius fulminis; *Luc. in Timon.*

Ἀκτινηδὸν, *Adv.* in formam radiorum, vel radii. Ab ἀκτὶν.

Ἀκτινοβολέω, ῶ, f. ήσω, radios ejaculor. Gl. V. ἀκτινοβολῶ, radio; ἀκτινοβολεῖσθαι, radiare.

Ἀκτινοβολία, ας, ἡ, radiorum ejaculatio. Ab

Ἀκτινοβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, radios ejaculans. Ex ἀκτὶν, *radius*, & βάλλω, *jacio*, *jaculor*.

Ἀκτινοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, radiatus. Ex ἀκτὶν, & εἶδος, *ſpecies*.

Ἀκτινοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, radiatus, *Ph.* Ex ἀκτὶν, & φέρω, *fero*.

Ἀκτινωτὸς, ἡ, ὸν, radiatus, quaſi ab ἀκτινόω.

Ἄκτιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, littoralis; (2) cognomen Apollinis. Ab ἀκτὴ, *littus*.

Ἀκτὶς, ῖνος, ἡ, radius; (2) ſambucus; (3) vas, in quo conjiciuntur oboli. Ab ἀκτὶν.

Ἄκτιϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non creatus, increatus, inconditus, Gl. V. Ex α priv. & κτιϛός.

Ἀκτίτης, ȣ, ὁ, littoralis, in littore commorans. Ab ἀκτὴ, *littus*.

Ἄκτιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non ædificatus. Ex a priv. & κτίζω, *condo*, *ædifico*.

Ἄκτωρ, ορος, ὁ, ductor; (2) lorum, vel funis, quo ducimus aliquid. Ab ἄγω.

Ἀκτωρέω, ῶ, ago cuſtodem littorum. Ab

Ἀκτωρὸς, ȣ, ὁ, littorum cuſtos. Ex ἀκτὴ, *littus*, & ȣ̓̃ρος, *cuſtos*.

Ἀκυβέρνητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gubernatore carens. Ex α priv. & κυβερνάω, *guberno*.

Ἀκυητήριον, ȣ, τὸ, medicamentum conceptum impediens. Ex α priv. & κύω. Unde

Ἄκυθος, ȣ, ἡ, quæ non concipit, ſterilis.

Ἀκύκλιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ambitum diſciplinarum non comprehendit, indoctus. Ex α priv. & κύκλιος, *circularis*.

Ἀκύλας, α, ὁ, Aquila. Nomen viri.

Ἀκύλιϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui non volvitur; (2) immotus, ſtabilis, rigidus. Ex α pr. & κυλίω, *volvo*.

ἌΚΥΛΟΣ, ȣ, ἡ, glans ilicis.

Ἀκύμαντος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, fluctibus non agitatus; (2) ſedatus, tranquillus. Ex α pr. & κῦμα, *fluctus*. (3) fœtu carens, ſterilis. Ex α pr. & κυμά, *fœtus*.

Ἀκυμάντως, ſine fluctu, tranquillè, placidè.

Ἀκύματος, ον, id. quod ἀκύμαντος.

Ἄκυμος, *Eurip. Herc. fur.* 698. (ſi vera ſit lectio) pro

Ἀκύμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἄκυπρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, Veneris expers, *Heſ.* Ex α priv. & Κύπρις, *Venus*, quæ ita dicitur ab inſula Cypro, in qua educata & in primis culta fuit.

Ἀκύρημα, ατος, τὸ, infortunium, quo nihil adquiritur. Ab ἀκυρὴς.

Ἀκυρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui nihil adquirit; (2) infortunatus. Ex α priv. & κύρω, *nanciſcor*.

Ἀκυρία, ας, ἡ, improprietas. Ab ἄκυρος.

Ἀκυρίευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nullius dominio ſubjectus. Ex α priv. & κυριεύω, *dominor*.

Ἄκυρμα, ατος, τὸ, idem quod ἀκύρημα.

Ἀκυρολογέω, ῶ, f. ήσω, improprie loquor.

Ἀκυρολογία, ἡ, improprium loquendi genus, ſermonis improprietas, & abſurditas. Ab

Ἀκυρολόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui improprie loquitur. Ex ἄκυρος, & λόγος, *ſermo*.

Ἀκυρολόγως, valdè impropriè.

Ἄκυρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, auctoritate privatus, jus & poteſtatem non habens; (2) irritus; (3)

impropriùs ; (4) obſoletus ; (5) incertus. Ex α priv. & κῦρος, auctoritas. Hinc

Ἀκυρόω, ῶ, f. ώσω, auctoritate privo ; (2) infirmo, irritum reddo, abrogo, antiquo. Ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ Matt. 15.

Ἀκύρωσις, εως, ἡ, antiquatio, abrogatio.

Ἀκύρωτος, ον, non firmatus, ſancitus ; irritus.

Ἀκυτήριον, ου, τὸ, idem quod ἀκυντήριον.

Ἄκυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἄκυθος.

Ἀκωδώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui exploratus non eſt. Ex α pr. & κωδωνίζω, tintinnabuli ſono & ſtrepitu exploro, veluti ſolebant explorari equi, an bellicos ſtrepitus ferre poſſent.

Ἀκωκὴ, ῆς, ἡ, mucro, cuſpis, acumen, Hom. Il. 5, 16. Per reduplicationem. Ab ἀκή.

Ἀκώλιστος, membro aliquo carens, vel truncatus.

Ἄκωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, membris truncus ; (2) ſpeciatim pedibus carens. Ex α pr. & κῶλον.

Ἀκώλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non impeditus. Ex α priv. & κωλύω, impedio.

Ἀκωλύτως, improhibitò, licenter, Gl. V.

Ἀκωμῳδήτως, ſine ludibrio. A α pr. & κωμῳδέω.

ἌΚΩΝ, οντος, ὁ, pen. corr. jaculum, ſpiculum, telum, Hom. Il. 4, 137.

Ἄκων, οντος, ὁ ἄκουσα, ης, ἡ, pen. prod. invitus, a. Ex α priv. & ἑκών.

Ἄκωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, cono & faſtigio carens. Ex α priv. & κῶνος, conus.

Ἄκωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, remo carens. Ex α priv. & κώπη, remus.

Ἅλα, mare, acc. ſing. ab ἅλς, mare.

Ἄλαβα, atramentum. Vox Cypria.

Ἀλαβάρχης, (& ἀλάβαρχος) alabarcha, propriè magiſter ſcripturæ, vectigalibus præfectus, deinde idem qui Ethnarcha.

Ἀλαβαρχία, (ſ. ἀλαβαρχείη, Poët.) principatus ſc. Ethnarchæ.

Ἀλαβαρχέω, ſum alabarcha. Quidam autem volunt ἀραβ. in his omnibus. Ern.

Ἀλάβαστος, et ἀλάβαστρος, id. quod ἀλάβαστρον.

Ἀλαβαστροειδὴς, ὲς, alabaſtri ſpeciem referens.

Ἀλαβάστριον, ου, τὸ, parvus alabaſter. Dim.

Ἀλαβαστρίτης, ου, ὁ, ſc. λίθος, alabaſtrites, ſc. lapis. Ab eod.

Ἀλαβαστρῖτις, ιδος, ἡ, ſc. λίθος, idem.

Ἀλαβαστροθήκη, ης, ἡ, vas, in quo alabaſtra reponuntur. Ex ἀλαβάστρον, & θήκη.

ἈΛΑ'ΒΑΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, alabaſtrum ; (2) genus vaſis unguentarii (ex alabaſtro) ſine anſis, myrotheca lapidea ; lecythus.

Ἀλάβαστρος, ου, ὁ, vel ἡ, idem.

Ἀλαβαστροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, alabaſtra ferens.

Ἀλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in quo nihil eſt, quod prehendi queat, anſa, ſeu manubrio carens ; (2) qui prehendi nequit. Ex α priv. & λαβὴ, prehenſio.

Ἅλαδ', per Apoſtr. pro ἅλαδε, Adv. ad mare.

Ἁλάδρομος, ον, in mari vagans, ut nàuta, mercator.

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, faſtus, oſtentatio, jactatio, gloriatio, vaniloquentia, jactantia, inſolentia, arrogantia. Ab ἀλαζών.

Ἀλαζόνευμα, ατος, το, gloriatio, jactatio propter aliquod facinus ; (2) facinus inſolens. Ab

Ἀλαζονεύομαι, f. εύσομαι, me oſtento, me vendito, falſa de me prædico, glorior ; (2) mentior. Τοῦ ἀλαζονεύεσθαι ἀποτρέπειν τοὺς συνόντας, Xenoph. τὰ ἔθη, Ariſt.

Ἀλαζονικὸς, ἡ, ὸν, ad oſtentationem pertinens, compoſitus ; (2) oſtentator, jactator. Ab ἀλαζών.

Ἀλαζονικῶς, jactanter, glorioſe.

Ἀλαζονοχαυνοφλύαρος, ου, ὁ, oſtentator, animo tamen remiſſo & nugax. Ex ἀλαζών, jactator, χαῦνος, laxus, & φλύαρος, ineptiæ.

ἈΛΑΖΩ'Ν, όνος, ὁ καὶ ἡ, inanis jactator, oſtentator, glorioſus, ſuperbus, arrogans ; (2) mendax ; (3) vagus.

Ἀλάθεια, veritas, Dor. pro ἀλήθεια.

Ἀλαθεὶς, a. 1. part. paſſ. verbi ἀλάω, ſive ἄλημι, vagor, erro.

Ἀλάθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui latere nequit, qui oblivioni mandari non poteſt ; (2) quem nihil latet. Ex α priv. & λανθάνω, lateo.

Ἀλαίνω, erro, vagor. Ab ἀλάομαι.

Ἀλαΐος, αΐα, αΐον, cæcus, captus oculis. Ab ἀλαός.

Ἀλαιὸς, antiquus. A παλαιός.

Ἀλακάτα, colus, Dor. pro ἠλακάτη.

Ἀλάκητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſtrepitum non edens. Ex α priv. & λακέω, ſono, ſtrepo.

Ἀλαλὰ, vox inarticulata, quæ a militibus ante pugnam edi ſolebat.

Ἀλαλαγὴ, ῆς, ἡ, lætus clamor.

Ἀλάλαγμα, ατος, τὸ, lætus clamor militum ; (2) læta vociferatio. Ab ἀλαλάζω.

Ἀλαλαγμὸς, οῦ, ὁ, idem ; (2) hymnus, qui ob partam victoriam canitur. Ab eodem.

Ἀλαλάζω, f. άξω, clamo alala, fremitum edo inter pugnandum ; (2) tollo clamorem lætum ; (3) tollo clamorem triſtem, ululo ; (4) tinnio. Gl. V. ululo, tintinno ; ἀλαλάζων, tinnulus, Gl. V. Κύμβαλον ἀλαλάζον. 1 Cor. 13, 1. Ab ἀλαλά.

Ἀλαλὴ, idem quod ἀλαλά.

Ἀλάλημαι, Hom. Il. 23, 73. erravi. perf. ind. paſſ. Ion. pro ἠλάλημαι, a verbo ἀλάομαι.

Ἀλάλημι, vagor, erro. Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται, Heſiod. Ἔργ. 100.

Ἀλαλητέω, idem.

Ἀλαλητὸς, οῦ, ὁ, clamor militum dicentium ἀλαλή ; (2) fremitus militum quivis in pugna, vociferatio militaris. Ab ἀλαλή.

Ἀλάλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, inenarrabilis, ineffabilis, Hom. Il. 2, 149. Ex α priv. & λαλητός.

Ἀλαλκέμεν, præſ. inf. act. Ion. pro ἀλαλκεῖν.

Ἀλαλκέμεναι, arcere, præſ. idem, ſed Dorice.

Ἀλαλκέω, ῶ, f. ήσω, depello, propulſo, arceo. Τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα, Hom. Il. 19, 30. Ab ἀλκέω.

Ἀλαλκομενηῒς, ίδος, ἡ, auxiliatrix, Epitheton Minervæ, Hom. Il. 4, 8. Ex ἀλάλκω, juvo, & μένος, robur.

Ἀλαλκομένιος, nomen menſis, ap. Bœot.

Ἄλαλκον, 1 ſ. imp. ind. act. Ion. pro ἤλαλκον.

Ἀλαλκτήριον, ου, τὸ, remedium, auxilium. Ab ἀλκτὴρ, auxiliator.

Ἀλαλκῶ, depello, arceo. Ἀλλὰ κύνας μὲν ἄλαλκε Διὸς θυγάτηρ, Il. 23, 185. Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι, a Trojanis, Il. 21, 138. Ab ἀλκέω.

Ἄλαλος, ὁ καὶ ἡ, qui loqui non poteſt, mutus. Ex α pr. & λαλέω, vel λάλος.

Ἀλαλύκτημαι, erro ; (2) moleſte fero ; (3) metuo. Οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, Hom. Il. 10, 94. Ab ἀλύσσω.

Ἀλάμπετος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſplendoris expers, non ſplendens, obſcurus. Ab

Ἀλαμπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex α priv. & λάμπω, luceo, ſplendeo.

Ἀλάμπτεος, α, ον, idem.

ἈΛΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, vagor, erro ; (2) incertus ſum. Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο, Hom. Il. 6, 201.

ἈΛΑΟ'Σ, οῦ, ὁ καὶ ἡ, non videns, cæcus ; (2) obſcurus, caliginoſus, Steph.

Ἀλαοσκοπία, ας, ἡ, Hom. Il. 10, 515. Ion. ἀλαοσκοπιὴ, cæca ſpeculatio. Ex ἀλαὸς, & σκοπέω, ſpeculor.

Ἀλαοτόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui cæcos fœtus gignit ; (2) cæcum pariens. Ex ἀλαὸς. & τίκτω.

Ἀλαόω, ῶ, f. ώσω, cæco ; (2) ærumnis frango. Νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλίγος—ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, Hom. Od. 9, 516. Ab ἀλαὸς.

Ἀλαπαδνὸς, ἡ, ὸν, vaſtatu facilis, imbecillis, Hom. Il. 2, 675. Ab

Ἀλαπάζω, f. άξω, vaſto, diripio, diſſipo, exinanio, ſolo æquo. Νέων δ' ἀλάπαξε φάλαγγας, Hom. Il. 11, 503. Ἀλαπάζοντα στίχας ἀνδρῶν, Hom. Il. 5, 166. Ex α pl. & λαπάζω, vaſto.

Ἀλάπαξ' pro ἀλάπαξα, diſſipavi, vel ἀλάπαξε, diſſipavit, a. 1. indicat. act.

Ἅλας, ατος, τὸ, ſal. Ab ἅλς.

Ἀλασταίνω, crucior, mærore adficior. Ab

Ἀλαστέω, ῶ, f. ήσω, idem. Καὶ ἀλαστήσας ἔπος ηὔδα, Il. 12, 163. Ab ἄλαστος, gravis.

Ἀλαστορία, ας, ἡ, ultrix conſcientia ; (2) diræ.

Ἄλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, non obliviſcendus, cujus indelebilis eſt memoria, Hom. Il. 12, 163. (2) intolerabilis, gravis, Hom. Il. 22, 260.

Ἀλάστωρ, ορος, ὁ, qui perpetravit non obliviſcenda ; (2) ſceleſtus, exſecrandus ; (3) dæmon acerbus & ſanguinarius. Ex α priv. & λανθάνομαι, oblivìſcor.

Ἀλᾶτο, 3. ſing. imp. ind. med. Ion. pro ἠλᾶτο, & hoc contr. pro ἠλάετο, ab ἀλάομαι.

Ἅλατο, ſaliit, 3. ſing. a. 1. ind. med. Ion. & Dor. pro ἥλατο, a verbo ἅλλομαι, ſalio.

Ἁλατοπωλία, ας, ἡ, ſalis venditio ; (2) arbitrium vendendi ſalis. Ex ἅλς, ſal, & πωλέω, vendo.

Ἀλάχανος, ου, ὁ καὶ ἡ, oleribus carens. Ex α priv. & λάχανον, olus.

Ἀλαῶπις, ιδος, ἡ, cæca, obſcura. Ex ἀλαὸς, & ὤψ, oculus.

Ἀλαωπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, cæcus, obſcurus.

Ἀλάωσα, a. 1. ind. act. Ion. pro ἠλάωσα.

Ἀλαωτὺς, ύος, ἡ, cæcitas. Ab ἀλαὸς, cæcus.

Ἀλγεινὸς, ἡ, ὸν, moleſtus, aſper, gravis, dolorem adferens. Ἀλγεινὸν, τὸ, & ἀλγεινὰ, τὰ, dolor, ærumna. Ab ἄλγος, dolor.

Ἀλγεινῶς, moleſte, cum dolore.

Ἀλγέω, ῶ, f. ήσω, doleo de animo & de corpore. Ἀλγεῖν παιδός τοῖς κακοῖς, ἐπὶ τοῖς κακοῖς τῶν φίλων, θάνατόν τινος· τὴν κεφαλὴν, τὸν δάκτυλον. Τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις ; Soph. Aj. 377. Ab eod. Hinc

Ἀλγηδὼν, όνος, ὁ, dolor, cruciatus.

Ἄλγημα, ατος, τὸ, dolor, ægritudo.

Ἀλγηρὸς, ὰ, ὸν, dolorem adferens, moleſtus.

Ἀλγήσας, a. 1. part. act. verbi ἀλγέω.

Ἀλγήσις, εως, ἡ, dolor. Ab ἀλγέω.

Ἀλγητικὸς, ἡ, ὸν, dolori exprimendo aptum ; (2) dolorem afferens.

Ἀλγινόεις, εσσα, εν, moleſtus, acerbus. Ab

ἌΛΓΟΣ, εος, τὸ, Hom. Il. 1, 2, dolor ; (2) mœror, triſtitia ; (3) moleſtia ; (4) calamitas, malum. Hinc Comp. ἀλγίων, & Superlat. ἄλγιστος, moleſtior, moleſtiſſimus.

Ἀλγοῦσα, part. pr. act. f. g. contr. pro ἀλγέουσα.

Ἀλγύνθην, a. 1. ind. paſſ. Ion. pro ἠλγύνθην, a verbo ἀλγύνω.

Ἀλγύνω, f. υνῶ, dolore adficio ; (2) mœrorem creo ; ἀλγύνομαι, doleo, mœreo. Τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι, Soph. Antig. 474. Μὴ στέρνον ἀλγύνοιμι τοῖσδε τοῖς λόγοις, idem, Trach. 489. Τοὐμὸν ἀλγύνει κέαρ, Eur. Med. 398. Ab ἄλγος.

Ἀλδαίνω, augeo. Ἀθλῶν ἄγχι παρισταμένη μέλε' ἤλδανε ποιμένι λαῶν, Od. 18, 69. Ab

ἈΛΔΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, augeo, do incrementum, foveo.

Ἀλδησάσκω, idem.

Ἀλδήσκω, f. ἀλδήσω, augeor, creſco, incrementum capio. Ὡσεί τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρση ληΐου ἀλδήσκοντος, Il. 23, 599.

ἈΛΕ'Α, ας, ἡ, calor, ſ. tepor, qui eſt ex ſole ; (2) calor quilibet ; (3) vitatio, declinatio, effugium.

Ἀλεάζω, f. άσω, tepeo, caleo, calore fruor ; (2) vito. Ab ἀλέα.

Ἀλεαίνω, caleo ; (2) calefacio. Ab eod.

Ἀλέασθαι, Hom. Il. 13, 436. vitare, a. 1. inf. med. Poët. pro ἀλεύασθαι, a verbo ἀλεύω.

Ἀλεγεινὸς, ἡ, ὸν, curæ plenus, moleſtus, Hom. Il. 2, 787. (2) triſtis ; (3) difficilis. Ab ἄλγος, dolor.

Ἀλεγίζω, f. ίσω, curo. Πατρός γε δυσωνύμου οὐκ ἀλεγίζω, Heſ. Θεογ. 171. Ab ἀλέγω.

Ἀλεγύνω, accuro, apparo. Ab eod.

ἈΛΕ'ΓΩ, curo, rationem habeo alicujus rei. Θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες, Il. 16, 388. & Heſ. Ἔργ. 249. Οὐ σεῦ ἔγωγε σκυζομένης ἀλέγω, Il. 8, 483.

Ἀλέεινον, imp. ind. act. Ion. pro ἠλέεινον.

Ἀλεεινὸς, ἡ, ὸν, tepidus, calidus ; (2) æſtivus. Ab ἀλέα, tepor.

Ἀλεείνω, effugio, declino, evito. Ὑπερβασίας ἀλεείνων,

ἀλεείνων, *Heſiod.* Ἔργ. v. ult. πάτον ἀνθρώπων, *Il.* 6, 202. Ab ἀλέομαι.

Ἀλέες, in unum congregati; (2) frequentes, multi ſimul. Ab ἄλις.

Ἀλεή, ῆς, ἡ, fuga. Ab ἀλέω, *vito*.

Ἀλεία, ἡ, piſcatus, ut ἁλιεία.

Ἀλεία, ἡ, peregrinatio.

Ἀλείαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui lævigatus, aut complanatus non eſt; (2) qui lævigari nequit; (3) non mollitus. A λειαίνω, *lævigo*.

Ἄλειαρ, ατος, τὸ, farina, Ab ἀλέω, *molo*.

Ἄλειμμα, ατος, τὸ, unctio, ipſa actio ungendi; (2) unguentum; (3) incitamentum. Ab ἀλείφω, *ungo*.

Ἀλεινός, ἡ, ὸν, tenuis, imbecillus; (2) idem quod ἀλεεινός.

Ἀλειπτήριον, ου, τὸ, unctarium, locus in balneo unctui deſtinatus. Ab eod.

Ἀλείπτης, ου, ὁ, unctor; (2) qui alios ad certamina inſtruit & exercet; (3) certaminis moderator, excitator, cohortator.

Ἄλειπτον, ου, τὸ, ſuffitus præparatus. Ab eod.

Ἀλείς, præſ. part. act. verbi ἄλημι.

ἈΛΕΙΣΟΝ, ου, τὸ, poculum cælatum, *Hom. Il.* 11, 773. (2) poculum.

Ἀλειτεία, ας, ἡ, peccatum, *Suid.* Ab ἀλείτω.

Ἀλείτης, ου, ὁ, peccator, *Hom. Il.* 3, 28.

Ἀλειτουργησία, ας, ἡ, immunitas ab obeundis muneribus, vectigalibus. Ex α priv. & λειτουργέω.

Ἀλειτούργητος, ου, ὁ ϗ ἡ, immunis, Gl. V.

Ἀλείτω, idem quod ἀλιτέω.

Ἄλειφα, unguentum, pro ἄλειφαρ.

Ἄλειφαρ, ατος, τὸ, unguentum; (2) oleum; (3) adeps; (4) pix et quocunque aliquid oblinitur. Ab eod.

ἈΛΕΙ'ΦΩ, f. ψω, ungo, oleo vel unguento lino, illino; (2) incito, inſtigo, exhortor. Ἀλείφειν μύρῳ τοῖχον, dealbare. Τῷ ῥ' ἥγε χρόα καλὸν ἀλειψαμένη, *Il.* 14, 175.

Ἄλειψις, εως, ἡ, unctio. Ab ἀλείφω.

Ἀλείψωσιν, *ungerent*, 3. plur. a. 1. conjunct. act. cum ν ἐφελκ. a verbo ἀλείφω.

Ἀλεκτὴρ, ῆρος, ὁ, propulſator, per Syncop. pro ἀλεξητήρ. Ab ἀλέξω, *arceo*.

Ἀλεκτόρειος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad gallum, vel gallinam pertinens. Ab ἀλέκτωρ, *gallus*.

Ἀλεκτορίς, ιδος, ἡ, gallina. Ab eod.

Ἀλεκτρύαινα, ἡ, idem.

Ἀλεκτορόλοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, gallinacei criſtam habens. Ex ἀλέκτωρ, *gallus*, & λόφος, *criſta*.

Ἀλεκτοροφωνία, ας, ἡ, gallicinium. Ex ἀλέκτωρ, *gallus*, & φωνὴ, *cantus*.

Ἄλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ineffabilis, non dicendus, celandus. Ex α pr. & λέγω, *dico*.

Ἀλεκτρυονοπώλης, ου, ὁ, gallinarum venditor. Ex ἀλεκτρυὼν, & πωλέω, *vendo*.

Ἀλεκτρυοπώλης, ου, ὁ, idem.

Ἀλεκτρυοπωλητήριον, ου, τὸ, locus, ubi venduntur gallinæ. Ex iiſd.

Ἀλεκτρυὼν, όνος, ὁ ϗ ἡ, gallus, gallina. Ab

Ἀλέκτωρ, ορος, ὁ, gallus. Ex α priv. & λέκτρον, *lectus*, quia cantu ſuo facit, ut homines lectos relinquant.

Ἄλεκτωρ, ορος, ἡ, conjux; (2) innupta. Ex α congr. vel privat. & λέκτρον, *lectus*.

Ἄλεν, *Hom. Il.* 22, 11. pro ἄλησαν, *concluſi ſunt*, aor. 2. paſſ. *Ion.* verbi ἁλίσκω, *capio*.

Ἀλέξαι, *juviſſe*, a. 1. inf. act. verbi ἀλέξω.

Ἀλεξάνδρεια, ας, ἡ, Alexandrea, ſ. Alexandria, urbs. Ab Ἀλέξανδρος. Hinc

Ἀλεξανδρεύς, έως, ὁ, civis Alexandrinus.

Ἀλεξανδρίζω, Alexandrum imitor; (2) ejus partes defendo.

Ἀλεξανδρῖνος, ίνη, ῖνον, Alexandrinus. Ab eod.

Ἀλέξανδρος, ου, ὁ, Alexander. Ab ἀλέξω, *juvo*, & ἀνὴρ, *vir*, quaſi *fortis auxiliator*.

Ἀλεξάνεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ventum, frigus arcens. Ab ἀλέξω, *arceo*, & ἄνεμος, *ventus*.

Ἀλέξασθαι, a. 1. inf. med. verbi ἀλέξω.

Ἀλεξεῖν, pr. inf. act. *contr.* pro ἀλεξέειν.

Ἀλεξέμεναι, pr.inf. act. *Dor.* & *Ion.* pro ἀλέξειν.

Ἀλεξέω, ῶ, f. ήσω, arceo, depello; (2) opitulor, auxilior, juvo. Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ, *Il.* 9, 251. Ab ἀλέξω.

Ἀλέξημα, ατος, τὸ, id quod arcet, remedium. Ab ἀλεξέω.

Ἀλεξήσειε, *avertiſſet*, 3. ſingul. aor. 1. opt. act. *Æol.* pro ἀλεξήσαι.

Ἀλέξησις, εως, ἡ, propulſatio; (2) defenſio, opitulatio; (3) remedium. Ab eod.

Ἀλεξήσω, *Hom. Il.* 6, 109, *juvabo*, futur. 1. indic. act. verbi ἀλεξῶ, pro ἀλεξέω, *juvo*.

Ἀλεξήτειρα, ας, ἡ, propulſatrix; (2) auxiliatrix. Ab

Ἀλεξητὴρ, ῆρος, ὁ, qui arcet, propulſator; (2) defenſor, auxiliator. Ab ἀλεξέω. Hinc

Ἀλεξητήριον, ου, τὸ, remedium; (2) amuletum; (3) munimen.

Ἀλεξητήριος, ου, ὁ ϗ ἡ, propulſatorius; (2) defenſorius; (3) remedium præſtans.

Ἀλεξητικὸς, ή, ον, arcendi depellendique vim habens. Ab ἀλεξέω.

Ἀλεξήτωρ, idem quod ἀλεξητήρ.

Ἀλεξιάρη, ης, ἡ, imprecationum expultrix. Ex ἀλέξω, *arceo*, & ἀρὰ, *imprecatio*, *diræ*.

Ἀλεξιάρης, ου, ὁ, imprecationum depulſor.

Ἀλεξιβέλεμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, arcens, ſeu depellens ſagittas. Ex ἀλέξω, & βέλος, *ſagitta*.

Ἀλεξίκακος, ου, ὁ ϗ ἡ, arcens, ſeu depellens malum; *Hom. Il.* 10, 20. (2) qui a vitio purgat & liberat. Ex ἀλέξω, & κακὸν.

Ἀλεξίλογος, ον, adjuvans orationem, dicendi facultatem.

'Αμφικέφαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque caput habens, biceps; ἀμφικέφαλος κλίνη, genus lecti ita dictum, quod utrimque pulvinar habeat. Ex ἀμφὶ, & κεφαλὴ, *caput.*

'Αμφικινύρομαι, circumlamentor, paſſim queror. Ex ἀμφὶ, & κινύρομαι.

'Αμφικίονες, ων, οἱ, circumcirca columnis fulti. Ex ἀμφὶ, & κίων, *columna.*

'Αμφίκλαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex omni parte fractus, undique fractus. Ex ἀμφὶ, & κλάω, *frango.*

'Αμφίκλαυστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ubique fletur, *Rob.* Ex ἀμφὶ, & κλαίω, *fleo.*

'Αμφικλύζω, circumluo, undique alluo, vel abluo.

'Αμφίκλυστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui utrimque abluitur, vel alluitur, circumfluus. Ex ἀμφὶ, & κλύζω, *abluo.*

'Αμφικνέφαλος, ον, utrimque pulvinum habens.

'Αμφικνεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, undique caliginoſus, ſeu tenebroſus, circumquaque nebulis ſeptus. Ex ἀμφὶ, & κνέφας, *caligo.*

'Αμφίκοιλος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque cavus.

'Αμφίκοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, lectum ambiens. Ex ἀμφὶ, & κοίτη, *lectus.*

'Αμφίκολλος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque glutinatus, ſeu ab utraque parte glutine coagmentatus. Ex ἀμφὶ, & κόλλα, *gluten.*

'Αμφικομέω, curo, orno, ut *ſimplex.*

'Αμφίκομος, ου, ὁ ϗ ἡ, undique comas habens; (2) late comans, undique frondoſus. Ex ἀμφὶ, & κόμη, *coma.*

'Αμφίκοπος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque ſcindens. Ex ἀμφὶ, & κόπτω, *ſcindo.*

'Αμφίκορος, ου, ὁ ϗ ἡ, medius inter tres fratres, *Heſ. Suid.* Ex ἀμφὶ, & κόρος, *puer.*

'Αμφίκουρος, ου, ὁ ϗ ἡ, circumquaque raſus; (2) ἡ, quam ab utraque parte viri amplectuntur. Ex ἀμφὶ, κείρω, vel κοῦρος, *puer.*

'Αμφικραδαίνω, circumcirca vibro, undique quaſſo.

'Αμφικραδάω, ῶ, idem.

'Αμφίκρανος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque habens caput. Ex ἀμφὶ, & κρανον.

'Αμφικρέμαμαι, futur. άσω, circumpendeo. Ex ἀμφὶ, & κρεμάω, *pendeo.* Unde

Ἀμφικρεμὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, utrimque pendens.

Ἀμφίκρημνος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque præcipitium habens, circum præceps.

Ἀμφικτίονες, ων, οἱ, vicini. Ex ἀμφὶ, & κτίζω, i. e. οἰκίζω, *habito*.

Ἀμφικτύονες, Græcæ civitates, ad concilium Græcorum apud Thermopylas haberi ſolitum convenientes.

Ἀμφικτυονὶς, ίδος, *Epith.* civitatis ad fœdus Amphictyonum pertinentis.

Ἀμφικτυονία, ἡ, fœdus & ſocietas Amphictyonum.

Ἀμφικυλίσαις, aor. 1. part. act. *Æol.* & *Poët.* pro ἀμφικυλίσας, ab

Ἀμφικυλίω, fut. ίσω, circumvolvo.

Ἀμφικύπελλον, ου, τὸ, poculum rotundum & utrimque anſas habens. Ex ἀμφὶ, & κύπελλον, *poculum, cyathus.*

Ἀμφίκυρτος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque declivis, gibboſus, ut luna apparet nondum ſemiplena. Ex ἀμφὶ, & κυρτὸς.

Ἀμφιβαλὴς, ὲς, ambiguus.

Ἀμφιλαῖος, utraque manu lævus.

Ἀμφίλαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, loquax.

Ἀμφιλαμβάνω, undique accipio, amplector.

Ἀμφιλάφεια, ας, ἡ, amplitudo, copioſitas, exuberantia. Ab

Ἀμφιλαφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, amplus, multus, copioſus; (2) undique plenus, exuberans; (3) umbroſus; (4) cingens. Ex ἀμφὶ, & λαμβάνομαι, quaſi ἀμφιλαβὴς, *qui utraque manu prehendi poteſt.*

Ἀμφιλαφῶς, *Adv.* ample, abunde. Ab eod.

Ἀμφιλαχαίνω, circumcirca fodio.

Ἀμφιλέγω, fut. ξω, quaſi ab utraque parte dico, in utramque partem dico, diſcepto, contendo; (2) dubito, ambigo. Hinc

Ἀμφίλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, dubius, anceps.

Ἀμφιλέκτως, dubiè, ambiguè.

Ἀμφιλογέω, ῶ, fut. ήσω, idem quod ἀμφιλέγω.

Ἀμφιλογία, ας, ἡ, ambiguitas ſermonis, ſermo ambiguus; (2) diſceptatio. Gl. V. altercatio. Ab

Ἀμφίλογος, ου, ὁ ϗ ἡ, controverſus, de quo dubitatur; (2) qui ambigit, dubius. Ex ἀμφὶ, & λόγος, *ratio.*

Ἀμφιλόγως, idem quod ἀμφιλέκτως.

Ἀμφίλοξος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque obliquus.

Ἀμφίλοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque criſtam, vel collem habens. Ex ἀμφὶ, & λόφος, *criſta,* vel *collis.*

Ἀμφιλύκη, νὺξ, ſublustris nox, ultima pars noctis ſub exortum auroræ. Ex ἀμφὶ, & λύκη, *lux prima.*

Ἀμφίλυκος, antelucanus, Gl. V.

Ἀμφίμακρος, ου, ὁ ϗ ἡ, Pes proſodicus ex brevi utrimque longam ſyllabam habente. Amphimacrus, vel Amphimacer.

Ἀμφίμαλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque villoſus & hirſutus. Ex ἀμφὶ, & μαλλὸς, *vellus.*

Ἀμφιμάρπτω, prenſo.

Ἀμφιμάσχαλος χιτὼν, tunica utrimque manicata. Ex ἀμφὶ, & μασχάλη, *axilla.*

Ἀμφιμάτωρ, *Dor.* pro ἀμφιμήτωρ.

Ἀμφιμάχητος, ου, ὁ ϗ ἡ, de quo pugnatur, ſeu pugnandum eſt, excellens. Ab

Ἀμφιμάχομαι, pro aliquo pugno, R. Ἀχαιοί τε Τρῶές τε τείχεος ἀμφιμάχοντο θοάων ἔκτοθι νηῶν, *Il.* 15, 391.

Ἀμφιμάχωμαι, 1. ſing. præſ. conj. med.

Ἀμφιμέλαιναι, omnino nigræ, nom. plur. f. g. Ab ἀμφὶ, & μέλας, *niger.*

Ἀμφιμέμυκα, *circummugii,* 1. ſing. perf. ind. med. verbi ἀμφιμυκάω.

Ἀμφιμερίζομαι, divido, in duas partes ſeco.

Ἀμφιμήτριος, ου, ὁ ϗ ἡ, quod circum matricem eſt in utero. Ex ἀμφὶ, & μήτρα, *matrix.*

Ἀμφιμήτωρ, ορος, ὁ, frater ex diverſa matre.

Ἀμφιμιγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, benè, varie mixtus. Ex ἀμφὶ, & μίγνυμι, *miſceo.*

Ἀυφιμυκάω, ῶ, circummugio.

Ἀμφινεικὴς, &

Ἀμφινείκητος, ου, ὁ ϗ ἡ, de quo contenditur; (2) excellens. Ex ἀμφὶ, & νεῖκος, *rixa.* Hinc

Ἀμφίνεικος, ου, ὁ ϗ ἡ, de quo eſt contentio.

Ἀμφινέμομαι, circumquaque paſcor; (2) circum habito, incolo, habito. Οὐδέ τις ἄλλος ἀθανάτων, οἳ Ὄλυμπον ἀγάννιφον ἀμφινέμονται, *Il.* 18, 186. Ex ἀμφι, & νέμω.

Ἀμφινοέω, ῶ, fut. ήσω, ambigo. Ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ τόδε, conſidero, refero, *Soph. Antig.* 382. Ex ἀμφὶ, & νοέω.

Ἀμφιξέω, f. ξέσω, circumrado. Unde

Ἀμφίξοος, *contr.* ἀμφίξους, ου, ὁ ϗ ἡ, utraque parte radens; (2) bene dolans, vel poliens.

Ἀμφίον, ου, τὸ, indumentum, amictus, pallium. Ab ἀμφιέννυμι.

Ἀμφιορκία, ας, ἡ, jusjurandum ab utroque litigatorum præſtitum. Ex ἀμφὶ, & ὅρκος.

Ἀμφιπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, circumquaque firmus; (2) firmiter hærens. Ex ἀμφὶ, & ϖήγνυμι, *compingo.*

Ἀμφίπαλτος, ου, ὁ ϗ ἡ, peltis denſus, R. Ex ἀμφὶ, & ϖαλτὸν, *jaculi genus.*

Ἀμφιπαλύνω, undique conſpergo.

Ἀμφιπατάσσω, aſſiduè, crebro percutio.

Ἀμφιπάτορες, οἱ ϗ αἱ, ex diverſis patribus, ſed eadem matre nati. Ex ἀμφὶ, & ϖατήρ.

Ἀμφίπεδος, ου, ὁ ϗ ἡ, campis undique cinctus. Ex ἀμφὶ, & ϖέδον, *ſolum, terra.*

Ἀμφιπελέκη, ης, ἡ, ſecuris anceps, bipennis Ex ἀμφὶ, & ϖέλεκυς, *ſecuris.*

Ἀμφιπέλεκος, ου, ὁ, capulus ſecuris, bipennis, manubrium. Ex iiſd.

Ἀμφιπέλομαι, adſum, exſiſto.

Ἀμφιπένομαι, operam pono, occupatus ſum in aliquâ re. Τὸν μὲν Παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο, *Il.* 13, 656.

Ἀμφιπερικλάω, ῶ, fut. άσω, circumvibro.

Ἀμφιπερικτίονες, ων, οἱ, circumhabitantes, vicini. Ex ἀμφὶ, & κτίζω, *condo.*

Ἀμφιπερικτίοσι, Vicinis, dat. pl.

Ἀμφιπεριπλάζω, oberro.

Ἀμφιπεριπλέγδην, circumplexè, ita ut circumplectantur, &c.

Ἀμφιπεριστρέφω, fut. ψω, circumverto, converto. Ex ἀμφὶ, & περιστρέφω, *converto.*

Ἀμφιπεριστρώφα, *circumvertebat,* 3. ſ. imp. ind. act. *contr.* & *Ion.* pro ἀμφιπεριστρώφαε. Ab

Ἀμφιπεριστρωφάω, circumverto. Ab ἀμφιπεριστρέφω.

Ἀμφιπεριτρίζω, vel ἀμφιπεριτρύζω, f. σω, vel ξω, circumſtrideo.

Ἀμφιπεριφθινύθω, planè corrumpor & pereo.

Ἀμφιπιτνούσης, *amplexæ,* gen. ſing. aor. 2. part. act. f. g. a verbo ἀμφιπίπτω.

Ἀμφίπηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque mutilus, mancus. Ex ἀμφὶ, & πηρὸς, *mancus.*

Ἀμφιπιέζω, f. άσω, circumcirca premo, vel conſtringo. Τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφιπίαξε λύκος, *Theoc. Ep.* 6, 4.

Ἀμφιπίπτω, collum alicujus invado et amplector, præ luctu imprimis; amplector. Ὡς δὲ γυνὴ κλαίησι φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα, *Odyſſ.* 8, 523.

Ἀμφιπιτνέω, idem: ad genua procumbo, eaque amplector.

Ἀμφιπλεκὴς, ὲς, convolutus.

Ἀμφίπλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ab

Ἀμφιπλέκω, circumnecto, amplector.

Ἀμφίπληκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque percutiens, vel feriens; (2) qui utrimque percutitur. Ex ἀμφὶ, & πλήσσω, *percutio.*

Ἀμφιπλὴξ, ῆγος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀμφιπλὶξ, pedibus alternatim motis. Ab

Ἀμφιπλίσσω, circumeo.

Ἀμφιπλύνω, benè eluo, vel abluo, vel ſubigo.

Ἀμφίπνευμα, τὸ, reſpiratio fortis, & difficilis.

Ἀμφίποκος, ου, ὁ ϗ ἡ, lanatus, ſeu villoſus. Ex ἀμφὶ, & πόκος, *vellus.*

Ἀμφιπολεύω, f. εύσω, comitor; (2) famulor alicui; (3) laboro circa quidpiam ſeu famulus. Ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν Ἐριννύας ἀμφιπολεύειν, *Heſiod.* Ἡμερ. 39.

Ἀμφιπολέω, ῶ, fut. ήσω, verſor circum; (2) obeo, luſtro; (3) miniſtro, famulor, curo. Θεαῖς ἀμφιπολῶν τιθήναις, *Soph. Oed. Col.* 672. Ex ἀμφὶ, & πολέω, *verſor.* Unde

Ἀμφίπολος, ου, ὁ ϗ ἡ, famulus, famula.

Ἀμφιπονέω, ῶ, fut. ήσω, ſatago, occupor in aliqua re; (2) abſumo. Τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφιπονεῖτο, *Iliad.* 23, 681.

Ἀμφιποτάομαι, ῶμαι, circumvolito. Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα, *Iliad.* 2, 315. Ex ἀμφὶ, & πέτομαι, *volo.*

Ἀμφίπποι, ων, οἱ, milites, qui duobus equis una ligatis, ſine ephippiis vehuntur, atque ex uno in alterum tranſiliunt, ſi uſus requirat. Ex ἀμφὶ, & ἵππος, *equus.*

Ἀμφιπποτοξόται, ῶν, οἱ, equites ſagittarii. Ex ἀμφὶ, ἵππος, & τόξον, *arcus.*

Ἀμφιπρονεύω, undique promineo, ſeu propendeo, R.

Ἀμφιπρόστυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ab anteriore & poſteriore parte columnas habens. Ex ἀμφὶ, & πρόστυλος,

Ἀμφιπρόσωπος, ου, ὁ ϗ ἡ, bifrons, cognomen Jani. Ex ἀμφὶ, & πρόσωπον, *facies.*

Ἀμφίπρυμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque puppim habens. Ex ἀμφὶ, & πρυμνὸς, *puppis.*

Ἀμφίπταμαι, futur. πτήσομαι, circumvolo. Ex ἀμφὶ, & ἵπταμαι, *volo.*

Ἀμφίπυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque portas habens. Ex ἀμφὶ, & πύλη, *porta.*

Ἀμφίπυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, undique ardens, totus in igne. Ex ἀμφὶ, & πῦρ.

Ἀμφιῤῥεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, utramque in partem inclinans; (2) ambiguus, anceps. Ex ἀμφὶ, & ῥέπω, *propendeo.*

Ἀμιῤῥήδης, έος, ὁ ϗ ἡ, undique adſperſus, probè irrigatus. Ex ἀμφὶ, & ῥάζω, *adſpergo.*

Ἀμφίῤῥυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, circumfluus. Ex ἀμφὶ, & ῥέω, *fluo.*

Ἀμφιῤῥὰξ, ῶγος, ὁ ϗ ἡ, undiquaque ruptus. Ex ἀμφὶ, & ῥὰξ, *fiſſura.*

Ἀμφίρυτος, idem quod ἀμφίῤῥυτος.

Ἀμφὶς, *Adv.* utrimque; (2) in medio; (3) ſine, ſeorſum, extra. Ab ἀμφὶ.

Ἀμφίσβαινα, ης, ἡ, ſerpentis genus, quaſi utrinquegrada, qui videtur duo capita habere. Ab ἀμφιβαίνω, quia ἑκατέρωθεν βαίνει.

Ἀμφίσβατος, ου, ὁ ϗ ἡ, controverſus, ambiguus, quaſi de quo in utramque partem itur, *Heſ. Suid.* Ex ἀμφὶ, & βαίνω.

Ἀμφισβησία, ας, ἡ, *Ion.* ἀμφισβησίη, controverſia, contentio. Ab

ἈΜΦΙΣΒΗΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, controverſor, contendo de aliqua re, contendo in judicio, litigo; (2) ambigo. dubito. Ἀμφισβητεῖν περὶ τῶν λόγων, τοῖς φαινομένοις, τοῦτό, τούτου, τὴν ἰσότητα τοῦ πράγματος· σοὶ ἀρχῆς, tecum de; περὶ γένος, πρὸς ἀλλήλους.

Ἀμφισβήτημα, ατος, τὸ, controverſia, res de qua diſceptatur; (2) quæſtio; (3) dubitatio. Ab ἀμφισβητέω.

Ἀμφισβητήσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, controverſus, dubius. Ab eod.

Ἀμφισβήτησις, εως, ἡ, diſceptatio, contentio; (2) dubitatio; (3) actionis quoddam genus.

Ἀμφισβητικὸς, ἡ, ὸν, contentioſus, contentionibus deditus. Ab eod.

Ἀμφίσγονος, ου, ὁ ϗ ἡ, diverſo ſemine genitus. Ex ἀμφὶ, & γόνος, *generatio.*

Ἀμφίσθμαινα, ης, ἡ, ſerpentis genus, idemque quod ἀμφίσβαινα, *Etym.*

Ἀμφίσκιος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque umbram habens. Ex ἀμφὶ, & σκιά, *umbra.*

Ἀμφίσκω, induo, induor. Ab ἀμφιέννυμι.

Ἀμφίσκωμοι, qui circumjacentes pagos inhabitant. *Heſ. Ex* ἀμφὶ, & κώμη, *pagus.*

Ἀμφίϛαμαι, undique circumſto. Ἀτὰρ μεγάθυμοι Ἐπειοὶ ἀμφίϛαντο δὴ, *Iliad.* 11, 732. Ex ἀμφὶ, & ἵϛαμαι, *ſto.*

Ἀμφίϛαυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, bifurcatus, Gl. V.

Ἀμφιϛειλάμενος, aor. 1. part. med. ab

Ἀμφιϛέλλω, circumcirca amicio, vel orno; (2) circumcirca adſtringo, cohibeo. Κἀμφιϛειλαμένα τὰν ξυϛίδα τᾶς Κλεαρίϛας, *Theocr. Id.* 2, 74. Ex ἀμφὶ, & ϛέλλω.

Ἀμφιϛεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, coronatus, redimitus; (2) plenus, redundans; (3) ſibi mutuo innexus. Ex ἀμφὶ, & ϛέφω, *corono.*

Ἀμφίστομος, ου, ὁ ϗ ἡ, verſipellis; (2) utrimque acutus. Gl. V. anceps. Ex ἀμφὶ, & ϛόμα, *os*, *acies*.

Ἀμφιστρόγγυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, undique rotundus.

Ἀμφισωπὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, undique conſpicuus & patens. Ex ἀμφὶ, & ὢψ, *oculus*.

Ἀμφιτάλαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque libratus. Ex ἀμφὶ, & τάλαντον, *libra*.

Ἀμφιτέμνω, ſeco, v. c. vomere agrum, &c. *Ern.*

Ἀμφιτάπης, ητος, ἡ, tapes utrimque villoſus. Ex ἀμφὶ, & τάπης, *tapes*.

Ἀμφίταπις, ιδος, idem & ex iiſdem.

Ἀμφίταπος, ου, ὁ, idem; (2) ὁ ϗ ἡ, tapetibus circumdatus. Ex iiſd.

Ἀμφιταθεὶς, aor. 1. part. paſſ. ab. ἀμφιτείνω.

Ἀμφιταρϐὴς, ὲς, exterritus. Ex τάρϐος, *timor*.

Ἀμφιτείνω, circum extendo.

Ἀμφιτειχὴς, ὁ ϗ ἡ, mœnia circumdans, obſidens.

Ἀμφιτέμνω, circumcido. Ex ἀμφὶ, & τέμνω.

Ἀμφιτίθει, *circumpone*, 2. ſing. præſ. imperat. act. verbi inuſ. ἀμφιτιθέω, pro

Ἀμφιτίθημι, circumpono; (2) involvo, velo. Ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις, *Eur. Hec.* 434. Δὴ τότ' Ὀδυσῆος πύκασεν κάρη ἀμφιτεθεῖσα, *Il.* 10, 271.

Ἀμφιτινάσσω, fut. άξω, utrimque quatio.

Ἀμφίτομος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque ſcindens, anceps; (2) circumciſus, undiquaque amputatus. Ex ἀμφὶ, & τέμνω, *ſeco*.

Ἀμφίτορνος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque tornatus, utrimque tornando excavatus.

Ἀμφιτόρνωτος, ον, idem.

Ἀμφιτρέμω, undiquaque tremo. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμϐρόσιος ἑανὸς τρέμε, *Il.* 21, 507.

Ἀμφιτρέχω, circumcurro, circumfundo.

Ἀμφιτρὴς, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, *Eurip. Cycl.* 703. utrimque perforatus, utraque parte pertuſus. Ex ἀμφὶ, & τράω, *foro*.

Ἀμφίτρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀμφιτρίτη, ης, ἡ, Amphitrite, conjux Neptuni; (2) mare. Ex ἀμφὶ, & τρίζω, *ſono*.

Ἀμφιτρομέω, ῶ, fut. ήσω, tremo ab omni parte. Ex ἀμφὶ, & τρομέω, *tremo*.

Ἀμφιτρυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, undique attritus. Ex ἀμφὶ, & τρύω, *tero*.

Ἀμφιτρυχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀμφιφαὴς, έος, ου, ὁ ϗ ἡ, plenam ubique lucem habens. Ex ἀμφὶ, & φάω, *luceo*.

Ἀμφίφαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, circumcirca ornatus clavis ſeu cuneolis. Ex ἀμφὶ, & φαλός.

Ἀμφιφανὴς, id. quod ἀμφιφαὴς, de aſtris, eſt ſtella mane et veſperi conſpicua.

Ἀμφιφάω, ῶ, circumcirca luceo, colluceo igni, ſeu facibus accenſis.

Ἀμφίφλοξ, ογος, ὁ ϗ ἡ, dubiæ & ancipitis flammæ. Ex ἀμφὶ, & φλὸξ, *flamma*.

Ἀμφιφορεὺς, έως, ὁ, amphora, ſ, vas utrimque auriculas habens, quibus geſtari poteſt. Ex ἀμφὶ, & φέρω, *fero*.

Ἀμφιφύα, ας, ἡ, idem quod ἄμφαυξις.

Ἀμφιφῶν, ῶντος, ὁ, placentæ genus, quæ in ædem Munychiæ Dianæ ferebatur, facibus ardentibus circumcirca adfixis. Ab ἀμφιφάω.

Ἀμφιχαίνω, inhio; (2) abſorbeo, devoro. Ex ἀμφὶ, & χαίνω, *hio*.

Ἀμφίχαιτος, ὁ ϗ ἡ, utrimque comatus.

Ἀμφιχαλκιφάλαρος, ὁ ϗ ἡ, æreus, ære ornatus. Vox comica ap. *Ariſtoph.* Ex ἀμφὶ, χάλκος, & φάλαρα, *phaleræ*.

Ἀμφιχέαι, aor. 1. inf. act. *Poët.* pro ἀμφιχεῦσαι, a verbo ſeq.

Ἀμφιχέω, ῶ, circumfundo, fundo, ſeu ſpargo circa. Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέην Ἀφροδίτην, *Heſiod.* Ἔργ. 65.

Ἀμφιχορεύω, f. εύσω, circum choreas ago.

Ἀμφίχροος, *contr.* ἀμφίχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque coloratus; (2) bicolor. Ex ἀμφὶ, & χρόα, *color*.

Ἀμφίχρυσος, ον, inauratus.

Ἀμφιχυθεῖσα, *circumfuſa*, a 1. part. paſſ. f. g. verbi ἀμφιχύω.

Ἀμφίχυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, circumfuſus; (2) terra adgeſta utrimque munitus. A ſeq.

Ἀμφιχύω, idem quod ἀμφιχέω.

Ἀμφίχωλος, ου, ὁ ϗ ἡ, utroque pede claudus. Ex ἀμφὶ, & χωλὸς, *claudus*.

Ἀμφοδάρχης, ου, ὁ, magiſter pagi, *Ph.* Ex ἄμφοδον, & ἄρχω, *impero*.

Ἀμφόδιον, ου, τὸ, parvus vicus, parva platea; ἀμφόδια, compitalia, *Ph. Dim.* ab

Ἄμφοδον, ου, τὸ, via urbis, platea, vicus; compitum, *Ph.* Ab

Ἄμφοδος, ου, ὁ ϗ ἡ, bivium, vicus; (2) circuitus. Ex ἀμφὶ, & ὁδὸς, *via*.

Ἀμφόδους, οντος, ὁ ϗ ἡ, utrimque dentatus, utrimque dentes habens. Ex ἀμφὶ, vel ἄμφω, & ὀδοὺς, *dens*.

Ἀμφοῖν, gen. vel dat. dual. ab ἄμφω.

Ἀμφόνον, *per cædem*, *Poët.* pro ἀνὰ φόνον.

Ἀμφορειαφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, amphoræ gerulus, qui amphoras bajulat mercede conductus; (2) mercenarius. Ex ἀμφορεὺς, & φέρω, *fero*.

Ἀμφορεὺς, έως, ὁ, idem quod ἀμφιφορεύς.

Ἀμφορίδιον, ου, τὸ, amphorula, vaſculum teſtaceum vinarium, *Dim.*

Ἀμφοτεράκις, *Adv.* utroque modo. Ab ἀμφότερος. Unde

Ἀμφοτερίζω, f. ίσω, in utramque partem vergo; (2) utrimque cingo, vel attingo.

Ἀμφοτερόγλωσσος, vel ττος, ου, ὁ ϗ ἡ, in utramque parte diſputans; (2) callidus, acutus in diſputando. Ex ἀμφότερος, & γλῶσσα.

Ἀμφοτεροδέξιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ambidexter, qui ſiniſtra pro dextra utitur, & hanc illa debiliorem habet; item ad utrumque paratus.

Ἀμφοτερόπλοος, *contr.* ἀμφοτερόπλους, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ab utraque parte navigari poteſt. Ex ἀμφότερος, & πλόος, *navigatio*.

Ἀμφότερος, έρα, ερον, uterque; ἀμφότεροι, ambo. Ab ἄμφω. Hinc

Ἀμφοτέρωθεν, *Adv.* utrimque.

Ἀμφοτέρωθι, *Adv.* utrobique. Ab eodem.

Ἀμφοτέρως, *Adv.* utroque modo. Ab eodem.

Ἀμφοτέρωσε, *Adv.* utroque, in utramque partem. Ab eod.

Ἀμφουδὶς, *Adv.* in terram, humi. Ex ἀμφὶ, & οὖδος, *ſolum*, *humus*.

Ἀμφράσαιτο, 3. ſing. a. 1. opt. med. *Poët.* pro ἀναφράσαιτο, a verbo ἀναφράζω.

Ἀμφυλάω, ῶ, circumlatro, undique oblatro.

Ἀμφύω, fut. σω, undique adnaſcor, vel adhæreo. Ab ἀμφὶ, & φύω, *naſcor*.

ἌΜΦΩ, οἱ, αἱ, τὰ, ambo, ambæ, *Gen.* & *Dat.* ἀμφοῖν, *Accuſ.* ἄμφω.

Ἀμφώϐολα, αν, τὰ, vaticinia ex inſpectione viſcerum. Ex ἀμφὶ, & ὀϐελὸς, *veru*.

Ἀμφώϐολος, miſſile. Ab ἄμφω, & ϐολή.

Ἀμφώδων, οντος, ὁ ϗ ἡ, utrimque dentes habens. Ex ἀμφὶ, & ὀδοὺς, *dens*.

Ἀμφώης, εος, ὁ ϗ ἡ, utrimque aures habens; (2) utrimque anſatus. Ex ἀμφὶ, & οὖς, ὠτὸς, *auris*.

Ἀμφωλένιον, τὸ, armilla. Ex ἀμφὶ, & ὠλένη, *ulna*.

Ἀμφωμοσία, ας, ἡ, juramenti utrimque præſtatio, quum utraque litigantium pars jurat. Ex ἄμφω, & ὄμνυμι, *juro*.

Ἀμφῶτις, ιδος, ἡ, poculi genus, utrimque anſas habens. Ex ἀμφὶ, & οὖς, *auris*.

Ἀμφωτὶς, ιδος, ἡ, idem; (2) tegmen, vel munimentum auris; (2) auris, ſeu anſa vaſis. Ex iiſd.

Ἄμφωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, utrimque auritus, binas aures habens; (2) utrimque anſatus.

Ἀμωμήτος, ου, ὁ ϗ ἡ, inculpatus, irreprehenſibilis. Ex α priv. & μωμέομαι, *culpo*.

Ἀμωμήτως, *Adv.* inculpate, irreprehenſibiliter.

Ἀμωμὶς, ίδος, ἡ, herba quædam amomo ſimilis. Ab ἄμωμον.

Ἀμωμίτης, ου, ὁ, amomum ſimilitudine aliqua referens. Ab eod.

ἈΜΩΜΟΝ, ου, τὸ, amomum, nomen fruticis.

Ἄμωμος, ου, ὁ ϗ ἡ, maculæ expers, irreprehenſibilis. *Ph.* immaculatus. Ex α priv. & μῶμος, *dedecus*, *probrum*.

Ἀμῶνται, 3. pl. præſ. ind. paſſ. *contr.* pro ἀμάονται, a verbo ἀμάω, *meto*.

Ἀμῷς, *metas*, 2. ſing. præſ. opt. act. *contr.* pro ἀμάοις, a verbo eod.

Ἀμῶς, quodammodo. Ex ἀμὸς, *unus*.

Ἀμωσγέπως, *Adv.* quodammodo, quovis modo, aliquo pacto; omnino; aliquatenus. *Plut. in Pericle.* Ex ἀμὸς, γε, & πως.

ἈΜΩΤΑ, αν, τὰ, caſtaneæ.

ἊΝ, Conjunctio potentialis, cum Optat. & Conjunctivo, Imperfecto & Aoriſtis Indicativi addit vim Optativi & Conjunctivi; (2) Conjunctio conditionalis, pro ἐὰν, ſi.

ἈΝΑ', Præpoſ. per, re- P. ſus- Gl. V. *apud Poëtas*, ſuper, in, cum; ἀνὰ μέρος, viciſſim, alternis, *Ph.* ἀνὰ πέντε, quini, *Phil.*

Ἄνα, *ſurrexit*, 3. ſing. aor. 2. ind. act. *per Apocopen.* pro ἀνάστα, quod *Ionice* dicitur ἀνέστη, a verbo ἀνίστημι, *ſurgere facio.* Ἄνα, pro ἀνάστηθι, ſurge, *Hom. Il.* 6, 331. 9, 247. *Eurip. Troad.* 98.

Ἀνάϐα, *aſcende*, 2. ſing. aor. 2. imperat. act. per *Apocopen*, pro ἀνάϐαθι, ſive ἀνάϐηθι, a verbo ἀναϐαίνω, *aſcendo*.

Ἀναϐάδην, *Adv.* pedibus in altum extenſis, ſeu exporrectis. Ab ἀναϐαίνω.

Ἀναϐαδὸν, *Adv.* ſcanſim. Ab eod.

Ἀναϐαθμικὸς, ἡ, ὸν, gradualis, gradatim factus. Et

Ἀναϐαθμὶς, ίδος, ἡ, gradus ſcalæ. Ab

Ἀναϐαθμὸς, οῦ, ὁ, adſcenſus; (2) gradus ſcalæ; (3) ſedile; (4) reditus Judæorum ex captivitate Babylonica. Ab ἀναϐαίνω.

Ἀνύϐαθρα, τὰ, ἡ, ſcalæ navis. Ab eodem.

Ἀνάϐαθρον, ου, τὸ, ſcala; (2) pulpitum; (3) ſubſellium. Ab eod.

Ἀναϐαίνω, fut. ἀναϐήσομαι, p. ἀναϐέϐηκα, adſcendo, conſcendo; (2) emergo; (3) ſuccreſco; ἀνάϐα, adſcende, Gl. V. pro ἀνάϐαθι, ἀνάϐηθι, quaſi ab ἀνάϐημι. Ἀναϐαίνειν ἐπὶ τὸν ἵππον, ἐπὶ δένδρον, εἰς τὸ ὄρος, εἰς ἐκκλησίαν. Καὶ ἀνέϐησαν αἱ ἄκανθαι, Marc. 4. 7. Ex ἀνὰ, & βαίνω, *gradior*, *incedo*, *eo*.

Ἀναϐακχεύω, valde bacchor.

Ἀναϐάλλεσθαι, *differri*, præſ. inf. paſſ. verbi

Ἀναϐάλλω, rejicio, retardo, remoror; reſupino, Gl. V. protraho, Gl. V. ἀναϐάλλομαι, differo, procraſtino, *Ph.* (2) præludo, Gl. V. ἀναϐαλλέσθαι, præfari, Gl. V. Ἀναϐάλλειν τινὰ ἐπὶ τὸν ἵππον, ſuſtollere; τινὰ remorari; κρήνη λευκὸν ὕδωρ ἀνέϐαλλεν, *Callim.* Ἀναϐάλλεσθαι τὴν δίκην, μάχας· (3) induo me vel mihi; (4) incipio canere; (5) cano.

Ἀναϐάντες, *aſcendentes*, nom. pl. maſc. aor. 2. part. act. verbi ἀναϐαίνω.

Ἀναϐαπτίζω, rebaptizo, baptiſmum itero. Hinc

Ἀναϐάπτισις, εως, ἡ, iteratio baptiſmi, *Suic.*

Ἀναϐάπτισμα, ατος, τὸ, idem & ab eodem.

Ἀναϐαπτισμὸς, idem & ab eodem, *Suic.*

Ἀναϐαπτιστὴς, οῦ, ὁ, qs. d. rebaptizator, qui baptiſmum iterat. Ab eod.

Ἀναϐὰς, nom. ſ. a. 2. verbi ἀναϐαίνω.

Ἀναϐάσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ubi aſcendere poſſumus. Ab ἀναϐαίνω.

Ἀνάϐασις, εως, ἡ, adſcenſio, adſcenſus; (2) clivus; (3) augmentum. Ab eod.

Ἀναϐασμὸς, οῦ, ὁ, adſcenſus. Ab eodem.

Ἀναϐάσομαι, *conſcendam*, 1. fut. 1. ind. med. *Dor.* pro ἀναϐήσομαι, ab ἀναϐαίνω.

Ἀναϐαστάζω, fut. άσω, tollo in altum ad portandum. Ἐς ὕψος ἀναϐαστάσαι τὸν ἀντίπαλον, *Luc.* Ex ἀνὰ, & βαστάζω, *porto*.

Ἀναϐάτης, ου, ὁ, quicquam conſcendit, Gl. V. admiſſarius equus. Ab ἀναϐαίνω.

Ἀναϐατικὸς, ἡ, ὸν, propriè, equos conſcendendi peritus, qui celeriter & facilè ſe in equum conjicere poteſt.

Ἀναϐατὸς, οῦ, ὁ, qui conſcendi poteſt, ſcanſilis. Ab eod.

Ἀναϐεϐήκειν, 3. ſing. perf. ind. act. v. ejuſd.

Ἀναϐεϐιακὼς, perf. part. act. v. ἀναϐιόω.

Ἀναϐέϐρυκεν, *ſcatuit*, 3. ſing. perf. ind. act. cum ν ἐφελκ. a verbo ἀναϐρύω, *ſcateo*.

Ἀνάϐηθι, 2. ſing. a. 2. imp. act. v. ἀναϐαίνω.

Ἀναϐήσσω, vel ἀναϐήττω, tuſſio; (2) tuſſiendo exſpuo; (3) exſcreo; (4) rejicio.

Ἀναϐιϐάζω, fut. άσω, adſcendere facio, impono, ſubduco, proveho, eveho, *Ph.* ſubrigo, rieo. Ἀναβιβάζειν ἐφ' ἅρμα, τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, εἰς τιμήν. Ὑπὲρ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζεις τὴν γυναῖκα, extollis, *Luc.*

Ἀναβιβρώσκω, corrodo, exedo.

Ἀναβιοίην, *reviviſcam*, 1. ſing. præſ. optat. act. *Att.* pro ἀναβιοῖμι, a verbo

Ἀναβιόω, ῶ, f. ώσω, reviviſco.

Ἀναβίωσις, εως, ἡ, reditus ad vitam, reviviſcentia, reſurrectio. Ab ἀναβιόω.

Ἀναβιώσκομαι, reviviſco; (2) reviviſcere facio, vitæ reſtituo. Ab eod.

Ἀναβλαστάνω, fut. ἀναβλαστίσω, repullulo, regermino, renaſcor; (2) germino; (3) *act.* edo, profero de terrâ. Ὅταν ᾖ κοπῇ, μετὰ πρῶτον ἔτος εὐθὺς ἀναβεβλάστηκε, *Theophr.* Ex ἀνὰ, & βλαστάνω.

Ἀναβλαστέω, idem. Hinc

Ἀναβλάστημα, ατος, τὸ, quod renaſcitur.

Ἀνάβλεμμα, ατος, τὸ, adſpectus, intuitus in ſublime. A ſeq.

Ἀναβλέπω, f. ψω, oculos attollo; ſuſpicio, Gl. V. (2) viſum recipio; (3) intueor, conſpicio. Ἀναβλέπειν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἴς τινα, πρός τινα. Ἀνέβλεψεν πρὸς αὐτὸν γοργὸν, ὥσπερ οἱ λέοντες, ſæve, *Dion.*

Ἀναβλέψασαι, nom. pl. part. a. 1. act. f. g.

Ἀνάβλεψις, εως, ἡ, viſus recuperatio. Ab ἀναβλέπω.

Ἀναβληδὸν, *Adv.* amictim, in modum amiculi. Ab ἀναβάλλω. Unde

Ἀνάβλησις, εως, ἡ, procraſtinatio, dilatio.

Ἀναβλητικῶς, tardè, cunctanter.

Ἀναβλύζω, fut. ύσω, ſcaturio; ſcateo, ebullio, redundo, Gl. V. Φλόγες ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι, *Ariſtot.* Ex ἀνὰ, & βλύζω.

Ἀνάβλυσις, εως, ἡ, ſcaturigo. Ab ἀναβλύζω.

Ἀναβοάω, ῶ, f. ήσομαι, exclamo.

Ἀναβοῆσαν, aor. 1. part. act. n. g.

Ἀναβόησις, ἡ, exclamatio.

Ἀναβοθρεύω, effodio, effodiendo egero, *Heſ.*

Ἀναβολάδην, idem quod ἀναβλητικῶς.

Ἀναβόλαιον, ου, τὸ, amictus, *Ph.* amiculum. Ex ἀνὰ, & βάλλω.

Ἀναβολεὺς, έως, ὁ, id, in quod impoſito pede adſcendimus equum, ſtapes, ſtapeda; (2) homo, cujus miniſterio utimur ad hoc ipſum, qui alios in equum levat. Ph. ſtrator. Ab eod.

Ἀναβολὴ, ῆς, ἡ, egeſtio; (2) terra egeſta; (3) cunctatio, dilatio; (4) amictus; (5) proœmium carminis. Ab eod.

Ἀναβολικῶς, per dilationem, cunctanter.

Ἀναβορβορύζω, f. ύσω, exclamo.

Ἀναβράζω, fut. άσω, fervefacio, bullire facio. Gl. V. bullio; fervendo ejicio, de mari, v. c. ſpumam. Hinc

Ἀνάβρασις, εως, ἡ, æſtuatio, ebullitio.

Ἀναβράσσω, vel ττω, idem quod ἀναβράζω.

Ἀνάβραστος, ου, ὁ καὶ ἡ, fervefactus, elixus.

Ἀναβρέχω, f. ξω, madefacio.

Ἀναβρόξεια, *reſorbuerim*, 1. ſing. a. 1. opt. act. *Æol.* pro ἀναβρόξαιμι, ab

Ἀναβρόχω, f. ξω, reſorbeo. Ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ, *Odyſſ.* 12, 240. Ex ἀνὰ, & βρόχω, *ſorbeo.*

Ἀναβρυάζω, vocifero, exclamo. Ex βρυάζω, *lætor, præ lætitia exclamo.*

Ἀναβρυχάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, infremo, fremitus, ſeu rugitus edo; (2) cum fremitu & rugitu defleo.

Ἀναβρύχω, fut. ξω, ſcaturio, ſubſilio. Ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ, *Il.* 17, 54.

Ἀναβρύω, f. ύσω, idem. Ex ἀνὰ, & βρύω.

Ἀναβρωθεὶς, εῖσα, ὲν, undique corroſus, a. 1. part. paſſ. verbi ἀναβρώσκω.

Ἀνάβρωσις, εως, ἡ, corroſio, exeſio. Ab

Ἀναβιβρώσκω, f. ώσω, corrodo, exedo.

Ἀναβρωτικὸς, ἡ, ὸν, corroſivus, exedendi, corrodendi vim habens. Ab eodem.

Ἀναβωλακία, ἡ, glebarum everſio per arationem. Ab ἀνὰ, & βῶλαξ, *gleba.*

ἈΝΑΓΑΛΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, *Dioſcor.* 2, 209. anagallis, *Plin.* 25. §. 92 c. 13. morſus gallinæ, herba. *Angl.* Brook Lime, Pimpernel.

Ἀναγαργαρίζω, fut. ίσω, gargarizo, fauces colluo. Ex ἀνὰ, & γαργαρίζω.

Ἀναγαργάριστον, ſc. φάρμακον, medicamentum, quo fauces colluuntur in angina.

Ἀναγγεῖλαι, a. 1. inf. act.

Ἀναγγειλον, 2. ſing. a. 2. imp. act.

Ἀναγγελεῖ, 3. ſing. f. 1. indic. act. verbi

Ἀναγγέλλω, f. λῶ, renuncio, nuncio, expono, narro. Ἀναγγέλλειν τινί τι, περὶ τίνος. Ἀνηγγέλθη τεθνεὼς αὐτὸς, ipſum cecidiſſe, *Plut.* Ex ἀνὰ, & ἀγγέλλω.

Ἀνάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuncio carens, cujus ne nuncius quidem relictus eſt. Ex α priv. & ἄγγελος, *nuncius.*

Ἀναγεῖσθαι, *narrare*, præſ. inf. med. *Dor.* & *contr.* pro ἀνηγέεσθαι, a verbo ἀνηγέομαι.

Ἀναγελάω, ῶ, f. άσω, rideo.

Ἀναγεννάω, ῶ, f. ήσω, regenero. Ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν, 1 *Pet.* 1, 13.

Ἀναγέννησις, εως, ἡ, regeneratio; (2) baptiſmus; (3) reſurrectio. Ab ἀναγεννάω.

Ἀναγεύω, f. εύσω, guſtare facio, guſtandum præbeo. Ex ἀνὰ, & γεύω, *guſto.*

Ἀναγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, impurus. Ex α priv. & ἄγος, *veneratio.*

Ἀναγινώσκω, f. ἀναγνώσομαι, p. ἀνέγνωκα, agnoſco; recognoſco, Gl. V. (2) lego; (3) impello, induco; ἀνέγνων, legi, a. 2. Ἀναγινώσκειν βίβλους, τὰ γράμματα. Τὸν ἐκεῖνον μεταβουλεύσασθαι, a ſententia revocare; ἀναγνωσθεὶς χρήμασι, corruptus. *Herodot.*

Ἀναγκάζω, f. άσω, cogo, compello, adigo; (2) urgeo, vexo. Ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, *Marc.* 6, 45. Ab ἀνάγκη.

Ἀναγκαία, ας, , neceſſitas, *Ion.* pro ἀνάγκη.

Ἀναγκαῖον, ου, τὸ, neceſſarium, neceſſitas. Ab

Ἀναγκαῖος, αία, αῖον, vel ἀναγκαῖος, ου, ὁ καὶ ἡ, neceſſarius, neceſſario eveniens; (2) neceſſarius, cujus uſus eſt neceſſarius; (3) neceſſarius, neceſſitudine conjunctus. Ab ἀνάγκη. Hinc

Ἀναγκαιότης, ητος, ἡ, propinquitas generis; (2) amicitia.

Ἀναγκαιοφαγέω, v. ἀναγκοφ.

Ἀναγκαίως, *Adv.* neceſſario. Θανεῖν ἀναγκαίως ἔχει, *Eurip. Herc. Fur.* 502. mori neceſſe eſt.

Ἀνάγκασον, 2. ſing. aor. 1. imp. act. verbi ἀναγκάζω: *compello.*

Ἀναγκαστήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui cogit, qui neceſſitatem imponit. Ab ἀναγκάζω.

Ἀναγκαστικὸς, ἡ, ὸν, idem & ab eod.

Ἀναγκαστὸς, ἡ, ὸν, coactus, non voluntarius.

Ἀναγκαστῶς, *Adv.* coactè.

ἈΝΑ'ΓΚΗ, ης, ἡ, neceſſitas; (2) rerum difficultas; (3) quidquid animum quodammodo cogit; (4) tormentum, quæſtio; (5) miſeriæ e tormentis aliiſque vexationibus; (6) quivis caſus adverſus.

Ἀναγκοσιτέω, idem quod ἀναγκοφαγέω; (2) invitus aliquem alo. *Crates* ap. Ath.

Ἀναγκόσιτος, idem quod ἀναγκοφάγος; (2) qui invitus aliquem alit.

Ἀναγκοτροφέω, ῶ, f. ήσω, ingratis veſcor; (2) neceſſitate coactus me nutrio. Ex ἀνάγκη, & τρέφω, *nutrio.*

Ἀναγκοφαγέω, ῶ, f. ήσω, coactus comedo; copioſore victu uti cogor, ut athletæ, moleſtiam aliquam devorare cogor.

Ἀναγκοφαγία, ας, ἡ, comedendi neceſſitas; (2) victus athleticus. Ab

Ἀναγκοφάγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui victu athletico utitur. Ex ἀνάγκη, & φάγος, *edax.*

Ἀναγκοφορέω, ῶ, neceſſitate coactus perfero. Ex ἀνάγκη, & φέρω, *fero.*

Ἀναγκυλος, ὁ καὶ ἡ, obliquus.

Ἀναγλυκαίνω, iterum dulce reddo.

Ἀναγλυκανθῶσι, *dulcedinem ceperint*, 3. pl. a. 1. conjunct. paſſ. verbi præc.

Ἀνάγλυπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſculptus, cælatus, ſculpturis cælaturiſque aſper.

Ἀναγλυφὴ, ἡ, cælatura, ſignum cælatum.

Ἀνάγλυφος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Ab

Ἀναγλύφω, futur. ψω, ſculpo.

Ἀναγνάμπτω, fut. ψω, flecto, reflecto, curvo, incurvo; (2) ſolvo, diſſolvo, Il. 3, 348.

Ἀναγνεία, ας, ἡ, ſcelus. Ab ἀναγνός.

Ἀναγνόντες, *qui agnoverunt*, nom. pl. part. a. 2. act. verbi ἀναγινώσκω, *agnoſco.*

Ἄναγνος, ου, ὁ καὶ ἡ, impurus; (2) ſceleſtus; (3) impudicus. Ex α priv. & ἁγνὸς, *purus.*

Ἀναγνωρίζω, fut. ίσω, recognoſco, agnoſco. Ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, Act. 7, 13. Ex ἀνὰ, & γνωρίζω, *cognoſco.*

Ἀναγνώρισις, εως, ἡ, agnitio rei vel perſonæ, ante non notæ.

Ἀναγνωρισμὸς, οῦ, ὁ, idem; (2) ſpecimen, documentum. Ab eodem.

Ἀναγνώρισμα, ατος, τὸ, id ex quo aliquid agnoſcitur.

Ἀναγνωσείω, lecturio, Gl. V. Ab ἀναγινώσκω.

Ἀνάγνωσις, εως, ἡ, agnitio; (2) recognitio; (3) lectio; ipſa legendi actio; (4) perſuaſio. Ab eod.

Ἀνάγνωσμα, ατος, τὸ, agnitio; (2) lectio, quæ legitur, recitatio. Ab eod.

Ἀναγνωστήριον, ου, τὸ, lectorium, locus in quo legitur. Ab eod.

Ἀναγνώστης, ου, ὁ, lector, cujus munus eſt legere alicui. Ab eod.

Ἀναγνωστικὸς, ἡ, ὸν, ad legendum aptus.

Αναγον, *reducebant*, 3. pl. imperfect. act. *Ion.* pro ἀνῆγον, a verbo ἀνάγω, *reduco.*

Ἀναγορὰν, *in forum*, pro ἀνὰ ἀγοράν.

Ἀναγόρευσις, εως, ἡ, prædicatio, proclamatio; (2) renuntiatio, declaratio. Ph. nuncupatio, recitatio. Ab

Ἀναγορεύω, fut. εύσω, publice pronuncio, proclamo, per præconem declaro, denuncio, prædico; (2) ſaluto, declaro, renuncio, ut conſulem, imperatorem. Ἀναγορεύειν ἐν τῷ θεάτρῳ τινὰ αὐτοκράτορα. Νικᾶν ἀναγορεύετο, viciſſe, Dem. Σεβαστόν τε ἀναγορεύει, καὶ πατέρα καλεῖ, Herod. Ex ἀνὰ, & ἀγορεύω, *concionor, dico.*

Ἀνάγραμμα, ατος, τὸ, literarum trajectio & tranſpoſitio, qua vocabuli alicujus literis trajectis fit alia (& diverſum ſignificans) vox, ut ἀρετὴ, ἐρατὴ, μῦθος, θυμὸς, &c. Ex ἀνὰ, & γράμμα, *litera.* Unde

Ἀναγραμματίζω, f. ίσω, tranſpoſitis literis effero & dico. Hinc

Ἀναγραμματισμὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἀνάγραμμα.

Ἀνάγραπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, perſcriptus, literis proditus; (2) in acta relatus. Ab ἀναγράφω. Unde

Ἀναγραφεὺς, έος, ὁ, perſcriptor, ſcriba.

Ἀναγραφὴ, ῆς, ἡ, ſcriptio; (2) commentarius, breviarium, deſcriptio, enumeratio; (3) perſcriptio, acta. Gl. V. titulus. Ab

Ἀναγράφω, fut. ψω, ſcribo, conſcribo, perſcribo, literis mando; (2) proſcribe, propono; (3) perſcribo, in acta refero; (4) inſcribo; (5) adſcribo; (6) pingo; (7) colores addo imaginibus delineatis. Ἀναγράφειν εἰς κατάλογον, τινὰ ἐν τοῖς φίλοις, εἰς τὸν τοῖχον, τὰ ὑποτυπωθέντα. Νόμοι μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι, Luc.

Ἀναγρεύομαι, venor.

Ἀναγρία, ας, ἡ, tempus non venandi. Ex α priv. & ἄγρα, *venatio.*

Ἀναγρύζω, f. ύξω, grunnio; (2) hiſco, mutio. Ex ἀνὰ, & γρύζω, *grunnio, hiſco.*

Ἀναγυμνόω, ῶ, f. ώσω, nudo.

ἈΝΑ'ΓΥΡΙΣ, εως, ἡ, vel ἀνάγυρος, ου, ὁ, vel ἡ, anagyris, vel anagyrus, frutex.

Ἀνάγω, fut. ἀνάξω, tollo, eveho; (2) reduco, refero; (3) refero, defero; (4) redhibeo; (5) offero; (6) abduco; (7) rejicio, remitto; (8) evado; (9) educo, extraho, ejicio; (10) retrocedo; (11) inſtituo, educo, doceo; (12) indico ſceleris auctorem & in eum tendo; (13) acceptum fero, adſcribo; (14) idem quod ſimplex ἄγω, ἀνήγαγον, aor. 2. ἀναχθεὶς, ſubductus, evectus, aor. 1. part. paſſ. Ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν ἰσθμὸν, per pelagus deducere, κατάγειν, ad terram appellere; εἰς θεοὺς, referre; εἰς τιμὰς, promovere; ὀπίσω πόδα, ἔξω βέλους, retrocedere; τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ, narrare. Ἀνάγεσθαι τὸ τόπου, ſolvi, ναυσὶ ἐς τόπον. Κινεῖ γὰρ ἀνὴρ ὄμμα, κανάγει κάρα, Soph. Phil. 868.

Ἀναγωγεὺς, έως, ὁ, quod adligatnr alicui rei, quaſi ad eam ſuſtollendam. Ab ἀνάγω.

Ἀναγωγὴ, ῆς, ἡ, ſubductio, ſubvectio, elatio; (2) exitus e portu; (3) reductio, relatio; (4) rejectio, remiſſio; (5) redhibitio; (6) inſtitutio, diſciplina. Ab eodem.

Ἀναγώγια, τὰ, feſtum in honorem Veneris, quo die e Sicilia in Africam abire (ἀνάγεσθαι) creditur.

Ἀναγωγία, ας, ἡ, defectus diſciplinæ, mala educatio; (2) vita diſſoluta, animus indomitus. Ex α priv. & ἀγωγή.

Ἀναγωγικὸς, ή, ὸν, ſubvectivus, ſubvectitius; (2) myſticus, qui à ſenſibus ſubvehit ad intellectualia; (3) ſenſus remotiſſimos & abſtractiſſimos exquirens. Ab ἀνάγω.

Ἀναγωγικῶς, *Adv.* myſtice.

Ἀναγωγὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, in ſublime evehens in theol. myſtica. (2) vim alliciendi, attollendi habens.

Ἀνάγωγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui inſtitutus non eſt; (2) contumax, intractabilis; (3) intemperans, petulans; (4) indoctus, imperitus; (5) ineptus. Ex α priv. & ἀγωγή.

Ἀναγώγως, *Adv.* contumaciter; (2) petulanter, injurioſe, contumelioſe; (3) imperite, indocte; (4) inepte; (5) citra inductionem & certum nexum.

Ἀναγώνιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui non certat, qui certamen non experitur; (2) iners. Ex α priv. & ἀγὼν, *certamen.*

Ἀναδάζομαι, fut. άσομαι, & act. ἀναδάζω, divido. Ἀναδασάμενος τὴν χώραν, *Plut.*

Ἀναδαίω, divido.

Ἀναδαίρετον, perſpicué, apud Ariſtoph.

Ἀναδάκνω, f. δήξω, remordeo; (2) mordeo.

Ἀναδάσασθαι, a. 1. ind. med. ἀναδάζομαι.

Ἀναδάρκης, ες, idem qui ἀδερκής. Ern.

Ἀναδασμὸς, οῦ, ὁ, diviſio. Ab ἀναδάζομαι.

Ἀνάδαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, diviſus, diſtributus; (2) viritim æqua portione diviſus; (3) reſciſſus. Ab eod.

Ἀναδάστως, inequaliter, nulla portione.

Ἀναδέδρομα, *percurri,* 1. ſing. perfect. ind. med. verbi ἀνατρέχω pro ἀναδρέμω.

Ἀναδέδραμεν, *ſurſum cucurrimus,* 1. plur. perf. ind. med. *per Sync.* pro ἀναδεδρόμαμεν.

Ἀναδείγματα, τὰ, ſigilla, ſeu imagunculæ, quæ in tragicis ſcenis oſtenduntur; (2) lora ſeu habenæ circa æquorum colla. Ab

Ἀναδείκνυμι, vel ἀναδεικνύω, f. δείξω, demonſtro, oſtendo; (2) deſigno, creo; (3) edo; (4) dico, conſecro; (5) inſtituo, conſtituo; (6) pando, *de portis.* Ὕπατον ἀναδείξας ἑαυτόν· ἱερὸν ἀναδειχθὲν Καίσαρι τῷ σεβαστῷ· τὰς πύλας τινί. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος ϗ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, Luc. 10, 1.

Ἀναδεῖξαι, *oſtendiſſe,* a. 1. inf. act. Hinc

Ἀνάδειξις, εως, ἡ, demonſtratio; (2) deſignatio, creatio; (3) dedicatio, conſecratio de qua etiam Scriptoribus Eccleſ. dicitur in Euchariſtia.

Ἀναδείπνια, ων, τὰ, poſtcœnia, menſa ſecunda, bellaria. Ex ἀνὰ, & δεῖπνον, *cœna.*

Ἀναδέκεσθαι, *recipere,* præſ. inf. med. *Ionice* pro ἀναδέχεσθαι, a verbo ἀναδέχομαι.

Ἀνάδελφος, ου, ὁ ϗ ἡ, fratre carens. Ex α priv. & ἀδελφὸς, *frater.*

Ἀναδέμω, ædificium inſtauro.

Ἀναδενδρὰς, άδος, ἡ, vitis arbuſtiva, vitis arborem conſcendens; labruſca, Ph. (2) locus vitibus conſitus; (3) arbuſtum. Ex ἀνα, & δένδρον, *arbor.*

Ἀναδενδρίτης, ου, ὁ, ſcil. οἶνος, vinum ex vite arbuſtiva. Ab ἀναδενδράς.

Ἀναδενδρομαλάχη, ης, ἡ, althæa, ibiſcus, ſpecies malvæ ſilveſtris.

Ἀναδέξαι, *oſtendiſſe,* aor. 1. inf. act. *Ion.* pro ἀναδεῖξαι, a verbo ἀναδείκνυμι, *oſtendo.*

Ἀναδέρκω, ſuſpicio; (2) adſpicio.

Ἀναδέρω, fut. ερῶ, excorio; (2) nudo, revelo; (3) aperte dico, differo, in aliud tempus rejicio. Ex ἀνὰ, & δέρω, *excorio.*

Ἀνάδεσις, ἡ, religatio. Ab ἀναδέω. Hinc

Ἀναδεσμεύω, fut. εύσω, religo.

Ἀναδεσμέω, idem:

Ἀναδέσμη, ης, ἡ, ornamentum capitis, redimiculum, ſimile quidpiam diademati:

Ἀνάδετος, ου, ὁ ϗ ἡ, religatus, revinctus.

Ἀναδεύω, f. εύσω, irrigo, imbuo, miſceo, ſubigo. Ἀναδεύω τοῖς ἤθεσι παίδων νόμους, Plut. Ex ἀνὰ, & δεύω, *irrigo.*

Ἀναδέχομαι, fut. ξομαι, ſuſcipio, recipio, excipio; (2) ſuſcipio apud me, receptum apud me do; (3) recipio in me, polliceor ſc. me præſtiturum; (4) recipio in me ſc. crimen, offero me crimini, agnoſco rem perpetratam; (5) do pœnas; (6) exſpecto patienter, ſuſtineo; (7) promitto pro infante in baptiſmo, ago ſuſceptorem. Ἀναδέχεσθαι τίνα φιλοφρόνως, τινὰ ἐπὶ τῶν νώτων, τὸν παῖδα· ἀναδέχομαι ἥξειν, ἐφ᾽ ἐμαυτόν τι· δίκην, τὸ ἔγκλημα· τὴν τιμωρίαν, pœnas dare. Ex ἀνὰ, & δέχομαι.

Ἀναδέω, ῶ, f. ήσω, religo, vincio; (2) redimio, corono. Ἀναδεῖν χρυσῷ στεφάνῳ, δᾷδας πρὸς ἕκαστον κέρας· εἰς θεὸν, referre. Λήροις ἀναδῶν τοὺς νικῶντας, Ariſtoph. Plut. v. 588. Ex ἀνὰ, & δέω, *vincio.* Hinc

Ἀνάδημα, ατος, τὸ, diadema, corona.

Ἀναδῆσαι, *religaſſe,* aor. 1. inf. act.

Αναδηχθεὶς, *remorſus,* a. 1. part. paſſ. verbi ἀναδάκνω, pro ἀναδήκω, *remordeo.* Unde

Ἀνάδηξις, εως, ἡ, morſus, morſio.

Ἀναδιδάσκω, fut. άξω, doceo, (2) meliora edoceo. Τοῦ θεοῦ τὸν χρησμὸν ἀναδίδαξον αὐτὸν, ὡς ἔχει, Ariſt. Eq. 153.

Ἀναδίδωμι, fut. ώσω, reddo; (2) emitto, produco. Ἀναδιδόναι καρπὸν, ὀσμὴν, τὴν πίστιν, ἐπιστολήν· ψῆφον, permittere ut ſententiam dicat. Ex ἀνὰ, & δικάζω.

Ἀναδικία, ας, ἡ, lis, ſeu judicium de re, judicata quidem ſed irrita. Ab

Ἀνάδικος, ου, ὁ ϗ ἡ, in jus retrahendus, priori judicio irrito. Ex ἀνὰ, & δίκη, *jus, lis.*

Ἀναδινέω, ῶ, f. ήσω, in vorticem, ſeu gyrum revolvo. Ex ἀνὰ, & δίνη, *vortex.*

Ἀναδιπλασιάζω, fut. άσω, reduplico. Hinc

Ἀναδιπλασιασμὸς, οῦ, ὁ, reduplicatio.

Ἀναδιπλόω, ῶ, f. ώσω, reduplico.

Ἀναδίπλωσις, εως, ἡ, reduplicatio; (2) figura rhetorica. Ab ἀναδιπλόω.

Ἀναδοθεὶς, aor. 1. part. paſſ. v. ἀναδίδωμι.

Ἀναδοιδυκάζω, fut. άσω, commiſceo, confundo, proprie piſtillo in mortario. Ex ἀνὰ, & δοίδυξ, *piſtillum.*

Ἀναδορὴ, ῆς, ἡ, detractio cutis, excoriatio, nudatio. Ab ἀναδέρω, *excorio.*

Ἀνάδοσις, εως, ἡ, productio; (2) eruptio, quæ ſurſum verſus fit; (3) ſcaturigo, pullulatio; (4) diſtributio. Ab ἀναδίδωμι.

Ἀναδοτικὸς, ή, ὸν, diſtributivus. Ab eod.

Ἀνάδοτος, ου, ὁ ϗ ἡ, reddendus. Ab eod.

Ἀνάδου, *redde,* aor. 2. imp. med. *Att.* pro ἀνάδοσο, a verbo ἀναδίδωμι.

Ἀναδούλωσις, εως, ἡ, revocatio, ſ. retractio in ſervitutem. Ex ἀνὰ, & δουλόω, *in ſervitutem redigo.*

Ἀναδοχεὺς, έως, ὁ, idem quod ἀνάδοχος.

Ἀναδοχὴ, ῆς, ἡ, receptio; (2) ſponſio, repromiſſio; (3) ſuſceptio in baptiſmo. Ab ἀναδέχομαι.

Ἀνάδοχος, ου, ὁ ϗ ἡ, receptor, receptum dans alicui; (2) repromiſſor, ſponſor, fidejuſſor, Ph. præs, redhibitor; (3) ſuſceptor in baptiſmo. Ab eodem.

Ἀναδρομὴ, ῆς, ἡ, recurſus; (2) elevatio in altum; (3) germinatio; (4) adſcenſio, adſcenſus. Ab ἀνατρέχω.

Ἀνάδυμι, vel ἀναδύω, f. ύσω, exſiſto, emergo, prodeo; (2) orior; (3) retrocedo, pedem refero; (4) reſpuo, recuſo, fugio, detrecto; (5) retracto. ἀναδύομαι, recuſo. Ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, Il. 1, 359. ἀνεδύσατο κῦμα θαλάσσης, emerſit, Ib. 406. ἀναδύεσθαι τὰς συνηγορίας εἰς τόπον. Πολλὰ δ᾽ ἔχων εἰπεῖν, ἀναδύομαι, *Non.* Ex ἀνὰ, & δύω, *ſubeo.* Hinc

Ἀνάδυσις, εως, ἡ, emerſio; (2) retroceſſio; (3) fuga; (4) perfugium; (5) retractio pacti; (6) emerſio in baptiſmo.

Ἀναδῦν, vide ἀναδῦμι.

Ἀνάεδνος, ου, ἡ, dote carens, indotata. Ex α priv. & ἕδνα, *dos.*

Ἀναείρω, tollo, elevo. Ex ἀνὰ, & ἀείρω, *tollo.*

Ἀνάελπτα, *inſperata,* nom. plur. n. g. ab

Ἀνάελπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, inſperatus. Ex α priv. & ἄελπτος, *inſperatus.*

Ἀναειρτάζω, fut. άσω, tollo in altum. Ab ἀναείρω.

Ἀναζάω, ῶ, fut. ήσω, reviviſco, ad vitam redeo; (2) reſipiſco ab improba vita; (3) innovor. Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, Rom. 7, 9. Ex ἀνὰ, & ζάω.

Ἀναζεύγνυμι, vel ἀναζευγνύω, f. εύξω, equos rurſum jungo; (2) redeo; (3) moveo, ſc. caſtra; (4) ſolvo; (5) reduco. Ἀναζευγνύειν διὰ τόπου, εἰς τόπον, ἐπ᾽ οἴκου, ἐπ᾽ οἶκον· τὰς νῆας, ſolvere; τὸν στρατὸν, abducere. Ex ἀνὰ, & ζεύγνυμι, *jungo.*

Ἀναζεῦξαι, aor. 1. inf. act.

Ἀνάζευξις, εως, ἡ, caſtrorum motio; (2) reditus domum. Ab ἀναζεύγνυμι.

Ἀνάζεμα, τος, τὸ, Ebullitio. Ab

Ἀναζέω, ῶ, futur. έσω, efferveo, ebullio; (2) fervefacio, & ad hæc ἀναζέομαι, ſcaturio, effundo. Ab ἀνα, & ζέω, *efferveo.*

Ἀναζητέω, ῶ, fut. ήσω, requiro; (2) inquiro. Ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι, Luc. 2, 44. Τὰ ὑπὸ γῆν ἄδυτα ἀναζητητικῶς, Plat. Hinc

Ἀναζήτησις, ἡ, inquiſitio.

Ἀναζυγὴ, ῆς, ἡ, mutatio caſtrorum.

Ἀναζυγόω, ῶ, jugo exſolvo; (2) aperio, reſero, pando. Ab ἀναζεύγνυμι.

Ἀναζυμόω, ῶ, f. ώσω, fermento.

Ἀναζωγραφέω, ῶ, f. ήσω, delineo, depingo.

Ἀναζωγρέω, ῶ, fut. ήσω, in vitam revoco, exſuſcito; (2) inſtauro.

Ἀναζωννύω, vel ἀναζώννυμι, f. ζώσω, ſuccingo. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, 1 Pet. 1, 13.

Ἀναζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, in vitam revoco.

Ἀναζωόω, ῶ, f. ώσω, refocillo, recreo.

Ἀναζωπυρέω, ῶ, f. ήσω, exſuſcito, reſuſcito; (2) in vitam revoco; (3) renovo. Ἀναζωπυρεῖ ϗ τρέφει τὴν ὄψιν, Plut. τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, 2 Tim. 1, 6.

Ἀναζωπύρησις, ἡ, refectio virium, potentiæ.

Ἀναζωσάμενος, *qui ſuccinxit,* aor. 1. part. med. verbi ἀναζώννυμι, pro ἀναζώω.

Ἀναζωτικὸς, ή, ὸν, refocillandi vim habens. Ab ἀναζωόω.

Ἀναθαλέω, ῶ, idem quod

Ἀναθάλλω, fut. αλῶ, repullulo, regermino; (2) vegetor, vigeſco, vires reparo; (3) revireſcere facio. Ἐγὼ Κύριος ἀναθάλλων ξύλον ξηρὸν, Ezek. 17, 24.

Ἀναθάλπω, f. ψω, refoveo, refocillo.

Ἀναθαῤῥέω, ῶ, fut. ήσω, fiduciam reſumo, animum recipio. Ex ἀνὰ, & θαῤῥέω.

Ἀναθαῤῥύνω, fut. υνῶ, fiduciam, ſ. ſpem, animum reddo, erigo. Ἀναθαῤῥύνομεν τοὺς ἄνδρας, Xen.

Ἀναθαρσέω, ῶ f. ήσω, idem quod ἀναθαῤῥέω.

Ἀναθαρσύνω, f. υνῶ, idem quod ἀναθαῤῥύνω.

Ἀναθείην, *retulerim,* 1. ſing. a. 2. opt. act. verbi ἀνατίθημι, pro ἀναθέω, *refero.* Unde

Ἀνάθεμα, ατος, τὸ, exſecratio; (2) ſeparatio, alienatio; (3) ſegregatio a communi uſu ad uſum ſacrum; (4) homo exſecrabilis, homo ſacer, exitio deſtinatus. Ph. domum.

Ἀναθεματίζω, f. ίσω, exſecror, diris devoveo, anathema declaro. Ποιήσαντες τινες τῶν Ἰουδαίων συστροφὴν, ἀναθεμάτισαν ἑαυτοὺς, Act. 23, 12. Ab ἀνάθεμα. Hinc

Ἀναθεματισμὸς, οῦ, ὁ, exſecratio, anathematiſmus.

Ἀναθέμεν, *imponere,* aor. 2. inf. act. *Ionice* pro ἀναθεῖναι, a verbo ἀνατίθημι, *impono.*

Ἀναθερμαίνω, recalefacio, calefacio.

Ἀνάθεσις, εως, ἡ, dicatio, conſecratio; (2) dilatio, cunctatio, attributio h. e. cum alicui aliquid velut culpam, tribuimus, ad al quem auctorem, ad cauſam referimus. *Ern.* Ab ἀνατίθημι.

Ἀναθέω, ῶ, fut. θεύσομαι, ſurſum curro; (2) recurro; (3) curſito. Ex ἀνά, & θέω.

Ἀναθεωρέω, ῶ, attente contemplor, diligenter conſidero. Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, Act. 17, 23. Hinc

Ἀναθεώρησις, εως, ἡ, diligens conſideratio, contemplatio.

Ἀναθεωρισμὸς, οῦ, ὁ, recognitio. Ab eodem.

Ἀναθήκη, ης, ἡ, idem quod ἀνάθεσις, Heſ.

Ἀναθηλέω, revireſco. A θάλλω, *vireo.*

Ἀνάθημα, ατος, τὸ, donarium Deo in templo ſuſpenſum; (2) perſona Deo conſecrata ac dicata; (3) ornamentum quodlibet. Ab ἀνατίθημι, *ſepono.*

Ἀναθήσουσι, *ſeponent*, 3. plur. f. 1. ind. act.

Ἀναθλίβω, fut. ψω, elido; (2) exprimo.

Ἄναθλος, ου, ὁ καὶ ἡ, certaminibus inhabilis, imbecillis. Ex ἀνὰ, & ἆθλος, *certamen.*

Ἀναθολόω, ῶ, fut. ώσω, perturbo, infuſco.

Ἀναθόλωσις, εως, ἡ, perturbatio, confuſio, permixtio, obſcuratio. Ab ἀναθολόω.

Ἀναθορέω, ῶ, exſilio; (2) proſilio; (3) reſilio. Ἀναθορεῖν τοῦ σκίμποδος, ἐκ τῆς στιβάδος. Ἀναθοροῦντες ἔφυγον, Syneſ.

Ἀναθορνύω, irruo, *Ern.*

Ἀναθορυβέω, ῶ, tumultuor; (2) rebello.

Ἀνάθρεμμα, ατος, τὸ, alumnus, omne quod nutritur, alitur, educatur. Ex ἀνὰ, & θρέμμα, *quod alitur.*

Ἀνάθρεπτος, ὁ καὶ ἡ, alumnus. Ab ἀνατρέφω.

Ἀνάθρεψις, εως, ἡ, reſtauratio, reparatio, refectio. Ab eod.

Ἀναθρέω, ῶ, f. ήσω, perſpicio, attente conſidero. Ex α intenſ. & ἀθρέω, *video.*

Ἀναθρώσκω, f. θρώσω, exſilio, ſaltu conſcendo; reſulto, Gl. V. Ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται, Il. 13, 140.

Ἀναθυάω, ῶ, macto, ſacrifico. Ex ἀνὰ, & θύω, *macto.*

Ἀναθυμιάζω, futur. άσω, vaporo, ſuffio, exhalare facio. Gl. V. exhalo:

Ἀναθυμίαμα, ατος, τὸ, ſuffitus, ſuffimen, vapor; (2) reſpiratio. Ab

Ἀναθυμιάω, ῶ, fut. άσω, idem quod ἀναθυμιάζω. Ἀναθυμιᾶσθαι ἐκ τῆς θαλάσσης, ὑπὸ θερμότητος.

Ἀνάθυρμα, ατος, τὸ, luſus, ludus, ludicrum; (2) id, quo quis ludit. Ex ἀνὰ, & ἄθυρμα, *luſus.*

Ἀνάθυσις, εως, ἡ, immolatio.

Ἀναθύω, f. ύσω, opus intermiſſum reſumo; (2) exſultim ludo, laſcivio.

Ἀναθωΰσσω, vociferor, exclamo.

Ἀναίδεια, ας, ἡ, impudentia, importunitas. Ab ἀναιδής.

Ἀναιδείηφι, *impudentiæ*, dat. ſing. *Ionice & per Paragogen* τοῦ φι, ab ἀναίδεια.

Ἀναιδεύομαι, impudentia utor, impudenter me gero. Ab eod.

Ἀναιδημόνως, *Adv.* ſine ulla reverentia, impudenter. Ab eod.

Ἀναιδὴν, *Adv.* idem & ab eod.

Ἀναιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, impudens, inverecundus. Hinc τὸ ἀναιδὲς έος, inverecundia. Ex α priv. & αἰδὼς, *pudor.*

Ἀναιδῶς, impudenter, Gl. V. Ab ἀναιδής.

Ἀναιθύσσω, quatiendo, movendo excito flammam; (2) accendo; (3) moveo; (4) prorumpo. Ex ἀνὰ, & αἰθύσσω.

Ἀναίθω, uro, accendo. Ex ἀνὰ, & αἴθω, *uro.*

Ἀναίκλια, ſeu ἀναίκλεια, ων, τὰ, incœnia, Heſ. Ex α priv. & αἶκλον, *cœna veſpertina.*

Ἀναιμακτὶ, ſine ſanguine, incruente. Ab

Ἀναίμακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, non cruentus, incruentus. Ex α priv. & αἱμακτός.

Ἀναιμία, ας, ἡ, ſanguinis privatio, defectus. Ab

Ἄναιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, exſanguis. Ex α pr. & αἷμα, *ſanguis.*

Ἀναιμόσαρκος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus caro ſanguinis eſt expers. Ex α priv. αἷμα, & σὰρξ, *caro.*

Ἀναιμόχροος, *contr.* ἀναιμόχρους, ου, ὁ καὶ ἡ, qui eſt colore exſanguis, pallidus. R. Ex α priv. αἷμα, & χρόα, *color.*

Ἀναίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, exſanguis. Ex α pr. & αἷμα, *ſanguis.*

Ἀναιματεὶ, *Adv.* ſine cruore. Ex iiſdem

Ἀναιμωτὶ, *Adv.* idem & ex iiſd.

Ἀναίνεται, *recuſat*, 3. ſing. præſ. indic. Ab

ἈΝΑΙ'ΝΟΜΑΙ, abnuo, renuo, recuſo, detrecto; (2) inficior; (3) reſpuo, repudio. Οὐδ' οἷόν τ' ἀνήνασθαι πόσιν, licet repudiare, Eur. Med. 237. Σὲ δ' ἀναίνεται, ἠδὲ σὰ δῶρα, Il. 9, 675.

Ἀναΐξας, a. 1. part. act. verbi ἀναΐσσω.

Ἀναιρεθῆναι, aor. 1. ind. paſſ. v. ἀναιρέω.

Ἀναίρεμα, το, præda, ſpolium.

Ἀναίρεσις, εως, ἡ, ablatio, ſublatio; (2) everſio; (3) abrogatio; (4) interfectio, cædes. Ab ἀναιρέω. Unde

Ἀναιρέτης, ου, ὁ, ablator, ſublator; (2) everſor; (3) interfector, interemptor.

Ἀναιρετικὸς, ἡ, ὸν, exitiabilis, lethalis, mortifer.

Ἀναιρέω, ῶ, f. ήσω, aufero, tollo; (2) everto; (3) abrogo; (4) tollo de medio, interficio; (5) condemno; (6) capio, in manus ſumo; (7) reddo reſponſum, *de oraculo*; *& in Medio*; (8) tollo, *de liberis*, pro ſuſcipio, vel educo; (9) ſuſcipio, adgredior; (10) excipio, recipio ad me; (11) eligo; (12) demereor, vel concilio mihi aliquem; (13) concipio, gravida fio; (14) vinco, reporto præmium; (15) tollo mortuum, ſepelio. Ἀναιρεῖν τι ἐκ τῆς πόλεως, πόλεις, νόμους, ἑαυτόν· ἀναιρεῖσθαι τὴν συγγραφὴν, expungere; παῖδας, tollere; τοὺς νεκροὺς, efferre ad ſepult. πόλεμον, ἔχθρας, πόνους, ſuſcipere. Ab ἀνὰ, & αἱρέω, *capio.*

Ἀναίρω, tollo, ſurſum tollo.

Ἀναισθησία, ας, ἡ, defectus ſenſuum, ſtupor, ſtupiditas; (2) ſtoliditas, dementia. Ex α priv. & αἴσθησις, *ſenſio.*

Ἀναισθητεύομαι, idem, quod

Ἀναισθητέω, ῶ, f. ήσω, careo ſenſu, non ſentio; (2) ſum ſtupidus, vel vecors. Ἐπιπείσμην δ' ὥσπερ ἐμαυτοῦ, τυχὸν μὲν ἀναισθητῶν, Dem. Ab

Ἀναίσθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, carens ſenſu, expers facultatis ſentiendi; (2) qui non ſentitur, ſenſum effugiens, qui non cadit ſub ſenſum; (3) ſtupidus, ſtolidus, demens. Ex α priv. & αἰσθητὸς, *ſenſibilis.*

Ἀναισθήτως, *Adv.* ſine ſenſu; (2) ſtupide, ſtolide; (3) lentè, patienter.

Ἀναισιμοῦν, *impendere*, præſ. inf. act. *contr.* pro ἀναισιμόειν, a verbo

Ἀναισιμόω, ῶ, f. ώσω, inſumo, impendo. Ἀναισιμώθη ἐκ τοῦ τάφου ἡ γῆ. *Her.* Hinc

Ἀναισίμωμα, ατος, τὸ, ſumptus.

Ἀναΐσσω, fut. ξω, ſurſum ruo, ſurgo, proſilio. Μὴ πρὶν ἀναΐξειαν ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν, Il. 4, 114. Ex ἀνὰ, & ἀΐσσω, *ruo.*

Ἀναισχυντέω, ῶ, f. ήσω, impudens ſum, impudenter ago. Τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτα τὶς, ὅτι τοιαῦτα ποιῶν οὐδ' ἀναισχυντεῖ; Ariſt. Θεσμ. 715.

Ἀναισχύντημα, τὸ, facinus impudens.

Ἀναισχυντία, ας, ἡ, impudentia, inverecundia. Ab

Ἀναίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, impudens, inverecundus. Ex α priv. & αἰσχύνω.

Ἀναισχύντως, *Adv.* impudenter, inverecunde.

Ἀναιτιολόγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus ratio reddi non poteſt. Ex α priv. & αἰτιολογέω.

Ἀναιτία, ἡ, innocentia.

Ἀναιτιολόγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus ratio reddi non poteſt.

Ἀναίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, cauſſam non habens, cujus cauſſa nulla eſt; qui in cauſſa non eſt, cur aliquid fiat. (2) innocens. Ex α priv. & αἰτία.

Ἀναιτίως, *Adv.* ſine cauſſa. Ab ἀναίτιος.

Ἀνακαγχάζω, fut. άσω, cachinnor, effuſe rideo. Ἀκούσας ἀνεκάγχασε μάλα Σαρδόνιον, Plut.

Ἀνακαθαίρω, expurgo, perpurgo. Hinc

Ἀνακάθαρσις, εως, ἡ, purgatio; (2) explanatio allegoriarum.

Ἀνακαθαρτικὸς, ἡ, ὸν, purgativus. Ab eod.

Ἀνακάθημαι, ſedeo erectus; (2) recumbo, reſideo.

Ἀνακαθίζω, f. σω, reſideo. Καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, Luc. 7, 15.

Ἀνακαινίζω, fut. ίσω, innovo, inſtauro. Ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, Pſal. 104, 30. Εἰς μετάνοιαν, Heb. 6, 6. Ex ἀνὰ, & καινὸς, *novus.* Hinc

Ἀνακαίνισις, εως, ἡ, renovatio, inſtauratio.

Ἀνακαινισμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Ἀνακαινόω, ῶ, fut. ώσω, innovo, inſtauro. Ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον, &c. Col. 3, 10. Ab ἀνὰ, & καινὸς, *novus.* Hinc

Ἀνακαίνωσις, εως, ἡ, renovatio, inſtauratio.

Ἀνάκαιον, ου, τὸ, carcer, in quem conjiciebantur ſervi mali & liberti, qui a dominis ſuis defecerant, Suid. Harpocration.

Ἀνακαίω, fut. καύσω, accendo, incendo; (2) incito. Ἀνακαύσασθαι τὸ πῦρ, *Herodot.*

Ἀνακαλέω, ῶ, fut. έσω, p. κέκληκα, inclamo, alta voce appello, voco; (2) invoco; (3) revoco; (4) ſarcio, rependo. Ἀνακαλεῖν τὸν εὐεργέτην, ἀγαθόν· ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι τοὺς στρατιώτας, τοὺς ἐν ὑπερορίαις· τὴν στάσιν, labantem reparare.

Ἀνακαλινδέω, ῶ, f. ήσω, verſo, volvo.

Ἀνακαλυπτήρια, dies, quo ſponſa facie retecta prodit; (2) munus, quod ſponſæ eo die a viro aliiſque dabatur. Ab

Ἀνακάλυπτρα, τα, id. quod præc. (2) Ab

Ἀνακαλύπτω, fut. ψω, revelo, retego, patefacio. Ἀνακαλύπτειν μυστήρια· λόγους, aperte loqui; βλέφαρον. Ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, 2 Cor. 3, 18.

Ἀνακάλυψις, εως, ἡ, revelatio.

Ἀνακάμπτω, f. ψω, reflecto; (2) revertor, redeo; (3) declino, deflecto. Πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, Act. 18, 21.

Ἀνακάμψαι, *reverti*, a. 1. inf. act.

Ἀνακάμψερως, ερωτος, ἡ, herba quæ amorem reducere credebatur. Ex ἀνακάμπτω, *redeo*, & ἔρως.

Ἀνακαμψίπνοος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui reflexo itinere flat, qui reflexos flatus habet. Ex ἀνακάμπτω, *reflecto*, & πνοός, *flatus.*

Ἀνάκαμψις, εως, ἡ, reflexio; (2) reciprocatio. Ab ἀνακάμπτω.

Ἀνάκανθος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſpinis, ſeu aculeis carens. Ex α priv. & ἄκανθα, *ſpina.*

Ἀνακάπτειν, *deglutire*, præſ. ind. act. verbi ſeq.

Ἀνακάπτω, f. ψω, devoro, deglutio, abſorbeo.

Ἀνάκαρ, *Adv.* ſurſum verſus, in ſuperiorem partem. Ex ἀνὰ, & κὰρ, pro κάρα, *caput.*

Ἀνακάρδιον, ου, τὸ, arbor quædam Indica fructu aviculæ corculo non diſſimili. Ex ἀνὰ, & καρδία, *cor.*

Ἀνάκαρδος, ου, ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀνάκαυσις, εως, ἡ, accenſio, incenſio. Ab ἀνακαίω, *incendo.*

Ἀνακαχλάζω, ebullio, efferveſco, ut *ſimplex*

Ἀνακάχλασις, ἡ, Ebullitio.

Ἀνάκαψις, εως, ἡ, devoratio. Ab ἀνακάπτω.

Ἀνακεάζω, f. άσω, findo.

Ἀνακέαται, *dicati ſunt*, 3. plur. præſ. indic. med. *Ion.* pro ἀνάκεινται, a verbo ἀνάκειμαι.

Ἀνάκεια, ων, τὰ, feſtum Dioſcurorum, Caſtoris & Pollucis, qui & ἄνακες dicti.

Ἀνάκειμαι, f. κείσομαι, accumbo, recumbo; (2) conſecratus, dicatus ſum; (3) deditus, addictus ſum; (4) ſitus, repoſitus ſum; (5) tribuor, adſcribor alicui. Ἀνάκειται εἰς ὀλίγους, ἐπὶ σοι, πᾶν ἐς σε· τοῖς βιβλίοις, συμποσίοις, incumbere; τῶν θείων, deditus; τῷ θεῷ ἀνάκειται ὑπομνήματα. Ex ἀνὰ, & κεῖμαι, *jaceo.*

Ἀνάκειον, ου, τὸ, templum ἀνάκων, ſeu Dioſcurorum. Ab ἄνακες.

Ἀνακείρω, tondeo; (2) abſcindo; (3) diſſeco, lacero. Ex ἀνὰ, & κείρω, *tondeo.*

Ἀνακεκαλυμμένως, *Adv.* revelate, aperte. Ab ἀνακαλύπτω.

Ἀνακεκραγὼς, part. perf. act. v. ἀνακράζω.

Ἀνακελαδέω, ſtrepo, garrio. Ab

Ἀνακέλαδος, ὁ, ſuſurrus.

Ἀνακεράννυμι, vel ἀνακεραννύω, vel ἀνακεράω, commiſceo, permiſceo; (2) tempero. Ἀνακραθέντων καιναῖς ἐπιγαμίαις τῶν γενῶν, Plut.

Ἄνακες, ων, οἱ, Dioſcuri, Caſtor & Pollux. Ab ἄναξ, unde ἀνακῶς, *ſedulo*, quod Athenienſibus credebantur conſulere.

Ἀνοίκειος, εία, ειον, & ἀνοίκειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non familiaris, non domeſticus; (2) non conveniens, non congruus; (3) improbabilis, incredibilis. Ex α priv. & οἰκεῖος, *familiaris, aptus.* Hinc

Ἀνοικειότης, ητος, ἡ, nulla familiaritas; (2) mores a familiaritate alieni.

Ἀνοίκητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inhabitabilis. Ex α priv. & οἰκέω, *habita.*

Ἀνοικίζω, f. ίσω, inſtauro, reædifico; (2) migro, habitationem transfero. Ἀνοικίζειν τὰς πόλεις· ἀνοικίσασθαι ἐς Ὄλυνθον, Thuc. Ab ἄνοικος.

Ἀνοικισμὸς, ȣ̃, ὁ, inſtauratio. Ab ἀνοικίζω.

Ἀνοικοδομέω, ῶ, f. ήσω, inſtauro ædificium. Ἀνοικοδομέω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, Act. 15, 16. Ex ἀνὰ, & οἰκοδομέω.

Ἀνοικονόμητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, prodigus; (2) male diſpoſitus. Ex α priv. & οἰκονομέω.

Ἄνοικος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, extorris, ſine domo.

Ἀνοικτείρμων, ὁ ϗ ἡ, immiſericors.

Ἀνοικτὸς, ἡ, ὸν, apertus; (2) apertilis. Ab ἀνοίγω.

Ἄνοικτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, immiſericors. Ex α priv. & οἶκτος, *miſericordia.*

Ἀνοικτρὸς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non miſerandus, immiſerabilis. Ex α priv. & οἰκτρὸς, *miſerandus.*

Ἀνοίκτως, *Adv.* immiſericorditer. Ab ἄνοικτος.

Ἀνοιμώζω, f. ξω, ingemiſco, fleo, edo gemitum. Ex α priv. & οἰμώζω, *fleo.* Hinc

Ἀνοιμωκτεὶ, ſ. ἀνοιμωκτὶ, ſine fletu.

Ἀνοίμωκτος, ον, indefletus.

Ἀνοῖξαι, a. 1. inf. act. verbi ἀνοίγω.

Ἀνοίξαντες, nom. plur. a. 1. part. act.

Ἄνοιξις, εως, ἡ, apertio, reſeratio; (2) oſtium. Ab ἀνοίγω, *aperio.*

Ἄνοισις, εως, ἡ, revectio. Ab ἀναφέρω, *refero.*

Ἀνοιστέον, referendum eſt. Ab eod.

Ἀνοιστρέω, ῶ, f. ήσω, incito, ſtimulo.

Ἀνοίσω, 1. ſing. f. 1. ind. act. v. ἀναφέρω.

Ἀνοκωχὴ, inducia. Ab ὀκωχὴ.

Ἀνολβία, ας, ἡ, miſeria:

Ἀνόλβιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, infelix, miſer. Ab

Ἄνολβος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex α priv. & ὄλβος.

Ἀνόλεθρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ab exitio & damno immunis, *Hom. Il.* 13, 761. Ex α priv. & ὄλεθρος, *perditio.*

Ἀνολκὴ, ῆς, ἡ, tractio quæ fit ſurſum verſus. Ab ἀνέλκω, *ſurſum traho.* Hinc

Ἀνολκητὸν, ȣ̃, τὸ, id, quo aliquid ſurſum trahitur.

Ἀνολολύζω, f. ξω, cum clamore ploro, ejulo, exclamo. Ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν, Soph. El.

Ἀνολοφύρομαι, deploro, lamentor.

Ἄνομαι, *perficio, Poët.* pro ἀνύομαι.

Ἀνομβρέω, ῶ, f. ήσω, pluo, pluendo emitto; (2) ſcaturio; (3) effundo tanquam pluviam, effundo more imbris.

Ἀνομβρήεις, ήεσσα, ῆεν, pluvialis, pluvius, pluvioſus:

Ἀνομβρία, ας, ἡ, pluviæ, ſeu aquarum penuria. Ab

Ἄνομβρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, imbribus carens. Ex α priv. & ὄμβρος, *pluvia.*

Ἀνομέω, ῶ, f. ήσω, inique ago, leges tranſgredior. Ἀνομεῖν ἐς ἱρὸν, Herodot. Ex α priv. & νόμος, *lex.* Hinc

Ἀνόμημα, ατος, τὸ, iniquitas, flagitium.

Ανομία, ας, ἡ, legum contemtus, iniquitas. Ab ἄνομος.

Ἀνομίζω, idem quod ἀνομέω.

Ἀνομιλέω, verſor cum aliquo; (2) concumbo cum aliqua vel aliquo.

Ἀνομίλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſociabilis. Ex a priv. & ὁμιλέω, *converſor.*

Ἀνόμιμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, illegitimus. Ab ἄνομος.

Ἀνόμιχλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, innubilis, innubis, nebula vacans. Ex α priv. & ὁμίχλη, *nebula.*

Ἀνόμματος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, oculorum expers. Ex α priv. & ὄμμα, *oculus.*

Ἀνομοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui eſt diverſæ ſpeciei, ſpecie diſſimilis. Ex α priv. & ὁμοειδής.

Ἀνομοθέτητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, lege male ordinatus; (2) nullis legibus conſtitutus. Ex α priv. & νομοθετέω, *legibus conſtituo.*

Ἀνομοιογενῶς, e diverſis generibus.

Ἀνομοιομερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, partibus diſſimilibus conſtans. Ex α priv. & ὁμοιομερής.

Ἀνομοιόπτωτος, ον, diſſimiliter deſinens.

Ἀνόμοιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, diſſimils, abſimilis, diſpar. Ex α priv. & ὅμοιος, *ſimilis.* Unde

Ἀνομοιόστροφος, ον, e diſſimilibus compoſitus ac mixtus:

Ἀνομοιότης, ητος, ἡ, diſſimilitudo:

Ἀνομοιόχρονος, ον, diſparem quantitatem habens; *de ſyllabis.*

Ἀνομοιόω, ῶ, f. ώσω, diſſimilem facio.

Ἀνομοίως, *Adv.* inæqualiter, non perinde, non æqualiter.

Ἀνομοίωσις, εως, ἡ, diſſimilitudo.

Ἀνομολογέω, ῶ, f. ήσω, fateor, adſentior; (2) concedo. Ἀνομολόγηνται παρὰ τοῖς ἀληθῆ δοξάζȣσι, Philo.

Ἀνομολογία, ας, ἡ, incongruentia, inconvenientia; (2) diſſenſio inter aliquos de re aliqua. Ex α priv. & ὁμόλογος, *conſentiens.*

Ἄνομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, exlex, lege carens; (2) iniquus; (3) improbus. Ex α priv. & νόμος, *lex.*

Ἀνόνητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inutilis, futilis; (2) injucundus. Ex α priv. & ὄνημι, *juvo.*

Ἀνονόμαστος, ον, obſcurus, ignobilis.

Ἄνοος, *contr. uſitatius,* ἄνȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, amens. Ex α priv. & νόος, *mens.*

Ἀνόπαια, ſ. ἀνοπαῖα, ας, ἡ, anopæa, avis ex aquilarum genere.

Ἀνόπιν, *Adv.* retro, retrorſum. Ex ἀνὰ, & ὀπίσω, *retro.*

Ἄνοπλος, ου, ὁ καὶ ἡ, inermis. Ex α priv. & ὅπλα, *arma.*

Ἀνόπλως, ſine armis.

Ἄνοπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, inviſibilis. Ex α priv. & ὄπτομαι, *video.*

Ἀνόρατος, ον, idem.

Ἀνοργάζω, f. άσω, commoveo; (2) exſilio.

Ἀνόργανος, ου, ὁ καὶ ἡ, inſtrumentorum expers. Ex α priv. & ὄργανον, *inſtrumentum.*

Ἀνοργία, ας, ἡ, quando quis origiis ſ. ſacris non eſt initiatus, Ex α priv. & ὄργια.

Ἀνοργίαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſacris non initiatus.

Ἀνόργος, ου, ὁ καὶ ἡ, ira carens. Ex α priv. & ὀργὴ, *ira.*

Ἀνορέα, ας, ἡ, fortitudo, ſtrenuitas. *Dor.* pro ἠνορέη. Ab ἀνὴρ, *vir.*

Ἀνορεκτέω, ῶ, f. ήσω, faſtidio cibos. Ab

Ἀνόρεκτος, ου, ὁ, cibum faſtidiens, cujus ſtomachus omnia reſpuit. Ex α priv. & ὀρέγομαι, *appeto.*

Ἀνορεξία, ας, ἡ, morbus, quum ſtomachus omnia reſpuit, faſtidium cibi. Ex iiſd.

Ἀνορθόω, ῶ, f. ώσω, ſurrigo, rurſum erigo. Ἀνορθώσω αὐτὴν, Act. 15, 16. Παραχρῆμα ἀνωρθώθη, Luc. 13, 15.

Ἀνορμάω, ῶ, f. ήσω, animo incitor, commoveor, magno impetu in aliquid feror.

Ἄνορμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſtationem navium non habens, incommodus ſtationi navium. Ex α priv. & ὅρμος, *ſtatio navium, portus.*

Ἀνόρνυμι, excito.

Ἀνόρουσε, *ſurrexit,* 3. ſing. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἠνόρουσε, ab

Ἀνορούω, f. ούσω, exſurgo, proſilio. Ὁ δ' ἐξ ὕπνοιο μάλα κραιπνῶς ἀνόρουσε, Hom. Il. 10, 162. Ὁ δ' ἄρ' ἐκ λίμνης ἀνορούσας, Il. 21, 246.

Ἀνορροπύγιος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui cauda deeſt; (2) qui inter volandum non regitur cauda. Ex α priv. & ὀρροπύγιον.

Ἀνόροφος, ον, tecto carens, non tectus.

Ἀνορταλίζω, incipio in altum ferri, Ariſt. Eq. 1340.

Ἀνορύξας, a. 1. part. act. verbi

Ἀνορύσσω, vel ἀνορύττω, f. ξω, effodio, quod defoſſum erat, eruo e terra; (2) exſtirpo, ſubverto. Τῶν δ' ἀποθανόντων τοὺς νεκροὺς ἀνορύξαντες ἐξέρριψαν ὑπὲρ τοὺς ὅρους, Plut. Τοὺς ὑδρίας ἀνορύττω, Ariſt. Av. 609.

Ἀνορχέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, exulto, exſilio; (2) ſalto.

Ἄνορχος, ον, teſticulis carens. Ex ὄρχης.

Ἀνόρω, excito.

Ἀνόσητος, ου, ὁ καὶ ἡ, non ægrotus. Ex α priv. & νοσέω, *ægroto.*

Ἀνόσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, non ſanctus, impius, ſceleratus; profanus, ſceleſtus, nefarius, Gl. V. Ex α priv. & ὅσιος, *ſanctus.*

Ἀνοσιότης, ητος, ἡ, impietas. Ab ἀνάσιος.

Ἀνοσιουργέω, ῶ, f. ήσω, impia perpetro, impie ago. Hinc

Ἀνοσιούργημα, τὸ, idem. Ab

Ἀνοσιουργὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, impium factum, ſcelerata actio.

Ἀνοσιουργία, ας, ἡ, impie & ſcelerate agens. Ex ἀνόσιος, *ſceleratus, impius,* & ἔργον, *opus.*

Ἀνοσίως, *Adv.* impie, ſcelerate. Ab ἀνόσιος.

Ἄνοσμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſine odore, non odoratus. Ex α priv. & ὀσμὴ, *odor.*

Ἄνοσος, ου, ὁ καὶ ἡ, immunis a morbis. Ex α priv. & νόσος, *morbus.*

Ἀνόσως, ſine morbo.

Ἀνόστεος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſine oſſibus, exoſſis. Ἀνόστεος προβολὴ, *Aret.* Ex α priv. & ὀστέον, *os.*

Ἀνόστητος, ου, ὁ καὶ ἡ, reditus expers. Ex α priv. & νόστος, *reditus.*

Ἀνόστιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἄνοστος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἄνοστος, ου, ὁ καὶ ἡ, exos, Gl. V. oſſibus carens. Ex α priv. & ὀστοῦν, *os.*

Ἀνότιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſiccus, non humidus. Ex α priv. & νοτίζω, *humecto.*

Ἀνοτοτύζω, lamentor, per ὀνοματοποιΐαν, e ſono lamentantis.

Ἀνουθέτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, repudians admonitionem. Ex α priv. & νουθετέω, *admoneo.*

Ἄνους, ου, ὁ καὶ ἡ, amens, demens, vecors, ſtultus, Ph. mente captus, ſine ſenſu, al. Gl. V. Ex α priv. & νοῦς, *mens.*

Ἀνούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, carens ſubſtantia. Ex α priv. & οὐσία, *ſubſtantia.*

Ἀνούτατος, ου, ὁ καὶ ἡ, non vulneratus. Ex α priv. & οὐτάω, *vulnero.*

Ἀνουτητὶ, *Adv.* ſine vulnere.

Ἀνόχευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, expers coitus, qui non coit. Ex α priv. & ὀχεύω, *coëo.*

Ἀνοχὴ, ῆς, ἡ, tolerantia. Ab ἀνέχω, *tolero.*

Ἀνοχλίζω, f. ίσω, vecte ſubmoveo, vel elevo.

Ἄνοχλος, ου, ὁ καὶ ἡ, inoffenſus, nulla moleſtia adfectus, turba, ſeu hominum multitudine carens. Ex α priv. & ὄχλος, *turba.*

Ἀνοχμάζω, f. άσω, geſto tollens in altum, ſublatum geſto. Ex ἀνὰ, & ὀχμάζω.

Ἀνόχυρος, ον, non munitus.

Ἀνοψία, ας, ἡ, opſoniii penuria. Ab ἄνοψος.

Ἄνοψος, ου, ὁ καὶ ἡ, opſonio carens. Ex α priv. & ὄψον, *opſonium.*

Ἄνστα, 2. ſing. a. 2. imp. act. *Dor.* & *Poët.* pro ἀνάστηθι, a verbo ἀνίστημι.

Ἀνστὰς, a. 2. part. act. *Poët.* pro ἀναστὰς.

Ἀνστήμεναι, a. 2. inf. act. *Dor.* & *Att.* pro ἀναστῆναι.

Ἀνστήτην, 3. dual. a. 2. ind. act. *Poët.* pro ἀνεστήτην.

Ἀνστρέφεται, 3. ſing. præſ. ind. paſſ. *Poët.* pro ἀναστρέφεται, ab ἀναστρέφω.

Ἀνσχεθέειν, *emergere,* præſ. inf. act. verbi ἀνσχεθέω, quod *Poët.* dicitur pro ἀνέχω, *emergo.*

Ἀνσχέο, *tolera,* 2. ſing. a. 2. imp. med. *Poët.* & *Ion.* pro ἀνάσχεσο, ſ. ἀνόσχου, ab ἀνασχέω ſive ἀνάσχημι, pro ἀνέχω, *ſuſtineo.*

Ἀνσχήσεσθαι, f. 1. inf. med. *Poët.* pro ἀνασχήσεσθαι.

Ἀνσχοιτο, *toleraret,* 3. ſing. a. 2. opt. act. *Poët.* pro ἀνάσχοιτο.

Ἄντα, *Adv.* coram, e regione, *Hom. Il.* 2, 626. Ab ἀντί.

Ἀνταγοράζω, viciſſim emo; (2) permuto.

Ἀνταγορεύω, adverſarium me gero, liti me offero; (2) obloquor. Ex ἀντί, & ἀγορεύω.

Ἀνταγωνίζομαι, f. ίσομαι, decerto; (2) repugno. Πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι, Hebr. 12, 4. Hinc

Ἀνταγώνισμα, ατος, τὸ, adverſatio, obſtaculum, Suic.

Ἀνταγωνιστὴς, οῦ, ὁ, qui cum aliquo certat, adverſarius; æmulus, Gl. V. Ab eod.

Ἀνταγωνιστῶς, more adverſantium.

Ἀντάδελφος, ου, ὁ, qui eſt loco fratris. Ex ἀντὶ, & ἀδελφὸς, *frater.*

Ἀνταδικέω, ῶ, f. ήσω, injuriam illatam ulciſcor, viciſſim injuria adficio.

Ἀντᾴδω, occino; (2) cantu provoco, cantu reſpondeo. Ex ἀντὶ, & ᾄδω.

Ἀνταείρω, adverſus aliquem aliquid tollo, vel ſuſcipio. Ἀνταείρειν τὰς χεῖράς τινι, πόλεμον βασιλεῖ, πρός τινα· Ex ἀντὶ, & ἀείρω, pro αἴρω.

Ἀντάεις, *contrarius, Dor.* pro ἀντήεις.

Ἀνταῖος, αία, αῖον, adverſus; (2) hoſtis, infenſus. Ab ἀντὶ, vel ἄντα.

Ἀνταίρω, idem quod ἀνταείρω; (2) Gl. V. rebello; (3) arma contrafero, etiam *in med.* omninoque (4) reſiſto, repugno.

Ἀνταιτέω, peto, ambio, pro aliquo, ſuffragor petenti honores.

Ἀνταιτιάομαι, contra accuſo.

Ἀντακολουθέω, ῶ, f. ήσω, viciſſim ſequor.

Ἀντακολουθία, ἡ, mutuus comitatus.

Ἀντακοντίζω, contra jaculor.

Ἀντακούω, f. ούσω, viciſſim audio.

Ἀντακροάομαι, idem.

Ἀνταλαλάζω, f. όξω, reclamo, viciſſim, vel contra clamorem attollo.

Ἀντάλλαγμα, ατος, τὸ, commutatio; (2) expiatio; (3) pretium redemptionis. Ab

Ἀνταλλάσσω, vel ἀνταλλάττω, f. άξω, muto, permuto. Ἀντήλλαξε τῇ δικαιοσύνῃ τὴν οἰομένων ἀξίωσιν εἰς τὰ ἔργα, Plut. Τῆς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονῆς καὶ χάριτος, τὸ τῆς πόλεως συμφέρον ἀνταλλαττόμενοι, Dem.

Ἀνταμείβετο, 3. ſing. imp. ind. paſſ. *Ion.* pro ἀντημείβετο, ab

Ἀνταμείβομαι, f. ψομαι, gratiam rependo, compenſo, remunero.

Ἀνταμείβω, ſubmuto, Gl. V. Σὺ δ' ἀντάμειψαι μ', Eur. Ph. 293. Ἀθέοις ἔργοις γὰρ ἀνταμειψόμεσθά σ', ὥσπερ εἰκὸς, ἀντὶ τῶνδε, Ariſt. Θεσμ. 728.

Ἀντάμειψις, εως, ἡ, retributio, compenſatio; permutatio, ſubmutatio, Gl. V.

Ἀνταμοιβὴ, ῆς, ἡ, idem & ab eod.

Ἀνταμοιβὸς, ὁ καὶ ἡ, remuneratorius.

Ἀνταμύνομαι, viciſſim auxilior; (2) obſiſto rurſum; (3) me ulciſcor. Ex ἀντὶ, & ἀμύνω, *auxilior.*

Ἀνταμφοδεύω, obviam iens oberro. Ex ἀντὶ, & ἄμφοδος, *bivium, circuitus.*

Ἀνταναβιβάζω, viciſſim impono.

Ἀνταναγινώσκω, viciſſim lego; (2) relego. Hinc

Ἀνταναγνώστης, ου, ὁ, qui viciſſim legit, qui relegit, recognitor.

Ἀντανάγω, & ἀντανάγομαι, ex adverſo in hoſtem prodeo, obviam hoſti prodeo. Ἀντανῆγον ναυσὶ, Thuc. Ex ἀντὶ, & ἀνάγω.

Ἀνταναδίδωμι, remitto, ut in reciprocatione ſerræ.

Ἀνταναιρέομαι, οῦμαι, viciſſim ſumo, ſeu accipio. Ex ἀντὶ, & αἱρέω, *capio.*

Ἀνταναίρεσις, ἡ, idem quod ἀνθυφαίρεσις.

Ἀνταναίρω, contra attollo, ſuſtollo, erigo; (2) contra deſtruo. Ex ἀντὶ, & αἴρω, *tollo.*

Ἀντανάκλασις, εως, ἡ, repulſus, repercuſſio; (2) motio reciproca & refracta; (3) figura rhetorica:

Ἀντανακλασμὸς, οῦ, ὁ, idem.

Ἀντανακλαστικὸς, ἡ, ὸν, recciprocus. Ab

Ἀντανακλάω, ῶ, f. άσω, refringo, reflecto, repercutio. Ex ἀντὶ, & ἀνακλάω, *refringo.*

Ἀντανακοπὴ, ῆς, ἡ, repercuſſio. Ab

Ἀντανακόπτω, repercutio.

Ἀνταναλίσκω, viciſſim conſumo.

Ἀνταναμένω, viciſſim exſpecto.

Ἀνταναπληρόω, ῶ, f. ώσω, ſuppleo. Ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, Col. 1, 24.

Ἀνταναπλήθω, idem.

Ἀνταναστῆσαι, a. 1. inf. act. v. ἀντανίστημι.

Ἀνταναφέρω, refero.

Ἄντανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, in alius viri locum ſubſtitutus, ſuccedaneus, vicarius. Ex ἀντὶ, & ἀνήρ.

Ἀντάνειμι, ex adverſo inſurgo, contra ſurgo. Ἀντανῄει αὐτῷ, Thuc. Ex ἀντὶ, & ἄνειμι.

Ἀντανίστημι, e regione excito.

Ἀντανίσταμαι, f. ἀνταναστήσομαι, contra inſurgo, adverſus quempiam inſurgo, reſiſto, reluctor. Ἀνταναστῆναι ἔρωτι, Plut.

Ἀντανίσκω, orior, contra exorior.

Ἀντανίσωμα, ατος, τὸ, parilis quantitas, v. c. numerus militum occiſis par. Ex ἀντὶ, & ἀνισόω, *æquo.*

Ἄνταξ, *Adv.* viciſſim, Heſ. Ab ἀντί.

Ἀντάξιος, ία, ιον, exiſtimatione par, æqualis pretii, *Hom. Il.* 1, 135. Ex ἀντὶ, & ἄξιος, *dignus.* Hinc

Ἀνταξιόω, ῶ, f. ώσω, paria rependo.

Ἀνταπαιτέω, ῶ, f. ήσω, repoſco.

Ἀνταπαμείβομαι, reſpondeo.

Ἀνταπαστράπτω, f. ψω, contra fulgero, ex adverſo fulgero, fulgero adverſus fulgurantem, Ex ἀντὶ, & ἀπαστράπτω, *refulguro.*

Ἀνταποδείκνυμι, contra demonſtro.

Ἀνταποδίδωμι, viciſſim reddo; (2) rependo, retribuo; (3) *in paſſ. dicitur* de oppoſito *ap. philoſophos.* Ἀνταποδιδόναι τὸ ὅμοιον, par pari referre. Δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, 2 Theſſ. 2, 6. Ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων, Luc. 14, 14. Hinc

Ἀνταποδοθήσομαι, 1. ſing. fut. 1. ind. paſſ.

Ἀνταπόδομα, ατος, τὸ, retributio.

Ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, retributio, ſatisfactio.

Ἀνταποδοτέον, reddendum.

Ἀνταποδοτικὸς, ἡ, ὸν, retributivus.

Ἀνταποδοτικῶς, conſecutive, in conſequente.

Ἀνταποδύομαι, viciſſim me accingo, contra aliquem accingor.

Ἀνταποδώσω, f. 1. ind. act. v. ἀνταποδίδωμι.

Ἀνταποκρίνομαι, reſpondeo; (2) altercor. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα, Luc. 14, 6. Hinc

Ἀνταπόκρισις, εως, ἡ, reſponſio.

Ἀνταποκτείνω, viciſſim occido, contra interficio.

Ἀνταπολαμβάνω, viciſſim accipio. Ἀνταπολαμβάνειν χάριν, Dem.

Ἀνταπόλλυμι, viciſſim perdo.

Ἀνταπολογοῦμαι, viciſſim mutuo excuſo, defendo.

Ἀνταποπέμπω, viciſſim dimitto, ſeu amando.

Ἀνταποπέρδω, crepitum ventris emittenti viciſſim oppedo.

Ἀνταποστέλλω, viciſſim emitto, remitto.

Ἀνταποστροφὴ, ἡ, digreſſus, divortium duarum rerum in diverſas partes ſitus.

Ἀνταποταφρεύω, viciſſim vallo includo.

Ἀνταποτειχίζω, viciſſim obſtruo.

Ἀνταποτίω, f. ίσω, viciſſim ſolvo, rependo.

Ἀνταποφαίνω, viciſſim oſtendo, demonſtro.

Ἀνταποχὴ, ῆς, ἡ, ſcriptum quo debitum creditori fatetur debitor, aut quo quis ſe obligat. Ex ἀντὶ, & ἀποχή.

Ἀντάπτεσθαι, *capeſſere*, præſ. inf. med. *Ion.* pro ἀνθάπτεσθαι, ab ἀνθάπτομαι.

Ἀνταπωθέω, ῶ, viciſſim repello; (2) retrudo, repello. Hinc

Ἀνταπώθησις, εως, ἡ, repulſio, renixus, reliſio.

Ἀνταράτης, ου, ὁ, conjuratus.

Ἀνταρκέω, ῶ, f. ήσω, par ſum ad reſiſtendum; (2) reſiſto, ad ultimum uſque reſiſto.

Ἀνταρκτικὸς, ἡ, ὸν, ſeptemtrionali oppoſitus. Ex ἀντὶ, & ἀρκτικὸς, *ſeptemtrionalis*.

Ἄνταρσις, εως, ἡ, inſurrectio, ipſa actio attollendi manus adverſus aliquem. Ex ἀνταίρω, *attollo*. Unde

Ἀντάρτης, ου, ὁ, qui manus attollit adverſus legitimum regem, rebellis.

Ἀντασπάζομαι, f. άσομαι, viciſſim ſaluto, reſaluto, viciſſim amplector.

Ἀνταστράπτω, idem quod ἀνταπαστράπτω.

Ἀνταυγάζω, reſplendeo. Hinc

Ἀνταυγασία, ας, ἡ, reluminatio, Ph.

Ἀνταύγεια, ας, ἡ, lucis, ſ. ſplendoris reflexio, Gl. V. reluminatio:

Ἀνταυγέω, ῶ, lucem, ſeu ſplendorem reflecto.

Ἀνταυγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, lucis ſeu ſplendoris reflexionem habens. Ex ἀντὶ, & αὐγή.

Ἀνταυδάω, ῶ, viciſſim loquor, reſpondeo.

Ἀνταφαιρέω, ῶ, viciſſim aufero.

Ἀνταφίημι, viciſſim dimitto, aut emitto.

Ἀνταχάτης, ου, ὁ, lapis, ſeu gemma achates, quum uritur, myrrham redolens, ſ. ſuccini ſpecies bituminoſa. Ex ἀντὶ, & ἀχάτης.

Ἀντάω, ῶ, f. ήσω, obvius fio, occurro; (2) conſequor, nanciſcor. Ἀντᾶν τι ὑπό τινος, pati; τινὸς, conſequi. Μή σοι γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι, Soph. Aj. 533. Ab ἀντὶ, vel ἄντα.

Ἀντιβόλησεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ. Ab ἀντιβολέω, *occurro*.

Ἀντιγγράφω, reſcribo in locum ejus, quod deletum eſt; (2) in aliorum loco ſufficio. Ex ἐγγράφω, in literas refero.

Ἀντιγείρω, contra erigo, alterius loco erigo.

Ἀντιγκαλέω, ῶ, viciſſim criminor, recriminor, recriminando objicio; (2) excuſo culpam alicujus. Ex ἀντὶ, & ἐγκαλέω.

Ἀντίγκλημα, ατος, τὸ, recriminatio.

Ἀντιγκληματικὸς, ἡ, ὸν, ad recriminandum pertinens.

Ἀντιγχειρίζω, viciſſim trado.

Ἀντεικάζω, f. άσω, viciſſim adſimilo, comparo. Ἀντήκασ᾽ αὐτὸν πάρνοπι, Ariſt. Veſp. 1300.

Ἀντεῖλας, 2. ſing. a. 1. ind. act *Poët.* pro ἀνατείλας, ab ἀνατέλλω.

Ἄντεινον, 2. ſing. a. 1. imp. act. *Poët.* pro ἀνάτεινον, ab ἀνατείνω.

Ἀντειπεῖν, *contradicere*, ſive *contradixiſſe*, a. 2. inf. act. verbi ἀντέπω. Ἀντειπεῖν δίκαιον λόγον τινι, πρὸς τοὺς λόγους τινος. Οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς, Soph. Antig. 1065.

Ἀντείρεσθαι, præſ. infin. med. verbi

Ἀντείρομαι, viciſſim interrogo item; (2) contra dico, fut. ἀντειρήσομαι. Ex ἀντὶ, & εἴρω, *interrogo*.

Ἀντεισάγω, f. άξω, viciſſim introduco, vel in alterius locum introduco. Ἀντεισάγειν τὴν ἑαυτῆς γνώμην, Naz. Hinc

Ἀντεισαγωγὴ, ῆς, ἡ, introductio, quæ fit viciſſim, vel in alterius locum; Ph. ſubrogatio.

Ἀντεισβάλλω, contra irrumpo, bellum infero.

Ἀντεισέρχομαι, f. ελεύσομαι, viciſſim ingredior, in alterius locum ſubeo, ſuccedo.

Ἀντεισφέρω, contra infero, in locum alterius infero, refero, v. c. gratiam. Ἀντεισφέρειν τῷ θελήματι τὸ θέλημα, Naz.

Ἀντικδραμόντες, a. 2. part. act. v. ἀντεκτρέχω.

Ἀντεκκόπτω, f. ψω, viciſſim exſcindo.

Ἀντέκλινεν, *adverſo innuebat*, 3. ſing. imperf. ind. act. cum ν ἐφελκ. a verbo ἀντικλίνω.

Ἀντεκθλίβω, rurſus, viciſſim extero, exprimo.

Ἀντεκκλέπτω, viciſſim furor, furto eripio.

Ἀντεκκομίζω, rurſus effero.

Ἀντεκπέμπω, viciſſim emitto.

Ἀντεκπλέω, claſſe exeo, obviam navigantibus obnato.

Ἀντέκτασις, εως, ἡ, contentio, collatio, comparatio. Ex

Ἀντεκτείνω, contendo, confero, comparo.

Ἀντεκτίθημι, contra expono.

Ἀντεκτίνω, viciſſim luo, rependo.

Ἀντέκτισις, εως, ἡ, repenſio, mulcta. Ab

Ἀντεκτίω, f. ίσω, idem quod ἀντεκτίνω.

Ἀντεκτρέφω, viciſſim enutrio & educo.

Ἀντεκτρέχω, procurro, prorumpo, ſc. in hoſtes.

Ἀντεκφέρω, viciſſim effero & exporto.

Ἀντελαττοῦμαι, viciſſim vincor.

Ἀντέλεγεν, 3. ſing. imperf. ind. act. v. ἀντιλέγω.

Ἀντελιγμὸς, οῦ, ὁ, converſio & replicatio contraria. Ex ἀντὶ, & ἑλίσσω, *volvo*.

Ἀντέλλοισα, præſ. part. act. f. g. *Dor.* pro ἀντέλλουσα, a verbo ἀντέλλω, *orior*.

Ἀντελοιδόρει, 3. ſing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἀντελοιδόρεε, ab ἀντελοιδορέω.

Ἀντελπίζω, f. ίσω, novam ſpem concipio; (2) contra ſpero. Ex ἀντὶ, & ἐλπίζω.

Ἀντεμβάλλω, viciſſim injicio, vel in locum alterius repono; (2) rependo, refundo; (3) contra irruo, contra impetum facio.

Ἀντεμβιβάζω, ſubſtituo, addo ſupplementum, viciſſim impono.

Ἀντεμβολὴ, ῆς, ἡ, injectio unius in locum alterius. Ex ἀντεμβάλλω.

Ἀντεμπίμπρημι, viciſſim incendo.

Ἀντεμπλέκω, f. ξω, mutuo implico, ſ. amplector.

Ἀντεμπλήθω, f. ήσω, viciſſim impleo. Τήν τ᾽ οἰκίαν αὐτοῦ ἀντεμπλήσαντες τῶν ἐπιτηδείων, Xen.

Ἀντεμπλοκὴ, ῆς, ἡ, mutuus complexus, complexus mutuo hærentium. Ab ἀντεμπλέκω.

Ἀντεμφαίνω, contra dico, refellere tento.

Ἀντέμφασις, εως, ἡ, diverſitas apparitionis, ſive ſpeciei externæ.

Ἀντεναγωγὴ, ῆς, ἡ, compenſatio; (2) mutua accuſatio. Ex ἀντὶ, & ἐναγωγή.

Ἀντεναντίωσις, εως, ἡ, figuræ nomen, quum per contrarium dicimus, quod velut per adfirmationem dictum intelligi volumus. Ex ἀντὶ, & ἐναντίωσις, *repugnantia*.

Ἀντενδείκνυμι, contra indico, contrariam indicationem habeo. Hinc

Ἀντένδειξις, εως, ἡ, obnunciatio, conſilii capti & agitati diremptio.

Ἀντενδύομαι, viciſſim induor, ſeu induo me.

Ἀντενέδραι, ῶν, αἱ, mutuo inſidiæ. Ex ἀντὶ, & ἐνέδρα, *inſidiæ*.

Ἀντενεδρεύω, contra inſidior.

Ἀντενέχυρον, τὸ, pignus, quod contradatur, vel accipitur.

Ἀντενεχυράζομαι, contra pignus capio.

Ἀντενεργέω, ῶ, ἀντενεργεῖν, efficacem vim habere contra aliquid; operari adverſus aliquid. Ex ἀντὶ, & ἐνεργέω, *operor*.

Ἀντεξάγω, viciſſim educo, e contrario educo; (2) reſiſto, repugno. Ἀντεξῆγον τοὺς Ῥωμαίους οἱ ὕπατοι, Plut.

Ἀντεξαιτέω, ῶ, f. ήσω, viciſſim expoſco.

Ἀντεξαπατάω, viciſſim decipio.

Ἀντέξειμι, contra prodeo in aciem.

Ἀντεξελαύνω, f. λάσω, viciſſim invado; (2) repello. Ἀντεξελάσας ἐκείνους ἱππεῦσι ἀγαθοῖς, Plut.

Ἀντεξέρχομαι, idem quod ἀντέξειμι.

Ἀντεξετάζω, f. άσω, contra, vel ex adverſo examino, viciſſim examino; (2) contendo, comparo; ἀντεξετάζομαι, contra examinor; ad cauſam accurro, judicio me ſiſto, adverſor. Hinc

Ἀντεξέτασις, εως, ἡ, collatio, comparatio.

Ἀντεξετασμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Ἀντεξορμάω, ῶ, f. ήσω, contra irruo & impetum facio. Hinc

Ἀντεξόρμησις, εως, ἡ, impetus acierum in primo concurſu; (2) contrarius incurſus.

Ἀντεπάγω, refero, Gl. V. reduco in aciem, adverſus aliquem; contra eo.

Ἀντεπᾴδω, contra accino.

Ἀντεπαινέω, ῶ, viciſſim laudo.

Ἀντεπανάγω, viciſſim reduco, e contrario reveho, occurro.

Ἀντεπανέρχομαι, rurſus redeo.

Ἀντέπειμι, occurro, contra eo, ut ἀντέξειμι.

Ἀντεπεισάγω, viciſſim ſeu e contrario introduco.

Ἀντεπείσοδος, ου, ἡ, mutuus, ſeu alternus ingreſſus, aditus alternus. Ex ἀντὶ, & εἴσοδος, *ingreſſus*.

Ἀντεπεισφέρω, viciſſim adfero vel addo.

Ἀντεπεξάγω, ex adverſo progredior; (2) in occurſum ruo; invadenti hoſtiliter occurro.

Ἀντεπέξειμι, idem.

Ἀντεπεξελαύνω, idem.

Ἀντεπεξέρχομαι, idem.

Ἀντεπεξῄεσαν, *ierant*, 3. plur. pluſq. ind. med. *Att.* pro ἀντεπεξῄεισαν, ab ἀντεπέξειμι.

Ἀντεπέξοδος, eruptio in hoſtes irruentes. Ex ἀντὶ, & ἐπέξοδος, hoſtilis aggreſſio.

Ἀντεπερείδομαι, obnitor, renitor, Gl. V.

Ἀντεπερώτησις, εως, ἡ, reſtipulatio, Gl. V.

Ἀντεπερωτῶ, reſtipulor, Gl. V.

Ἀντεπηχέω, ῶ, viciſſim reſono.

Ἀντεπιβαίνω, contra adſcendo; (2) adverſor.

Ἀντεπιβουλεύω, inſidiantibus e diverſo inſidior, contra inſidias tendo.

Ἀντεπιγράφω, in locum alterius, v. c. nomen, inſcribo.

Ἀντεπιδείκνυμι, viciſſim oſtendo.

Ἀντεπίθεσις, ἡ, inſidiæ viciſſim factæ.

Ἀντεπιθυμέω, ῶ, & ἀντεπιθυμοῦμαι, contra cupio, rivalis, competitor ſum. Ἀντεπιθυμεῖσθαι τῆς ξυνουσίας, Xen.

Ἀντεπικηρύττω, contra proſcribo aliquem.

Ἀντεπικουρέω, ῶ, contra auxilior, viciſſim auxilior.

Ἀντεπικρατέω, viciſſim vinco.

Ἀντεπιλαμβάνομαι, contra nitens retineo.

Ἀντεπιμελέομαι, οῦμαι, viciſſim curam gero.

Ἀντεπιμέλλω, contra cunctor in re aliqua, viciſſim cunctor.

Ἀντεπιμετρέω, ῶ, remetior, eadem menſura retribuo.

Ἀντεπινοέω, ῶ, viciſſim, ſeu contra alium excogito & comminiſcor.

Ἀντεπιπλέω, contra tendo, obnavigo, hoſtium claſſi occurro.

Ἀντεπιρρέω, viciſſim adfluo.

Ἀντεπίρρημα, pars parabaſeos chori, reſpondens ἐπιρρήματι.

Ἀντεπισκώπτω, repungo dicterio.

Ἀντεπιστέλλω, per epiſtolam reſcribo, reſpondeo.

Ἀντεπιστρατεύω, viciſſim bellum infero.

Ἀντεπιστρέφω, viciſſim, vel contra converto.

Ἀντεπιστροφὴ, ῆς, ἡ, converſio mutua, vel contraria, vel in contrariam partem.

Ἀντεπιτάττω, contra injungo, viciſſim impono.

Ἀντεπιτειχίζω, viciſſim munitionem excito.

Ἀντεπιτίθημι, viciſſim vel contra aliquid impono; (2) reſcribo, contra do mandata alicui ad aliquem.

Ἀντεπιφέρω, refero, Gl. V. ἀντεπενεχθεὶς, relatus, Gl. V.

Ἀντεπιφορὰ, ᾶς, ἡ, relatio, Gl. V. A præc.

Ἀντεπιχειρέω, ῶ, contra adgredior, viciſſim molior; (2) contra invado; (3) contra argumentor. Hinc

Ἀντεπιχείρησις, εως, ἡ, ex adverſo adgreſſio.

Ἀντέπνεεν, *contra ſpirabat*, 3. ſing. imperf. ind. cum ν ἐφελκ. a verbo ἀντιπνέω.

Ἀντερανίζω, f. ίσω, viciſſim corrogo, viciſſim exigo; ἀντερανιζόμενον, quod ſic exigitur.

Ἀντεραστὴς, οῦ, ὁ, rivalis, æmulus alicujus in amore. Ex ἀντὶ, & ἐραστὴς, *amator*.

Ἀντεράστρια, ας, ἡ, pellex, Gl. V. Ex ἀντὶ, & ἐράστρια, *amatrix*.

Ἀντεράω, ῶ, redamo, viciſſim amo, mutuo amore proſequor.

Ἀντεργολαβέω, ῶ, contendo cum aliquo in redemptura operis faciendi.

Ἀντερείδω, renitor; (2) innitor; (3) certo cum aliquo. Ἀντέρειδε νῦν βάσιν σὴν, ſiſte, Soph. Phil. 1394.

Ἀντερεῖν, *contradicere*, præſ. inf. act. *contr.* pro ἀντερέειν, ἀντηρηκα, *contradixi*.

Ἀντερείσαις, a. 1. part. act. maſc. gen. *Æol.* pro ἀντερείσας, a verbo ἀντερείδω. Unde

Ἀντέρεισις, εως, ἡ, renixus, obluctatio.

Ἀντέρεισμα, ατος, τὸ, idem & ab eod.

Ἀντεριδαίνω, contra contendo.

Ἀντερίζω, contendo cum aliquo, certo cum aliquo per æmulationem.

Ἄντερις, ιδος, ἡ, obluctatio. Ex ἀντὶ, & ἔρις, *contentio*.

Ἀντέρομαι, viciſſim interrogo. Ἐγώ σε ἀντερήσομαι. Naz.

Ἀντερύσασθαι, a. 1. inf. med. v. ἀντερύω.

Ἀντέρως, ωτος, ὁ, amor mutuus.

Ἀντερωτάω, ῶ, f. ήσω, viciſſim interrogo, viciſſim percontor.

Ἀντερώτησις, εως, ἡ, mutua interrogatio, interrogatio quæ fit viciſſim.

Ἀντέσθαι, præſ. inf. med. verbi ἄντομαι.

Ἀντέστην, 1. ſing. a. 2. ind. act. v. ἀντίστημι.

Ἀντεστραμμένος, *in contrarium verſus*, partic. perf. paſſ. verbi ἀντιστρέφω. Hinc

Ἀντεστραμμένως, *Adv.* vice verſa.

Ἀντέταται, 3. ſing. perf. indic. paſſ. *Poët.* pro ἀνατέταται, ab ἀνατείνω.

Ἀντέτεινε, *erexit*, 3. ſing. a. 1. ind. act.

Ἀντετόρησεν, Il. 5, 337, *transfixit*, 3. ſing. a. 1. ind. act. verbi ἀντιτορέω.

Ἀντιτέτυξο, Hom. Il. 8, 163. *ſimilis eras* ſeu *fueras*, 2. ſing. pluſq. perf. ind. paſſ. verbi ἀντιτεύχω.

Ἀντευεργετέω, ῶ, viciſſim benefacio, gratiam refero. Hinc

Ἀντευεργέτης, ου, ὁ, qui gratiam refert.

Ἀντευεργητικὸς, ὴ, ὸν, beneficium reddens, ſeu referens.

Ἀντεύκρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, temperato oppoſitus. Ex ἀντὶ, & εὔκρατος, *temperatus*.

Ἀντευνοέω, ῶ, viciſſim benevolus ſum.

Ἀντευπάσχω, viciſſim beneficium accipio.

Ἀντευποιέω, ῶ, beneficium rependo.

Ἀντεφέροντο, *referebantur*, 3. pl. imp. ind. paſſ. v. ἀντιφέρω.

Ἀντεφεστιάω, ῶ, viciſſim convivio accipio,

Ἀντεφίλασε, *redamavit*, 3. ſing. a. 1. ind. act. *Dor.* pro ἀντεφίλησε, ab ἀντιφιλέω.

Ἀντεφοδιάζω, & ἀντεφοδιάζομαι, ingruo, irruo. Ab ἀντὶ, & ἐφοδιάζω.

Ἀντεφορμέω, ῶ, naves in ſtatione habeo ad prælium paratas.

Ἀντέχρησε, 3. ſing. a. 1. ind. act. v. ἀντιχράω.

Ἀντέχω, f. ἀνθέξω, detineo, inhibeo, prohibeo, Gl. V. retineo, duro, poſſum; ἀντέχομαι, retineo, ſufficio, Gl. V. vendico; ſufficio; ἀντέχειν, inhibuit, Ph. Ἀντέχειν τῷ πόνῳ, ſuſtinere; τί τινι, ſuppeditare; τοῖς πολεμίοις, reſiſtere; ἀντέχεσθαί, τινος πράγματος, adhærere. Ἔρως με ἀπόλλυσι, καὶ οὐκ ἔτ' ἀντέχω πρὸς τὸ δεινὸν, Luc. Ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, 1 Theſſ. 5, 14.

Ἀντέω, Il. 7, 423. *Ion.* pro ἀντάω, obviam eo, occurro. Ab ἀντὶ.

Ἀντημείβετο, *reſpondebat*, 3. ſing. imperf. ind. act. verbi ἀνταμείβομαι,

Ἀντημοιβὸς, ὁ καὶ ἡ, remuneratorius.

Ἄντην, *Adv.* coram; (2) ex adverſo; (3) manifeſte, aperte. Ab ἀντὶ.

Ἀντήρης, εος, ὁ καὶ ἡ, qui viciſſim remigat; (2) qui viciſſim datur. Ex ἀντὶ, & ἐρέσσω.

Ἀντηρὶς, ίδος, ἡ, ſtructura lapidea, utrimque editiora ædificia fulciens; ἀντηρίδες, tibicines, Gl. V. Ab ἀντερείδω.

Ἀντήρισε, 3. ſ. a. 1. ind act. v. ἀντερίζω.

Ἄντησις, εως, ἡ, occurſus, ſupplicationes, ſupplices preces. Ab ἀντάω, vel ἀντέω.

Ἀντηχέω, ῶ, f. ήσω, reſono.

Ἀντηχούσης, g. ſ. præſ. part. act. v. ἀντηχέω.

ἈΝΤΙ', Pro, re-- Ph. contra; in Comp. re-- viciſſim, & quandoque parilitatem ſignificat, ut ἀντίθεος, Deo par.

Ἀντία, *Adv.* ex adverſo, contra. *Neutrum Plur.* ab ἀντίος.

Ἀντιάασθε, 2. plur. imp. indic. med. *Ion.* & *Poët.* pro ἠντιᾶσθε, ab ἀντιάω.

Ἀντιάγχη, ης, ἡ, q. d. præfocatio obluctans & reſiſtens; (2) tumor inveteratus faucium, qui diſcuti nequit. Ex ἀντὶ, & ἄγχω, *ſuffoco*.

Ἀντιάζω, f. άσω, obviam procedo; (2) obteſtor. Ἀντιάζειν τὸν στρατὸν, occurrere. Καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διὸς, Soph. Aj. 492. Ἀλλ' ἀντιάζω μή με καταλίπῃς μόνον, Id. Phil. 805. Ab ἀντίος.

Ἀντιαμοιβὸς, id. quod ἀνταμ.

Ἀντιάνειρα, ας, ἡ, virago, viris æquiparanda, *Hom. Il.* 3, 189. Ex ἀντὶ, & ἀνὴρ, *vir*.

Ἀντιαξεῖ, 3. ſing. f. 1. ind. *Dor.* pro ἀντιάσει, a ἀντιάω.

Ἀντιάξων, ονος, ὁ, axis, ſeu polus, qui noſtro oppoſitus eſt; (2) aura auſtralis nobis incognita. Ex ἀντὶ, & ἄξων, *axis*.

Ἀντιάομαι, interſum, *Hom. Il.* 24, 62.

Ἀντιαόμην, *occurrebam*, imperf. ind. med. *Ion.* pro ἠντιαόμην.

Ἀντιὰς, άδος, ἡ, tonſilla. Ab ἀντίος.

Ἀντιάσας, *qui occurrit*, vel *aſſecutus eſt*, Hom. Il. 1, 67. a. 1. part. act. verbi ἀντιάζω, non ἀντιάω; hujus enim penultima in aoriſtis & futuris longa eſt.

Ἀντιάσειν, *occurſurum eſſe*, f. 1. inf. act.

Ἀντιαχέω, ῶ, reclamo, contradico.

Ἀντιάω, ῶ, f. άσω, obviam eo, vel venio, occurro; (2) adſequor, conſequor; (3) precor, ſupplico. Ἔτι γὰρ πολέμοιο μενοινᾷ ἀντιάαν, Il. 13, 215. Ab ἀντὶ.

Ἀντιβάδην, obnixè, contra nitendo.

Ἀντιβαίνω, refragor, adverſor, obnitor; obſto.

Ἀντιβάλανος, ου, ἡ, galla, Heſ. Ex ἀντὶ, & βάλανος, *glans*.

Ἀντιβάλλω, contra jacio, ex adverſo jacio; (2) inter ſe confero, reputo. Gl. V. confero, recognoſco, retracto. Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους; Luc. 24, 17.

Ἀντιβασιλεὺς, έως, ὁ, prorex, qui regis locum obtinet. *ap. Hiſt. Rom.* interrex.

Ἀντίβασις, εως, ἡ, contra itio, occurſus; (2) refragatio. Ab ἀντιβαίνω.

Ἀντιβάτης, ου, ὁ, repagulum januæ, quod veluti renititur & obſiſtit. Ab eod.

Ἀντιβατικὸς, ὴ, ὸν obvius. Ab eod.

Ἀντιβῆναι, a. 1. inf. act. v. ἀντιβαίνω.

Ἀντιβία, *Adv.* contra, e contrario, ex adverſo; (2) coram, in conſpectu. *Dativus fæm.* ab ἀντίβιος.

Ἀντιβιάζομαι, f. άσομαι, reluctor vim adhibens, vi obſiſto.

Ἀντιβιβρώσκω, viciſſim comedo.

Ἀντιβίη, *contraria*, *Ion.* pro ἀντιβία.

Ἀντιβίην, *Adv.* idem quod ἀντιβία.

Ἀντίβιον, *Adv.* idem. Ab

Ἀντίβιος, ία, ιον, & ἀντίβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, contrarius, adverſus. Ex ἀντὶ, & βία, *vis*.

Ἀντιβλάπτω, f. ψω, viciſſim noceo, læſus lædo.

Ἀντιβλέπω, f. ψω, ex adverſo intueor; (2) adverſis oculis adſpicio; (3) renitor, obſiſto.

Ἀντίβλεψις, εως, ἡ, obtutus. Ab ἀντιβλέπω.

Ἀντιβοάω, ῶ, reclamo. Ex ἀντὶ, & βοάω.

Ἀντιβοηθέω, f. ήσω, viciſſim auxilior.

Ἀντίβοιος, ου, ὁ καὶ ἡ, bovis pretium æquans, tantum valens, quantum valet bos. Ex ἀντὶ, & βοῦς, *bos*.

Ἀντιβολεῖν, præſ. inf. act. verbi

Ἀντιβολέω, ῶ, f. ήσω, occurro, conſequor, interſum; (2) ſupplico, oro, Gl. V. ἀντιβολῶ, oro, quæſo, precor, ſodes, obſecro, obteſtor. Μάχης καυστειρῆς ἀντιβολῆσαι, Il. 4, 342. Ἴθι μοι παράστηθ', ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν, Ariſt. Veſp. 1377. Ex ἀντὶ, & βάλλω, *jacio*.

Ἀντιβολὴ, ῆς, ἡ, occurſus; (2) conflictus (3) collatio. Ab ἀντιβάλλω.

Ἀντιβόλησα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἀντιβόλησα, ab ἀντιβολέω. Unde

Ἀντιβόλησις, εως, ἡ, ſupplicatio, poſtulatio, adhortatio, deprecatio.

Ἀντιβολία, ας, ἡ, idem & ab eod.

Ἀντιβουκολέω, lenibus verbis demulceo, ſc. illudentem.

Ἀντιβραδύνω, viciſſim cunctor.

Ἀντιβροντάω, ῶ, f. ήσω, contra tonantem tono, obtono.

Ἀντιγεγωνέω, ῶ, reclamo.

Ἀντιγενεαλογέω, ῶ. f. ήσω, e diverſo progeniem recenſeo.

Ἀντιγηροτροφέω, ῶ, viciſſim in ſenectute alo.

Ἀντιγνωμονέω, ῶ, contra ſentio, diſſentio, refragor. Ab

Ἀντιγνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui contrariæ eſt ſententiæ ſeu opinionis. Ex ἀντὶ, & γνώμη.

Ἀντίγραμμα, ατος, τὸ, contrarium ſcriptum; (2) litera alia ſibi reſpondens.

Ἀντιγραφὴ, ῆς, ἡ, exſcriptio, deſcriptio, Gl. V. reſcriptum, ἀντιγραφαὶ, conſtitutiones, Ph. item accuſatio ejus, a quo ante reus factus ſis; denique lites, controverſiæ.

Ἀντίγραφον, ου, τὸ, exemplar, exemplum, v. c. libri.

Ἀντίγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſcriptus; tranſcriptus, deſcriptus. Ab

Ἀντιγράφω, f. ψω, reſcribo, ſcripto reſpondeo.

Ἀντιδάκνω, f. δήξομαι, remordeo.

Ἀντίδειπνος, ου, ὁ καὶ ἡ, vicarius alicujus in ſumenda cœna, alterius loco in cœna ſuffectus. Ex ἀντὶ, & δεῖπνον, *cœna*.

Ἀντιδεξιόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, viciſſim amice excipio, viciſſim dextram porrigo, item viciſſim gratificor, liberaliter, comiter tracto.

Ἀντιδέρκομαι, contra tueor, non timeo aliquem; quod aliis ἀσκαρδαμυκτεῖν, *Ern.*

Ἀντιδέχομαι, f. ξομαι, viciſſim accipio.

Ἀντιδημαγωγέω, ῶ, viciſſim mihi populum concilio, R.

Ἀντιδημιουργέω, ῶ, f. ήσω, viciſſim (ſimile quid) fabricor, opus contrarium fabricor, Suic.

Ἀντιδιαβαίνω, viciſſim tranſeo mare.

Ἀντιδιαβάλλω, viciſſim criminor.

Ἀντιδιαίρεσις, εως, ἡ, diviſio in contraria, ut, virtus, vitium, &c. Ab

Ἀντιδιαιρέω, ῶ, in oppoſita divido, oppono.

Ἀντιδιάκονος, ου, ὁ καὶ ἡ, viciſſim ſerviens. Ex ἀντὶ, & διακονέω, *ſervio*.

Ἀντιδιαλλάσσομαι, vel ἀντιδιαλλάττομαι, permuto, velut captivos, muto in contrarium, contrarie modo, v. c. narro.

Ἀντιδιαπλέκω, contra involvo; metaph. replico, obtexo.

Ἀντιδιαστέλλω, diſtinguo. Hinc

Ἀντιδιαστολὴ, ῆς, ἡ, diſcrimen, differentia, diſtinctio.

Ἀντιδιατάσσω, vel ἀντιδιατάττω, contra ſtatuo, ſeu decerno.

Ἀντιδιατιθέμενος, *contrario animo adfectus*, præſ. part. paſſ. verbi ἀντιδιατίθημι.

Ἀντιδιατίθημι, contrarie diſpono, repello, ulciſcor. Hinc ἀντιδιαθέμενος, reſiſtens, contrario

trario animo adfectus. Ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, 2 Tim. 2, 25.

Ἀντιδιδάσκω, alia, contraria doceo.

Ἀντιδιέξειμι, contra enarro, diſſero.

Ἀντιδιεξέρχομαι, idem.

Ἀντιδιΐστημι, diſtinguo in contraria.

Ἀντιδίδοται, 3. ſing. præſ. ind. paſſ. verbi

Ἀντιδίδωμι, f. ώσω, do viciſſim, rependo; (2) mutuo dare, cum ſc. uterque dat. (3) offero permutationem fortunarum. v. ἀντίδοσις. Ἃ δ᾽ ἀντιδοῦναι δεῖ σ᾽ ἀπαιτούσης ἐμοῦ, ἄκουσον, Eur. Hec. 278. Τὼ θεσμοφόρω δ᾽ ἡμῖν ἀγαθὴν τούτων χάριν ἀντιδοίτην, Ariſt. Θεσμ. ult.

Ἀντιδικάζω, f. άσω, contra judicio contendo.

Ἀντιδικασία, ας, ἡ, adverſatio, Gl. V. A præc.

Ἀντιδικέω, ῶ, f. ήσω, ad cauſam occurro, judicio me ſiſto; (2) contra litigo, Gl. V. ἀντιδικῶ, adverſor, reluctor. Ab ἀντίδικος.

Ἀντιδίκησις, εως, ἡ, refragatio, Gl. V.

Ἀντιδικία, ας, ἡ, contra litigatio, oppoſitio litigantium inter ſe. Ab

Ἀντίδικος, ου, ὁ ϗ ἡ, adverſarius in lite, litigans, contra aliquem; (2) hoſtis, adverſarius. Ex ἀντὶ, & δίκη, lis.

Ἀντιδιορύττω, contra cuniculos ago.

Ἀντιδογματίζω, f. ίσω, contraria dogmata introduco, vel tueor.

Ἀντιδοκέω, ῶ, contra cenſeo, contrariam ſententiam habeo.

Ἀντιδοξάζω, f. άσω, opinionis contrariæ ſum, contrarium dogma foveo; (2) glorifico.

Ἀντιδοξέω, ῶ, f. ήσω, contrariam ſententiam habeo, vel ſequor; (2) refragor. Ab

Ἀντίδοξος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt contrariæ ſectæ vel opinionis. Ex ἀντὶ, & δόξα *opinio.*

Ἀντίδορον, ου, τὸ, cuticula, quæ ſubjicitur & opponitur tergori & pelli, Suid. Ex ἀντὶ, & δέρας, *pellis.*

Ἀντίδοσις, εως, ἡ, retributio, remuneratio; (2) verbum forenſe actionis, qua is qui recuſat tributum vel munus impoſitum, propterea, quod id ſuas facultates ſuperet, defert alium, qui cenſum habeat, cui tributum illud conveniat, eoque negante, permutationem rei familiaris ſe cum illo facturum promittit. Sic eſt hæc vox accipienda in *Iſocratis* orat. περὶ ἀντιδόσεως, *Ern.* Ab ἀντιδίδομαι. Unde

Ἀντίδοτον, ου, τὸ, remedium, medicamentum, quod adverſus malum aliquod datur.

Ἀντίδοτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui remedii gratia contra malum datur.

Ἀντίδοτος, ου, ἡ, idem quod ἀντίδοτον.

Ἀντιδουλέω, viciſſim ſervio.

Ἀντίδουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui loco ſervi eſt; (2) viciſſim ſerviens, ſeu miniſtrans.

Ἀντίδουπος, ου, ὁ ϗ ἡ, contra ſonans. Ex ἀντί, & δοῦπος, *ſonus.*

Ἀντιδράω, f. άσω, viciſſim facio; (2) rependo.

Ἀντιδυσχεραίνω, contra iraſcor.

Ἀντιδωρεὰ, ᾶς, ἡ, remuneratio, retributio. Ex ἀντὶ, & δῶρον, *donum.*

Ἀντίδωρον, ου, τὸ, idem & ex iiſd. ſcriptores eccl. de eulogiis utuntur.

Ἀντιδωροῦμαι, remuneror.

Ἀντιζηλοῦμαι, æmulor.

Ἀντιζητέω, contra, pariter quæro me quærentem.

Ἀντίζεσθαι, *caſtra caſtris oppoſita habere*, præſ. inf. med. *Ion.* pro ἀνθίζεσθαι, a verbo ἀνθίζω.

Ἀντίζυγος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex adverſo reſpondens; (2) adverſus, oppoſitus, Ex ἀντὶ, & ζυγός.

Ἀντιζυγόω, renitor.

Ἀντιθάλπω, viciſſim mutuo foveo.

Ἀντίη, *adverſa*, *Ion.* pro ἀντία, ab ἀντίος.

Ἀντίθεος, ου, ὁ ϗ ἡ, æquiparandus Deo, ſimilis Deo, divinus, ſemideus, *Il.* 1, 262.

Ἀντιθεραπεύω, f. εύσω, viciſſim colo & obſervo, mutua obſervantia colo.

Ἀντιθερμαίνω, f. ανῶ, contra calefacio.

Ἀντίθεσις, εως, ἡ, oppoſitio. Ab ἀντιτίθημι.

Ἀντίθετος, ου, ὁ ϗ ἡ, contra poſitus, oppoſitus. Ab eod.

Ἀντιθευσόμενος, *qui contra aliquem eſt curſurus*, f. 1. part. med. verbi ἀντιθέω.

Ἀντιθέω, contra currentem curro, occurro.

Ἀντιθλίβω, f. ψω, viciſſim premo, contra premo.

Ἀντίθρονος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex oppoſito ſedens. Ex ἀντὶ, & θρόνος, *thronus, ſedile.*

Ἀντίθροος, ου, ὁ ϗ ἡ, viciſſim, vel contra ſonans. Ex ἀντὶ, & θρόος, *clamor, tumultus.*

Ἀντιθύρετρος, ου, ὁ ϗ ἡ, vicem januæ præſtans. Ex ἀντὶ, & θύρα, *janua.*

Ἀντίθυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, januæ oppoſitus, januæ obverſus. Ex iiſd.

Ἀντικαθίζομαι, bellum gero contra aliquem.

Ἀντικάθημαι, in conſpectu hoſtium caſtra habeo; caſtra caſtris oppono.

Ἀντικαθίζω, f. ίσω, ex adverſo colloco; (2) *in med.* ex adverſo ſedeo; (3) caſtra caſtris oppoſita habeo.

Ἀντικαθίστημι, contra ſtatuo, adverſus aliquem ſtatuo, oppono; (2) ſubſtituo, ſufficio in locum alterius; ſubrogo, Gl. V. ἀντικαθίστησι, repræſentat Ph. ἀντικαθίσταμαι, ſuffero, ſufficio, Gl. V. ἀντικαθιστάμενος, altercator, Gl. V. Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, Heb. 12, 4.

Ἀντικακουργέω, ῶ, viciſſim malum infero, Suic.

Ἀντικακόω, idem.

Ἀντικαλέω, ῶ, viciſſim voco, invito. Μήποτε ϗ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, Luc. 14, 12.

Ἀντικανονίζω, contra canones conſtituo, vel decerno, Suic. Ex ἀντὶ, & κανὼν, *canon.*

Ἀντικάρδιον, ου, τὸ, cavum illud, quod ſub pectore eſt, carneum molleque os ventris. Ex ἀντὶ, & καρδία, *cor.*

Ἀντικαρτερέω, reſiſto incommodo, perfero incommodum.

Ἀντικαταλαμβάνω, e regione occupo.

Ἀντικαταλέγω, lego in locom aliorum; *de militibus.*

Ἀντικαταλείπω, viciſſim relinquo v. c. liberos, hæreditatem liberis.

Ἀντικαταλλαγὴ, ῆς, ἡ, permutatio. A ſeq.

Ἀντικατάλλαγμα, τὸ remuneratio, compenſatio.

Ἀντικαταλλάσσομαι, vel ἀντικαταλλάττομαι, commuto, permuto.

Ἀντικαταλλάσσω, permuto, Gl. V.

Ἀντικαταμύω, contra ſ. viciſſim conniveo.

Ἀντικατασκευάζω, contra apparo, v. c. bellum, naves.

Ἀντικαταπλήττω, viciſſim perterrefacio.

Ἀντικατάστασις, εως, ἡ, reſtitutio, refectio, redhibitio; (2) dimicatio, refutatio, contra diſputatio. Ab ἀντικαθίστημι.

Ἀντικαταστρατοπεδεύω, caſtra caſtris oppono.

Ἀντικατάσχεσις, εως, ἡ retentio. Ex ἀντὶ, & κατασχέω, *retineo.*

Ἀντικατατείνω, contra contendo, contra diſſero.

Ἀντικατατρέχω, viciſſim incurſionibus infeſto.

Ἀντικαταφρονέω, contemnentem me contemno.

Ἀντικατηγορέω, ω, f. ήσω, viciſſim accuſo. Hinc

Ἀντικατηγορία, ας, ἡ, mutua accuſatio, recriminatio.

Ἀντικάτησθαι, præſ. inf. med. *Ion.* pro ἀντικάθησθαι, a verbo ἀντικάθημαι.

Ἀντικατίζεσθαι, præſ. inf. med. *Ion.* pro ἀντικαθίζεσθαι, a verbo ἀντικαθίζω.

Ἀντίκειμαι, f. είσομαι, ex adverſo ſitus, ſeu poſitus ſum, oppoſitus ſum; obſto, refragor, officio, Gl. V. ἀντίκειται, obeſt, Gl. V. ἀντικείμενος, adverſarius, obtrectator, objectus, adverſus, Gl. V. ἀντικεῖσθαι, obeſſe, officere, Ph. Καὶ εἴ τι ἕτερον, τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται, 1 Tim. 1, 10.

Ἀντικειμένως, *Adv.* more eorum, quæ oppoſita ſunt, ex oppoſito.

Ἀντικέλευθος, ου, ὁ ϗ ἡ, obvius; (2) adverſus, oppoſitus. Ex αντὶ, & κέλευθος.

Ἀντικελεύω, f. εύσω, contra jubeo, viciſſim jubeo; (2) contraria jubeo.

Ἀντίκεντρον, τὸ, par ſtimulo, ſtimuli vim habens, incitamentum.

Ἀντικηδεύω, colo in modum, v. c. patris.

Ἀντικήδομαι, rurſus colo.

Ἀντικηρύττω, contra prædico, dico, edico.

Ἀντικινέω, ῶ, f. ήσω, contra moveo, viciſſim moveo.

Ἀντικιχράω, ῶ, viciſſim commodo.

Ἀντικλάζω, f. γξω, reboo, clangorem viciſſim edo.

Ἀντικλαίω, contra, viciſſim ploro.

Ἀντικλάω, refringo, *de radiis ſolis.*

Ἀντίκλειθρον, ου, τὸ, adulterina clavis, Gl. V. Ex ἀντὶ, & κλεῖθρον, *clauſtrum.*

Ἀντικλίνω, contra declino & dejicio; (2) ex adverſo adnuo.

Ἀντικνήμιον, ου, τὸ, pars ſuræ oppoſita, pars cruris anterior. Ph. tibia. Ex ἀντὶ, & κνήμη, *tibia.*

Ἀντικολάζω, viciſſim punio (2) contra ſupplicio adficio, ſc. loco præmii.

Ἀντικολακεύω, f. εύσω, viciſſim adulor, adſentando par pari refero.

Ἀντικομίζομαι, f. ίσομαι, viciſſim reporto; viciſſim recipio. Ex ἀντὶ, & κομίζω, *fero.*

Ἀντικομπάζω, contra, viciſſim me jacto.

Ἀντικόντωσις, εως, ἡ, renixus, qui fit conto, quum quis loco cruris conto corpus fulcit. Ex ἀντὶ, & κοντός, *contus.*

Ἀντικοπὴ, ῆς, ἡ, repulſus, ipſe repellendi actus; (2) conflictatio, colliſio. Ab

Ἀντικόπτω, f. ψω, retundo, refero, repercutio; (2) propulſo.

Ἀντικορύσσομαι, vel ἀντικορύττομαι, oppugno; (2) ad prælium me comparo. Ex ἀντὶ, & κορύσσω, *galea armo.*

Ἀντικοσμέω, ῶ, viciſſim orno; (2) contra orno, inſtruo, apparo. Hinc

Ἀντικόσμησις, ἡ, apparatus ad bellum contra aliquem.

Ἀντικράζω, contra clamo.

Ἀντικρίνω, comparo.

Ἀντίκρουσις, εως, ἡ, repulſus, impulſus contrarius, ſeu in contrariam partem; (2) obſtaculum. Ab

Ἀντικρούω, f. ούσω, retundo, repello; (2) incurro, offendo; (3) reſiſto, repugno, diſſentio; (4) occupo, præter opinionem evenio.

Ἀντικρὺ, *Adv.* e regione contra; *Hom. Il.* 3, 359. (2) penitus; (3) aperte. Οὐ περιπλοκάς οὐδὲ παραγωγὰς ἀλλ᾽ ἄντικρυς ἔφη, Plut. Fab. Max. c. 3. Ab ἀντὶ.

Ἀντικτάομαι, ῶμαι, f. κτήσομαι, emo pecunia, vel alterius rei permutatione mihi comparo.

Ἀντικτερίζω, contra, vel viciſſim funero.

Ἀντικτόνος, ον, viciſſim interficiens.

Ἀντικτυπέω, contra fragorem, ſtrepitum edo.

Ἀντίκτυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, obſtrepens, contra ſonans. Ex ἀντὶ, & κτύπος, *ſonitus.*

Ἀντικυμαίνομαι, undabundus jactor, contra aliquid. Ex ἀντὶ, & κυμαίνω, *fluctuo.*

Ἀντικυρία, ας, ἡ, poteſtas oppoſita. Ex ἀντὶ, & κῦρος, *auctoritas.*

Ἀντικύρικον, ου, τὸ, helleborus, ſic dictus ab Anticyra.

Ἀντικύρσας, a. 1. part. act. verbi

Ἀντικύρω, f. ύρσω, incido in aliquem, nanciſcor, offendo. Ex ἀντὶ, & κύρω, *incido.*

Ἀντικωλύω, impedio.

Ἀντιλαβεὺς, έως, ὁ, ſcuti fibula, vel uncus ſcuti fibulam accipiens. Ab ἀντιλαμβάνω. Unde

Ἀντιλαβὴ, ῆς, ἡ, apprehenſio; (2) apprehenſionis anſa; (3) ſententia brevis hemiſtichio potiſſimum comprehenſa.

Ἀντιλάβοις, 2. ſing. a. 2. opt. act. verbi ἀντιλαμβάνω.

Ἀντιλαγχάνω, reſortior, vel viciſſim ſortior; (2) denuo judicio experior in eadem cauſa.

Ἀντιλάζομαι, prehendo.

Ἀντιλακτίζω, f. ίσω, recalcitro.

Ἀντιλαμβάνω, recipio, viciſſim accipio; (2) rem aliam alterius loco accipio; (3) intelligo, percipio, *quo ſenſu uſitatius eſt med.* ἀντιλαμβάνομαι, *quod præterea ſignificat* (2) prehendo, manum injicio; (3) teneo; (4) capeſſo. Gl. V. ſuſcipio; (5) affecto, vindico mihi; (6) corripio, reprehendo; (7)

opitulor, ſuſtineo cadentem, *cum genit.* Ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. *Dem.* Κἄπειτ' ἐπαρθεὶς ἀντιλάβετο τοῦ θρόνου, Ariſt. Ran. 795. Ἀντιλάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, Luc. 1, 54.

Ἀντιλάμπω, f, ψω, e contrario, ſplendeo, ſ. fulgeo; (2) ſplendorem reflecto; refulgeo, renideo, Gl. V.

Ἀντιλεγόμενον, acc. part. præſ. paſſ. ab

Ἀντιλέγω, f. ξω, contradico; (2) nego, recuſo; (3) ambigo; (4) altercor, diſſentio, reclamo, Gl. V. Κἀγὼ βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι τῷ Μελανίωνι, contra hunc narrare, Ariſt. Lyſ. 809. Hinc

Ἀντίλεξις, εως, ἡ, contradictio, in tragœdiis & comœdiis opponuntur μονῳδίαις, ſuntque partes, quibus duo aut plures colloquuntur, *Ern.*

Ἀντίλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, controverſus, dubius.

Ἀντιλέων, ὁ, ſimilis leoni.

Ἀντιλεσχαίνω, oggannio, adverſus aliquem effutire aliquid.

Ἀντιληκτικὸς, eſt genus verſus Iambici, ap. *Ariſtoph.*

Ἀντίληξις, εως, ἡ, qu. reſortitio, cum in cauſa ea, in qua v. c. ob vadimonium ante deſertum, damnatus ſis, iterum adverſus actorem & victorem experiare. Ab ἀντιλαγχάνω.

Ἀντιληπτέος, έα, έον, ſuſcipiendus. Ab ἀντιλαμβάνω.

Ἀντιληπτικὸς, ἡ, ὸν, ſuſceptivus, apprehenſivus; (2) ad percipiendum aptus, comprehenſibilis; (3) ſuſtinendo, ſ. opitulando aptus.

Ἀντιλήπτωρ, ορος, ὁ, defenſor, adjutor, propugnator. Ab eod.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, apprehenſio; (2) opitulatio, ſubſidium, patrocinium; (3) reprehenſio, objectio; (4) perceptio ſementis; (5) perceptio alicujus, commodi.

Ἀντιλίβανος, ου, ὁ, Antilibanus, mons Libano oppoſitus, Ex ἀντὶ, & Λίβανος.

Ἀντιλιτανεύω, viciſſim ſupplico, R.

Ἀντιλόβιον, ου, τὸ, pars auris contra poſita λοβῷ. Ex ἀντὶ, & λοβὸς, quod vide.

Ἀντιλοβὶς, ίδος, ἡ, idem & ab eod.

Ἀντιλογητικὸς, id. quod ἀντιλογικὸς, *Phav.*

Ἀντιλογία, ας, ἡ, contradictio, diſputatio doctorum hominum, ſ. altercatio, convicium. Ab ἀντιλέγω.

Ἀντιλογίζομαι, f. ίσομαι, viciſſim, vel rurſum cogito; contendo, Gl. V. Ab eod.

Ἀντιλογικὴ, ῆς, ἡ, ſc. τέχνη, ars contentioſa & concertatoria Sophiſtarum. Ab eod.

Ἀντιλογικὸς, ἡ, ὸν, contradictorius; (2) refutandi peritus; (3) argutus. Ab eod.

Ἀντιλογικῶς, contra dicendi cauſa, contra dicentium modo.

Ἀντίλογος, ον, contra dicens, contrarius.

Ἀνλιλοιδορέω, ῶ, f. ήσω, convicium regero, Gl. V. ἀντιλοιδορῶ, remaledico. Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντιλοιδόρει, 1 Pet. 2, 23.

Ἀντιλυπέω, ῶ, ήσω, viciſſim moleſtus ſum, viciſſim negotium faceſſo. Hinc

Ἀντιλύπησις, εως, ἡ, moleſtia, quæ viciſſim alicui exhibetur.

Ἀντίλυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lyræ reſpondens, lyræ conſonans. Ex ἀντὶ, & λύρα, *lyra.*

Ἀντίλυτρον, ου, τὸ, redemptionis pretium. Ex ἀντὶ, & λύτρον, quod idem ſignificat. Hinc

Ἀντιλυτρόω, ῶ, f. ώσω, viciſſim redimo.

Ἀντιμαίνομαι, furo contra aliquem, per furorem alicui adverſor.

Ἀντιμανθάνω, contra diſco; viciſſim diſco.

Ἀντιμαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, contrarium teſtor; (2) reclamo; (3) palam atteſtor. Ἀντιμαρτυρῶ πρὸς αἴσθησιν, Plut.

Ἀντιμάχησις, εως, ἡ, depugnatio adverſus aliquem; repugnatio, refragatio, Gl. V. Ab

Ἀντιμάχομαι, pugno adverſus aliquem; repugno, reluctor, adverſor. Ἀντιμάχεται τῇ κράσει, τούτω.

Ἀντίμαχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui pugnat adverſus aliquem; adverſarius. Ex iiſd.

Ἀντιμεθέλκω, f. έλξω, in contrariam partem traho. Τῇ ϗ τῇ θαμινῶς ἀντιμεθελκόμενος, ſcil. βίος, Epigramm.

Ἀντιμεθίστημι, in contrariam partem tranſfero; (2) viciſſim loco moveo; ἀντιμεθίσταμαι, in locum diſcentis ſubeo. Ψηφίσματα ϗ νόμον ζητοῦσ' ἀντιμεθιστάναι, Ariſt. Θεσμ. 369.

Ἀντιμειρακεύομαι, f. εύσομαι, viciſſim erga aliquem juveniliter, vel adoleſcentis more ago.

Ἀντιμελίζω, f. ίσω, contra modulor.

Ἀντιμέλλω, contra cunctor, viciſſim cunctor.

Ἀντιμέμφομαι, f. ψομαι, viciſſim queror & expoſtulo.

Ἀντιμένω, contra perduro, permaneo reſiſtendo.

Ἀντιμέρεια, vel ἀντιμερία, ας, ἡ, partis unius pro alia poſitio. Ex ἀντὶ, & μέρος, *pars.*

Ἀντιμεσουρανέω, ῶ, in oppoſito cœli umbilico ſum.

Ἀντιμεταβάλλω, in contrarium muto.

Ἀντιμετάβασις, εως, ἡ, obluctatio in tranſitu. Ex ἀντὶ, & μεταβαίνω, *tranſeo.*

Ἀντιμεταβολὴ, ῆς, ἡ, mutatio in contrarium. Ex ἀντὶ, & μεταβάλλω, *tranſmuto.*

Ἀντιμεταλαμβάνω, viciſſim accipio; (2) ſuſcipio, velut odium. Hinc

Ἀντιμετάληψις, εως, ἡ, participatio, quæ viciſſim fit; (2) commutatio, quum vices redduntur.

Ἀντιμεταλλεύω, id. quod ἀντιδιορύττω.

Ἀντιμεταῤῥέω, refluo.

Ἀντιμετασπάω, alio traduco.

Ἀντιμετάστασις, εως, ἡ, in contrariam partem tranſlatio, ſeu tranſmutatio. Ab ἀντιμεθίστημι, *in contrariam partem tranſfero.*

Ἀντιμετατάσσομαι, pugno, prælior contra aliquem..

Ἀντιμεταχωρέω, progredior in contrarias partes.

Ἀντιμετέρχομαι, viciſſim ſeu contra ambio.

Ἀντιμετρέω, ῶ, f. ήσω, viciſſim metior; (2) rependo. Τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, Luc. 6, 38.

Ἀντιμετρηθήσεται, 3. ſing. f. 1. ind. act.

Ἀντιμέτρησις, εως, ἡ, æqua remenſio.

Ἀντεμέτωπος, ου, ὁ ϗ ἡ, oppoſitam frontem habens. Ex ἀντὶ, & μέτωπον, *frons.*

Ἀντιμηνίω, f. ίσω, viciſſim iraſcor, ob illatam injuriam iraſcor.

Ἀντιμηχανάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, machinis machinas oppono, repugno, vim defendo, vim vi repello.

Ἀντιμεχάνημα, remedium adverſus vim, fraudes, inſidias, machinationes.

Ἀντιμίμησις, εως, ἡ, imitatio hoſtium, h. c. cum vim vi, fraudes fraudibus defendas.

Ἀντίμιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui aliquem imitatur æmulatione; (2) ſimilis. Ex ἀντὶ, & μιμέω, *imitor.*

Ἀντιμισέω, ῶ, f. ήσω, contra odi. Κεῖνος ὑμῶν ἀντεμίσει τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεὶ, Ariſt. Lyſ. 820.

Ἀντιμισθία, ας, ἡ, merces, meritis reſpondens, remuneratio; Gl. V. mercedis retributio. Ex ἀντὶ, & μισθὸς, *merces.*

Ἀντιμισθωτὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui eſt vice mercenarii, qui pro alio mercede eſt conductus. Ex iiſd.

Ἀντιμοιρέω, viciſſim ſortiri, i. e. partem accipere tantam, quantam alter accepit.

Ἀντιμολέω, ῶ, f. ήσω, obviam eo, obvio, contra aliquem eo.

Ἀντίμολπος, ου, ὁ ϗ ἡ, contrarius in cantu, diverſi cantus. Ex ἀντὶ, & μολπή.

Ἀντίμορφος, ου, ὁ ϗ ἡ, adverſam formam imitans, *veluti ſpeculum.*

Ἀντιμυκάομαι, viciſſim mugio.

Ἀντιμυκτηρίζω, f. ίσω, viciſſim ſubſanno, ſeu irrideo, viciſſim naſo ſuſpendo.

Ἀντιναυπηγέω, ῶ, f. ήσω, contra ſeu viciſſim naves fabricor, contra machinor in navium fabricatione.

Ἀντινήχομαι, nato contra, ſeu adverſum.

Ἀντινομία, ας, ἡ, legis adverſus legem repugnantia, legum inter ſe pugnantia, legum contrarietas, leges contrariæ. Ex ἀντὶ, & νόμος, *lex.* Hinc

Ἀντινομικὸς, ἡ, ὸν, pertinens ad ἀντινομίαν, habens legum contrarietatem.

Ἀντινομοθετέω, ῶ, f. ήσω, legem fero adverſum.

Ἀντινουθετέω, ῶ, f. ήσω, viciſſim admoneo.

Ἀντίνωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, oppoſitum tergum habens. Ex ἀντὶ, & νῶτος, *tergum.*

Ἀντιξοεῖν, contrarium eſſe. A ſeq.

Ἀντίξοος, ου, *contr.* ἀντίξους, ου, ὁ ϗ ἡ, oppoſitus, adverſus, contrarius. Ex ἀντὶ, & ξέω, *rado, polio.*

Ἀντιξύω, f. ύσω, viciſſim ſcalpo, ſeu diſtringo, mutuum ſcabo.

Ἀντίον, *Adv.* ex adverſo, e regione, contra. Ab ἀντὶ.

Ἀντίον, ου, τὸ, liciatorium, lignum teres, quo circumacto textores licium intendunt, Gl. V. inſubulum, inſubula; (2) magnus malus, nauticus. Ab eod.

Ἀντιόομαι, οῦμαι, obſiſto, adverſor. Ἀντιοῦσθαι τοῖς τινὸς πράγμασι, τινὶ ἐς μάχην. Ἀντιοῦμαι τὸν βάρβαρον, Herodot. Ab

Ἀντίος, ία, ίον, adverſus, ex adverſo ſtans, qui eſt in conſpectu; (2) obvius.

Ἀντιοῦσθαι, præſ. inf. med. *contr.* pro ἀντιόεσθαι, a verbo ἀντιόομαι.

Ἀντιόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, contraria ſentiens. Ex ἀντὶ, & φρὴν, *mens.*

Ἀντιόω, ῶ, adverſor, repugno. Ab ἀντίον.

Ἀντιόων, præſ. part. act.

Ἀντιπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, e contrario compactus, ex adverſo fixus. Ex ἀντὶ, & πηγνύω, *compingo.*

Ἀντιπάθεια, ας, ἡ, naturalis diſſenſio & repugnantia. Ab

Ἀντιπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, contrariam adfectionem habens, contrarius. Hinc τὸ ἀντιπαθὲς, έος, remedium adverſus aliquid. Ex ἀντι, & πάθος, *adfectus.*

Ἀντιπαιδία, ας, ἡ, pubertas. Ab ἀντίπαις.

Ἀντιπαίζω, obludo, ludo contra ludentem; (2) viciſſim jocor.

Ἀντίπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, puer jam adultus, adoleſcens, valde juvenis, Gl. V. pueraſter, juvenis. Ex ἀντὶ, & παῖς, *puer.*

Ἀντιπαίω, f, αίσω, contra percutio, viciſſim percutio, repercutio.

Ἀντιπαλαιστὴς, οῦ, ὁ, colluctator.

Ἀντιπαλαίω, f. αίσω, reluctor, obluctor, reſiſto.

Ἀντιπαλαμάομαι, idem.

Ἀτόπημα, ατος, τὸ, factum vel dictum ineptum atque abſurdum. Ph. flagitium, facinus. Ab ἄτοπος.

Ἀτοπηματοποιὸς, ȣ, ὁ, facinoroſus, Gl. V. Ex ἀτόπημα, & ποιέω, *facio.*

Ἀτοπία, ας, ἡ, inſolentia, inſolita novitas; (2) turpitudo, malitia, fœditas; (3) abſurditas. inconvenientia. Ab

Ἄτοπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſolens, novus, etiam mirabilis; (2) incommodus, importunus; (3) abſurdus; (4) ſtolidus; (5) improbus. Gl. V. abſurdus, inconſequens; item facinoroſus, flagitioſus, Gl. V. Ex α priv. & τόπος, *locus.*

Ἀτόπως, *Adverb.* abſurde, inconvenienter, inepte,

Ἀτόρνευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incælatus, Gl. Vet.

Ἆτος, ὁ ϗ ἡ, inſatiabilis. Ex α priv. & ἄδω.

Ἀτραγῴδης, εος, ὁ ϗ ἡ, tragœdiæ non ſimilis; (2) indecens. Ex α priv. & τραγῳδός.

Ἀτραγῴδητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tragico faſtu & oſtentatione carens; (2) qui tragice decantatus, aut exaggeratus non eſt. Ex iiſd.

Ἀτραγῴδως, ſine tragico tumore, ſine ſtrepitu, tumultu; leniter, modeſte.

Ἀτράκτιον, ȣ, τὸ, fuſus, Gl. V. Ab ἄτρακτος.

Ἀτρακτοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, fuſo ſimilis. Ex ἄτρακτος, & εἶδος, *forma, ſpecies.*

ΑΤΡΑΚΤΟΣ, ȣ, ὁ ϗ ἡ, fuſus, colus; (2) jaculum, ſagitta.

Ἀτρακτυλὶς, ίδος, ἡ, ſpinæ genus, Gl. V. colus. Ab ἄτρακτος. *Angl.* The Diſtaff-Thiſtle.

Ἀτράνωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui declaratus non eſt, non manifeſtus, obſcurus. Ex α priv. & τρανὸς, *perſpicuus.*

Ἀτρέπελος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui difficulter moveri poteſt; (2) moroſus. Ex α priv. & τρέπω.

Ἀτραπίζω, eo, vado, viam carpo, iter facio, Heſ. Ab ἀτραπὸς, *via.*

Ἀτραπιτὸς, ȣ, ἡ, idem quod

Ἀτραπὸς, ȣ, ἡ, via trita, ſemita, callis, trames, Ph. Ex α intenſ. & τραπέω, *calco.*

Ἀτραυμάτιστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invulneratus; (2) invulnerabilis. Ex α priv. & τραυματίζω.

ΑΤΡΑ'ΦΑΞΙΣ, εως, ἡ, atriplex, genus oleris. *Angl.* Orrache.

Ἀτράφαξυς, υος, ἡ, idem.

Ἀτρειάδαι, *Atridæ, Dor.* pro Ἀτρεῖδαι.

Ἀτρείδα, *Atridæ*, nom. dual.

Ἀτρέκεια, ας, ἡ, veritas. Ab

ΑΤΡΕΚΗ'Σ, έος, ὁ ϗ ἡ, verus, certus, accuratus.

Ἀτρεκίη, ης, ἡ, *Ion.* pro ἀτρέκεια.

Ἀτρεκῶς, *Adv.* vere. Ab ἀτρεκής.

Ἀτρέμα, *Adv.* ſine aliquo motu, quiete, tranquille; (2) intrepide. Ab ἄτρομος.

Ἀτρεμαῖος, αια, αῖον, quietus. Ab ἀτρέμα.

Ἀτρέμας, *Adv.* idem quod ἀτρέμα.

Ἀτρεμέεσθαι, præſ. inf. med. verbi

Ἀτρεμέω, ῶ, f. ήσω, immotus maneo. Ἀτρεμέει ἡ χολὴ, *Aret.* Ab ἄτρομος.

Ἀτρεμὴς, ὲς, imperterritus.

Ἀτρεμία, ας, ἡ, quies, audacia. Ab eod. Hinc

Ἀτρεμίζω, immotus ſubſiſto; (2) ſtabilio, firmo. Ἀτρεμίζειν τὴν ψυχὴν, Herodot.

Ἄτρεπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, immutabilis, immotus, firmus, conſtans; (2) rectus. Ex α priv. & τρέπω, *verto.* Hinc

Ἀτρεπτότης, ητος, ἡ, immutabilitas, nulla converſio, Suic.

Ἀτρέπτως, *Adv.* immutabiliter; (2) recte.

Ἄτρεστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, intrepidus. Ex α priv. & τρέω, *tremo.*

Ἀτρέστως, *Adv.* intrepide. Ab ἄτρεστος.

Ἀτρεψία, ας, ἡ, idem quod ἀτρεπτότης, Suic. Ex α priv. & τρέπω, *verto.*

Ἄτρητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non cavus, non perforatus nec pertuſus, non terebratus; (2) cui meatus ani coaluit.

Ἀτρήτως, *Adv*, ſine foramine, more eorum, qui foramine carent.

Ἀτρήχυντος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, aſperitatis expers. Ἀτρήχυντον ἔλαιον, Aret. Ab α priv. & τρηχύνω, *Ion.* pro τραχύνω, *exaſpero.*

Ἀτρίακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invictus.

Ἀτριβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, non tritus, inuſitatus; (2) inexercitatus, imperitus. Ex α priv. & τρίβω, *tero.*

Ἀτρίβων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, pallio carens trito; (2) non tritus in aliqua re.

Ἄτριπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἀτριβής; (2) indomitus, laboris inexpertus. Ex iiſd.

Ἄτριχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſine capillis, capillis carens. Ex α priv. & θρὶξ, *capillus.*

Ἀτρὶψ, ὁ, imperitus, in re aliqua non verſatus. Ex α priv. & τρίβω, *tero.*

Ἀτρομέω, ῶ, f, ήσω, non tremo. Ab

Ἄτρομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, intrepidus. Ἄτρομον μένος, Il. 5, 126. Ex α priv. & τρομέω.

Ἀτροπία, ας, ἡ, male morata natura, improbitas, malignitas; (2) temeritas; (3) immutabilitas; (4) nox intempeſta, media nox. Ab

Ἄτροπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, immutabilis, perpetuus, æternus; (3) ἡ, una Parcarum, Atropos. Ex α priv. & τρέπω, *verto.*

Ἀτροφέω, ῶ, f. ήσω, tabeſio, non nutrior, Gl. V. tabeſco. Ex α priv. & τρέφω, *nutrio.*

Ἀτροφία, ας, ἡ, alimenti defectus; inedia, Gl. V. (2) tabes; (3) morbus. Ab

Ἄτροφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, impaſtus; (2) non alens. Ex α priv. & τροφὴ, *alimentum.*

Ἀτρύγετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſterilis, infructuoſus. Ab

Ἀτρυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui vindſmiari non poteſt, ineptus vindemiæ. Ex α priv. & τρυγὴ, *vindemia.*

Ἄτρυγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, fæce carens; (2) purus. Ex α priv. & τρὺξ, *virum recens.*

Ἀτρύμων, ον, idem quod ἄτρυτος.

Ἀτρύπητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non perforatus, nullo foramine pervius. Gl. V. infoſſus; (2) ſolidus. Ex α priv. & τρύπα, *foramen.*

Ἀτρύπονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ærumnoſus; (2) qui multos ſubit labores nec iis frangitur. Ex ἄτρυτος, & πόνος, *labor.*

Ἄτρυτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, indefeſſus, indomitus; (2) vehemens; (3) ingens. Ex α priv. et τρύω, *tero.* Hinc

Ἀτρυτώνη, ης, ἡ, indomita, *Epith.* Minervæ.

Ἀτρύτως, ſine defatigatione, fortiter, conſtanter.

Ἀτρυφέρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, minime mollis, non delicatus, deliciis non addictus; (2) incultus. Ex α priv. & τρυφὴ, *deliciæ.*

Ἀτρύφητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ἄτρυφος, idem; (2) delicatus, ap. *Ath.*

Ἀτρὼς, ῶτος, ὁ ϗ ἡ, invulneratus; (2) illæſus; (3) inoffenſus. Ex α priv. & τιτρώσκω *vulnero.*

Ἀτρωσία, q. d. invulnerabilitas, corpus quod vulnerari nequit, quale fuit Cœneo.

Ἀτρώτως, *Adv.* ſine vulnere; (2) invicte.

ἌΤΤΑ, ων, τὰ, aliqua, quædam; (2) *vocula* in ſermone plane abundans.

ἌΤΤΑ, vox, qua juniores ſenes compellant, ſodes, amabo, pater.

Ἀτταγὰς, ſ. ἀτταγὰς, avis picto dorſo, gallinago, ruſticula, coturnix, attagen.

ἈΤΤΑΓΗ'Ν, ῆνος, ὁ, idem.

ἈΤΤΑ'ΡΑΧΟΣ, vel ἀττάραγος, ȣ, ὁ, puſtula, ſeu minutum fragmentum, quod pani nimium cocto, deraditur, aut ſponte decidit.

ἈΤΤΑΤΑΙ', *Interjectio*, atat.

ἈΤΤΑΤΑΙΑ'Ξ, *Interjectio flentis.*

ἈΤΤΕ'ΛΑΒΟΣ, ȣ, ὁ, locuſtæ ſpecies.

Ἀττέλεβος, ȣ, ὁ, idem.

Ἀττελεβόφθαλμος, ον, locuſtæ oculus habens,

Ἀττικὴ, ῆς, ἡ, Attica, Atticus ager.

Ἀττικίζω, partes Athenienſium ſequor; (2) Atticorum dicendi genus imitor. Ab Ἀττικός.

Ἀττικισμὸς, ȣ, ὁ, ſermo Atticus, Attica dialectus. Ab ἀττικίζω.

Ἀττικὸς, ἡ, ὸν, Atticus.

Ἀττικιστὶ, Attice, more Attico.

Ἀττικουργέω, more Attico facio, elaboro.

Ἀττικουργὴς, ὲς, more Attico factus.

ἌΤΤΩ, proſilio, ſubſilio, ſubſulto. Ἄττω δεῦρο κἀκεῖσε, Dem.

Ἀτυζηλὸς, ἡ, ὸν, terribilis, terrificus. Ab

ἈΤΥ'ΖΩ, f. ξω, terreo, metu percello; (2) perturbo; (3) obſtupefacio, ſtupore percello, attono. Πατρὸς φίλȣ ὄψιν ἀτυχθεὶς, Il. 6, 486.

Ἄτυκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, infectus. Ex α priv. & τεύχω, *fabricor.*

Ἀτύμβευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carens ſepultura, inſepultus, non humatus, R. Ex α priv. & τυμβεύω, *tumulo.*

Ἄτυμβος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ἄτυπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui non ſatis expedite lingua utitur, non ſatis verba exprimens, aërem nempe non recte feriendo; (2) decenti & juſta membrorum proportione deſtitutus. Ex α priv. & τύπος.

Ἀτύπτητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incæſus, Gl. V. Ex α priv. & τύπτω, *cædo.*

Ἀτύπωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non formatus, non expreſſus; (2) rudis. Ex α priv. & τυπόω.

Ἀτυράννευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, liber a tyrannis, ſive a dominatu tyrannico. Ex α priv. & τυραννεύω, *tyrannus ſum.*

Ἀτύρωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in caſeum denſatus & coagulatus non eſt; (2) qui lac coagulari non ſinit. Ex α priv. & τυρόω.

Ἀτυφία, ας, ἡ, humilitas, modeſtia, vacuitas a faſtu. Ab

Ἄτυφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, minime faſtuoſus.

Ἀτύφως, *Adv.* ſine faſtu, modeſte, quaſi ſine jactantiæ fumo.

Ἀτυχέω, ῶ, f. ήσω, miſer ſum, non adſequor. Ab ἀτυχής. Hinc

Ἀτύχημα, ατος, τὸ, miſeria, infortunium.

Ἀτυχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, infelix; (2) impos voti Ex α priv. & τύχη, *fortuna.*

Ἀτύχησις, εως, ἡ, et

Ἀτυχία, ας, ἡ, caſus adverſus, infortunium; (2) culpa, flagitium, ap *Polyb.* Ex α priv. & τύχη, *fortuna.*

Ἀτυχῶς, *Adv.* infeliciter; (2) præter votum.

Ἄτω, f. άσω, lædo, noceo. Ab ἄτη, *noxa.*

ΑΥ̓, *Adv.* rurſum; (2) retro, retrorſum; (3) vice verſa, contra; (4) viciſſim; (5) vero, pro δέ; (6) αὖ, αὖ, vox ficta latratum canis exprimens.

Αὐαίνω, vel αὐαινῶ, f. ανῶ, arefacio, exſicco. Ἄφιλος αὐανῶ βίον, Soph. El. 821, Ab αὔω, *ſicco.*

Αὐαλέος, έα, έον, ſiccus, aridus; (2) ſquallidus, horridus, *de capillis.* Ab αὖος.

Αὐάνθης, 2. ſing. a. 1. ind. paſſ. *Ion.* pro ηὐάνθης, a verbo αὐαίνω.

Αὔανσις, εως, ἡ, arefactio; (2) ſenium et tabes plantarum. Ab αὐαίνω.

Αὐαντὴ, ἡ, nomen morbi ap. *Hipp.*

Αὐαντικὸς, ἡ, ὸν, exſiccans aliquid. Ab eod.

Αὐασμὸς, ȣ, ὁ, exſiccatio; (2) ſiccitas.

Αὐγάζω, f. άσω, illuſtro; (2) video, adſpicio; (3) ſplendeo, illuceſco. Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν, &c. 2 Cor. 4, 4. Οὐδὲ πρὸς ἄλλȣς αὐγάσσεαι, Heſiod. Ἔργ. 476. Ab αὐγή.

Αὐγάσδεο, *inſpice*, 2. ſing. præſ. imperat. med. *Dor.* pro αὐγάζεο, et hoc *Ion.* pro αὐγάζεσο, ſeu αὐγάζȣ, a verbo αὐγάζομαι.

'Αυγάσεαι, *reſpicies*, 2. ſing. f. 1. ind. med. *Ion.* pro αὐγάσεσαι, ſ. αὐγάσῃ.

'Αυγασμα, ατος, τὸ, ſplendor. Ab αὐγάζω.

'Αυγασμὸς, ου, ὁ, idem & ab eod.

'Αυγέω, ῶ, f. ήσω, ſplendeo. Ab αὐγὴ.

'ΑΥΓΗ', ῆς, ἡ, ſplendor, lux ; jubar, lumen, Gl. V. (4) locus illuſtratus ; (3) oculus ; (4) diluculum.

'Αυγήεις, ήεσσα, ῆεν, ſplendidus ; (2) oculorum acie valens. Ab αὐγὴ.

'Αυγήτειρα, ἡ, illuminatrix, *Epith.* Luna.

'Αυδαζομαι, loquor, proloquor.

'Αυδάξασθαι, a. 1. inf. med. *Ion.* pro αὐδήσασθαι.

'Αυδάσομαι, f. 1. ind. med. *Dor.* pro αὐδήσομαι. Ab

'Αυδάω, ῶ, f. ήσω, vocem edo, loquor ; (2) alloquor. Χρὴν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρὸν, Soph. Phil. 430. Ab αὐδὴ.

'ΑΥΔΗ', ῆς, ἡ, vox, oratio, ſermo ; (2) nuncium.

'Αυδήεις, ήεσσα, ῆεν, voce præditus, vocalis ; (2) clarus, celebris, qui voce hominum celebratur. Ab αὐδὴ.

Αυδήσασκε, 3. ſing. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ηὔδησε, a verbo αὐδάω.

'Αὔδρία, ας, ἡ, aquæ penuria. Ab

'Αὔδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, aqua carens. Ex α priv. & ὕδωρ, *aqua*.

'Αυθ', *rurſus*, pro αὖθι.

'Αυθάδεια, ας, ἡ, arrogantia ; (2) moroſitas ; (3) amor ſui ; (4) pertinacia ; (5) temeritas, Ph. contumacia, præſumptio, temeritas, inſolentia. Ab

'Αυθάδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſibi placens, ſe ipſum admirans ; (2) ſuperbus ; (3) contumax ; procax, inſolens, præfractus, cerebroſus, petulans, ferox, Gl. V. Ex αὐτὸς, & ἀδέω.

'Αυθαδία, ας, ἡ, idem quod αὐθαδεία. Hinc

'Αυθαδιάζω, f. άσω, contumacem reddo, & αὐθαδιάζομαι, pertinaciter reſiſto.

'Αυθαδίζομαι, inſolenter, temere ago. Gl. V. præſumo.

'Αυθαδικὸς, ὴ, ὸν, idem quod αὐθάδης.

'Αυθάδισμα, ατος, τὸ, procacitas, contumacia, protervia. A præc.

'Αυθαδίστομος, ου ὁ ϗ ἡ, contumaci ore & temerario. Ex αὐθάδης, & στόμα, ατος.

'Αυθαδῶς, *Adv.* contumaciter, pertinaciter.

'Αυθαιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt ejuſdem ſanguinis. Ex αὐτὸς, & αἷμα, *ſanguis*.

'Αυθαίμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. R.

'Αυθαίρετος, ου, ὁ ϗ ἡ, voluntarius, ultroneus, Gl. V. Ex αὐτὸς, & αἱρέω, *eligo*.

'Αυθαιρέτως, *Adv.* ſponte, ultro.

'Αυθέκαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſeverus, rigidus ; (2) juſtus. Ex αὐτὸς, & ἕκαστος.

'Αυθεντέω, ῶ, auctoritatem in aliquem uſurpo, dominor, auctoritate utor ; (2) auctoritate mea probo ; (3) auctorem me præbeo. Gl. V. αὐθεντῶ, auctoro. 'Αυθεντεῖν ἀνδρὸς, 1 Tim. 2, 12. Ab αὐθέντης. Hinc

'Αυθέντημα, ατος, τὸ, auctoramentum, Gl. V.

'Αυθέντης, ου, ὁ, qui ſua manu ſe perimit ; (2) auctor cædis ; (3) auctor quilibet ; (4) dominus, auctor, qui ſua anctoritate aliquid facit. Ex αὐτὸς, & ἔντεα, *arma* ſive ἵεσθαι, *mittere*. Hinc

'Αυθεντία, ας, ἡ, poteſtas, auctoritas.

'Αυθεντικὸς, ὴ, ὸν, authenticus, auctoritate munitus. Gl. V. αὐθεντικὸν, auctoratitium, authenticum.

'Αυθεντικῶς, *Adv.* cum auctoritate, authentice.

'Αυθερμήνευτος, ον, facilis explicatu.

'Αυθημερίζω, eodem die perficio, v. c.

'Αυθημερὸν, eodem die, eo ipſo die.

'Αυθήμερος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem die factus, qui eſt ejuſdem diei, ſubitus, extemporalis. Ex αὐτὸς, & ἡμέρα, *dies*.

'Αυθημερινος, idem.

'Αὖθι, *Adv.* illic, ibi ; (2) huc. Ab αὐτόθι. Quandoque etiam id. quod αὖθις.

'Αυθιγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, indigena, in aliquo loco natus ; (2) perennis. Ex αὖθι, & γίνομαι, *naſcor*.

'Αυθιμενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, indigena, nativus. Lex Vulg. Ex αὖθι, & μένω, *maneo*.

Αὖθιν, *Adv.* idem quod

Αὖθις, *Adv.* denuo, rurſus, iterum ; (2) poſthac, in poſterum ; (3) retro. Hinc (4) ὁ ἡ, τὸ, αὖθις, ſequens, poſterus. Ab αὖ.

'Αυθόμαιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, conſanguineus ; (2) frater. Ex αὐτὸς, & αἷμα, *ſanguis*.

'Αυθομολογέομαι, οῦμαι, ultro profiteor, mea ſponte ſignifico.

'Αυθύπαρκτον. ου, ὁ ϗ ἡ, per ſe ſubſiſtens. Ex αὐτὸς, & ὑπάρχω, *ſubſiſto*.

'Αυθυπόστατος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex αὐτὸς, & ὑφίστημι, *ſubſiſto*.

'Αυθυπότακτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui per ſe eſt Subjunctivi modi. Ex αὐτὸς, & ὑποτάσσω,

'Αυθυποτάκτως, *Adv.* ita ut per ſe ſit Subjunctivi modi.

'Αυθωρὸν, *Adv.* ea ipſa hora, eadem hora. Ex αὐτὸς, & ὥρα, *hora*.

'Αυΐαχος, ου, ὁ ϗ ἡ, clamans, ut canes latrantes ; (2) clamoſus, R. Ex αὖ, & ἰάχω.

'Αυλαία. ας, ἡ, aulæum, cortina, velum ſcenæ. Ab αὐλὴ, *aula*.

'Αυλακεργάτης, ου, ὁ, ſulcorum efficiens, *Epith.* vomeris. Ex αὖλαξ, *ſulcus*, ἐργάτης, *operarius*.

'Αυλακίζω, f. ίσω, ſulco, hiulco, imporco, Ph. "Αυλακίζειν τὸ χωρίον, Ariſt. Ab

'ΑΥΛΑΞ, ακος, ἡ, ſulcus, lira, Gl. V.

'Αυλακισμὸς, οῦ, ὁ, ſulcatio, Gl. V. αὐλακισμοὶ, inſectiones. Ab αὐλακίζω.

'Αυλάρχης, ου, ὁ, aulæ princeps, Suic. Ex αὐλὴ, & ἄρχων, *princeps*.

'Αυλεία, ας, ἡ, aulæ janua. Ab αὐλὴ.

'Αυλειον, ου, τὸ, veſtibulum, atrium. Ab αὐλὴ.

'Αυλειος, θύρα, janua atrii, h. e. viæ proxima, antica.

'Αυλειος, ου, ὁ ϗ ἡ, veſtibularis, atrialis.

'Αυλείτης, ου, ὁ, villicus. Ab αὐλή.

'Αυλέω, ῶ, f. ήσω, tibia cano. Ab αὐλὸς.

'ΑΥΛΗ' ῆς, ἡ, locus ſubdialis ; (2) atrium ; (3) ſtabulum, caula, ovile ; (4) domus regia, ſ. principis.

'Αυλημα, ατος, τὸ, carmen ad tibiarum ſonum. Ab αὐλέω.

'Αυλησεῦντι, *tibia laudabunt*, 3. pl. f. 1. ind. act. *Dor.* pro αὐλήσουσι, ab αὐλέω. Unde

'Αυλησις, εως, ἡ, ipſa tibiarum inflatio.

'Αυλησον, *tibia cane*, 2. ſing. a. 1. imper. act.

'Αυλητὴρ, ῆρος, ὁ, tibicen. Ab eod.

'Αυλητὴς, οῦ, ὁ, tibicen. Ab eod.

'Αυλητικὴ, ῆς, ἡ, ſc. τέχνη, ars inflandi tibias, ſeu canendi tibiis. Ab

'Αυλητικὸς, ὴ, ὸν, ad tibicinem pertinens.

'Αυλητικῶς, *Adv.* more tibicinum.

'Αυλητρία, ἡ, theca tibiarum. Ab eod.

'Αυλητρίδιον, ου, τὸ, tibicinula. Dim. ab

'Αυλητρὶς, ίδος, ἡ, tibicina. Ab αὐλητὴς.

'Αυλίζομαι, f. ίσομαι, diverſor, ſtabulor, pernocto, dormio ; (2) cuſtodio caſtra loco. Gl. V. commoror. 'Αυλίζεσθαι ἀπὸ τινος, abeſſe ; ἐπὶ τῆς γῆς, jacere. Ab αὐλὴ.

'Αυλικὸς, ὴ, ὸν, tibialis, fiſtularis ; (2) tibicen, fiſtulator. Ab αὐλός.

'Αυλιον, ου, τὸ, ſtabulum ; (2) domicilium. Ab αὐλὴ.

'Αυλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad ſtabulum pertinens, vel ducens. Ab eod. Unde

'Αὖλις, ιδος, ἡ, aula ; (2) tentorium ; (3) cubile, lectus ; (4) ſtabulum, caula, ovile.

'Αυλίσκος, ου, ὁ, parva tibia, fiſtula, Dim. Ab αὐλός.

'Αυλισμὸς, οῦ, ὁ, pernoctatio, ſtabulatio. Ab αὐλίζομαι.

'Αυλοθετέω, ῶ, f. ήσω, fiſtulas, ſeu tibias compingo. Ex αὐλὸς, & τίθημι, *compono*.

'Αυλοθήκη, ἡ, loculus tibiarum.

'Αυλοποιητικὴ, ῆς, ἡ, ſc. τέχνη, ars conficiendi tibias.

'Αυλοποιητικῶς, ex arte tibiarum conficiendarum.

'Αυλοποιΐα, ας, ἡ, idem.

'Αυλοποιΐη, ἡ, idem. Ab

'Αυλοποιὸς, οῦ, ὁ, qui fiſtulas conficit, Gl. V. tibiarius. Ex αὐλὸς, & ποιέω, *facio*.

'Αυλοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, aulæ conveniens. Ex αὐλὴ, & πρέπω, *convenio*.

'ΑΥΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, tibia ; follis ; (3) pars haſtilis, annulus fibulæ ; (4) ſanguinis e naribus torrens.

'Αϋλος, ου, ὁ ϗ ἡ, materiæ expers. Ex α pr. & ὕλη, *materia*.

'Αυλοτρύπης, ου, ὁ, qui tibias perforat. Ex αὐλὸς, & τρύπα, *foramen*.

'Αυλῳδια, ας, ἡ, tibiarum cantus, tibiæ ſonus.

'Αυλῳδικὸς, ὴ, ὸν, tibialis, fiſtularis. Ab

'Αυλῳδὸς, οῦ, ὁ, cantor, auletes, tibicen. Ex αὐλὸς, & ᾠδὴ, *cantus*.

'Αυλὼν, ῶνος, ὁ. vallis, convallis, locus planus circa montem. Ab αὐλὸς.

'Αυλωνίσκος, ου, ὁ parva vallis. Dim. ab αὐλων.

'Αυλωνίας, άδος, ἡ, in vallibus commorans, habitans, v. c. Nympha.

'Αυλωνοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vallis figuram habens, anfractuoſus. Ex αὐλὼν, & εἶδος.

'Αυλώπιδι, *galeæ*, dat. ſing. ab αὐλῶπις.

'Αυλῶπις, ιδος, ἡ, anguſta, oblonga, quaſi in fiſtulam abiens. Epitheton galeæ, ab

'Αυλωπὸς, ου, ὁ ϗ ἡ, fiſtulæ inſtar oblongos habens oculos ; (2) piſcis quidam. Ex αὐλὸς, & ὤψ. *oculus*.

'Αυλωτος, ὴ, ὸν, fiſtulatus, tibiis inſtructus. Ab αὐλὸς.

'Αυξάνω, f. ξήσω, augeo, incrementum do ; αὐξάνομαι, creſco, gliſco, oleſco, integraſco, augeſco, Gl. V. αὐξῆσαι, augere, Ph. a. 1. inf. αὐξηθέντα, creta, Ph. a. 1. paſſ. part. ηὐξημένος, ampliatus, Ph. perf. part. paſſ. (2) *interdum tamen eſt*, creſco. Ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὐξάνεσθαι, Greg. 'Ιάσων οὕτως αὐτὸν ηὔξησε, *Iſocr.* 'Αυξάνονται αἱ πόλεις ἐν ταῖς ἡσυχίαις, *Id.* Ab αὔξω.

'Αυξε, 2. ſing. præſ. imper. act. ab αὔξω.

'Αυξη, ης, ἡ, incrementum. Ab eod.

'Αυξηθεὶς, a. 1. part. paſſ. v. αὐξάνω.

'Αυξημα, ατος, τὸ, incrementum, Gl. V.

'Αυξῆσαι, a. 1. inf. act. v. αὐξάνω.

'Αυξησις, εως, ἡ, incrementum, augmentum, auctus, Gl. V. Ab αὐξάνω.

'Αυξηται, 3. ſ. perf. ind. paſſ. *Ion.* pro ηὔξηται.

'Αυξητικος, ὴ, ὸν, augendi vim habens, auctificus ; (2) creſcens, creſcendi vim habens, Gl. V. augmentarius. Ab eod.

'Αυξητικῶς, augendi cauſa.

'Αυξιθαλὴς, ὲς, viriditatem largiens, vireſcens. Ex αὔξω, & θάλλω.

'Αυξιμος. ου, ὁ ϗ ἡ, ad augendum & incrementum accommodatus. Ab eod.

'Αὖξις, εως, ἡ, auctus, incrementum, augmentum. Ab eod.

'Αυξιτρόφος, alens ; αὐξίτροφος, adoleſcens.

'Αυξόμενος, præſ. part. med. verbi

'Αυξω, f. ξήσω, augeo, amplifico, cumulo, Gl. V. creſco, gliſco ; αὔξομαι, creſco, oleſco, Gl. V. 'Ενδέξω προσθήκην τοῦ 'Ελληνικοῦ αὔξειν τὴν ἀρχὴν, Ariſtid. Τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε, Iſocr. Ab ἀέξω, *augeo*.

'Αυόνη, ης, ἡ, ſiccitas, ariditas, Etym. (2) clamor, Varin. Ab αὔω, *ſicco*, vel *clamo*.

Αὖος, αὔα, αὖον, ſiccus, aridus ; (2) qui (terrore) obriguit, obſtupefactus. Ab αὔω.

'Αυότης, ητος, ſiccitas, ariditas. Ab αὖος.

'Αϋπνία, ας, ἡ, inſomnia, vigiliæ, pervigilatio. Ab

'Αϋπνος, ου, ὁ ϗ ἡ, inſomnis, ſomnum non capiens, vigil, pervigil ; (2) in quo ſomnus non capitur. Ex α priv. & ὕπνος, *ſomnus*.

'ΑΥΡΑ, ας, ἡ. aura, ventus lenior ; (2) exſpiratio ex humido prodiens ; (3) ventus.

'Αυρίζω, procraſtino, in craſtinum diem differo ; (2) algeo, Etym. Ab αὔριον.

'Αυριον, *Adv.* cras, craſtino die. Unde ὁ, ἡ, τὸ, αὔριον, *craſtinus*.

'Αῦσαι, *clamaſſe*, a. 1. inf. act. verbi αὔω.

'Αῦσε, 3. ſing. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἤυσε.

'Αυσταλέος, έα, έον, ſiccus, aridus ; (2) ſqualens, ſqualidus. Ab αὖος.

'Αυστηρία, ας, ἡ, auſteritas, tetricitas. Ab

'ΑΥΣΤΗΡΟ'Σ, ρὰ, ρὸν, auſterus, ſeverus, agreſtis ; tetricus, durus, Gl. V. Hinc

Ἀυστηρότης, ητος, ἡ, austeritas, ſeveritas.

Ἀυστηρῶς, *Adv.* auſtere; (2) ſevere; (3) tenuiter.

Ἀυτ', *rurſus*, pro ἀυτε.

Ἀυτὰ, *ipſa*, *Dor.* pro ἀυτή.

Ἀϋτὰ, *pugna*, *Dor.* pro ἀϋτή.

Ἀυτάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſibi eſt nuncius, qui ſua ipſe nunciat; (2) qui ultro nuncius venit. Ex ἀυτὸς, & ἀγγέλλω, *nuncio.*

Ἀυτάγγελτος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuncius, qui rei interfuit, qui non alio utitur nuncio. Ex iiſd.

Ἀυτάγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſui ipſius admirator, R. Ex ἀυτὸς, & ἄγαμαι, *admiror.*

Ἀυτάγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd. R.

Ἀυτάγρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, a ſe ipſo collectus, ſumptus, electus; (2) ultro oblatus; (3) ſponte collectus, congregatus. Ex ἀυτὸς, & ἀγείρω, *congrego.*

Ἀυτάδελφος, ου, ὁ, frater germanus, frater ex utroque parente.

Ἀυταὶ, *hæ*, nom. plur. f. g. ab ουτος, *hic.*

Ἀυτὰν, *ipſam*, acc. ſing. f. g. *Dor.* pro ἀυτήν.

Ἀυτανδρὶ, *Adv.* cum ipſis viris. Ab

Ἀυτανδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, cum ipſis hominibus, ſeu viris. Ex ἀυτὸς, & ἀνὴρ, *vir.*

Ἀυτανεψιὸς, οῦ, ὁ, conſobrinus, patruelis; fratris, vel ſororis filius.

ἈΥΤΑ'Ρ, ſed, autem; (2) cæterum; (3) deinde.

Ἀυταρέσκεια, ἡ, nimius amor ſui, ſuarumque rerum. Ab

Ἀυτάρεσκος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſibi placens. Ex ἀυτὸς, & ἀρέσκω, *placeo.*

Ἀυτάρκεια, ας, ἡ, animus ſua ſorte contentus, ſufficientia; (2) frugalitas:

Ἀυταρκέω, ῶ, ſufficio, ſatis ſum, duro; ἀυτάρκησον, contentus eſto, Ph. a. 1. imperat. Ab

Ἀυτάρκης, εος, ὁ καὶ ἡ, contentus, frugalis; (2) ſibi ſufficiens, habens neceſſaria, nec aliena ope indigus; (3) opportunus, commodus, idoneus. Ex ἀυτὸς, & ἀρκέω.

Ἀυταρκία, ας, ἡ, idem quod ἀυτάρκεια.

Ἀυτάρκως, *Adv.* ſufficienter, contente, ſatis; abunde, prolixe, commode, Gl. V.

Ἀυταρχέω, ῶ, f. ήσω, ipſe ſummæ rerum præſum. Ab

Ἀυτάρχης, ου, ὁ, qui ſummæ rerum præeſt, qui ſummam rerum poteſtatem obtinet. Ex ἀυτὸς, & ἄρχων, *princeps.* Hinc

Ἀυταρχία, ας, ἡ, ſumma rerum poteſtas.

Ἀυτᾶς, gen. ſing. f. g. *Dor.* pro ἀυτῆς.

Ἀυτάων, *ipſarum*, gen. plur. *Dor.* pro ἀυτῶν.

Αὖτε, *Adv.* rurſum, iterum, poſtea. Ab αὖ.

Ἀυτενέργητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ipſe per ſe operans & efficiens. Ex ἀυτὸς, & ἐνεργέω, *operor.*

Ἀυτεξούσιον, ου, τὸ, liberum arbitrium. Ab

Ἀυτεξούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſui juris, ſive ſuæ poteſtatis eſt. Gl. V. licentioſus, ſuæ poteſtatis, ſui juris; (2) de imperio infinito, de regno, cujus poteſtas nullis limitibus circumſcribitur. Ex ἀυτὸς, & ἐξουσία.

Ἀυτεξουσιότης, ητος, ἡ, libera poteſtas.

Ἀυτεξουσίως, libere.

Ἀΰτεον, *exclamabant*, 3. plur. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἠΰτεον, a verbo ἀΰτέω, *exclamo.*

Ἀυτέη, *ipſa*, *Ion.* pro ἀυτή.

Ἀυτεπάγγελτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſponte aliquid indicans, vel pollicens; Ph. ultroneus, Iſocrat. ad Demon. Ex ἀυτὸς, & ἐπαγγέλλω.

Ἀυτεπίβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſuis ipſius captus inſidiis. Ex ἀυτὸς, & ἐπίβουλος, *inſidicius.*

Ἀυτεπίσκοπος, ὁ, ſui juris, ſui ipſe curam gerens.

Ἀυτεπίσπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, quem quis ſibi ipſe accerſivit atque attraxit.

Ἀυτεπιτάκτης, ου, ὁ, qui ipſe per ſe aliquid injungit, qui jure ſuo juſſa imponit. Ex ἀυτὸς, & ἐπιτάσσω, *impero.*

Ἀυτεπίτακτος, ὁ, idem.

Ἀυτεπιτακτικὴ, ῆς, ἡ, ſc. τέχνη, ars ſuo imperio regendi. Ab

Ἀυτεπιτακτικὸς, ὴ, ὸν, ad imperium abſolutum pertinens. Ab ἀυτεπιτάκτης.

Ἀυτεπιτακτικῶς, *Adv.* more eorum, qui per ſe jubendi poteſtatem habent.

Ἀυτεπώνυμος, ὁ καὶ ἡ, cui idem nomen eſt impoſitum, cognominis. Ex ἀυτὸς, & ὄνομα.

Ἀυτερέτης, ου, ὁ, miles, qui ipſemet remigat.

Ἀΰτευν, 3. pl. imperf. ind. act. *Dor.* pro ἠΰτουν, ab

Ἀΰτέω, ῶ, clamo. Ab ἄυω.

Ἀϋτὴ, ῆς, ἡ, clamor, vox pugnæ commiſſæ; (2) pugna. Ab ἀϋτέω.

Ἀυτήγε, *ipſa*, *Att.* pro ἀυτή.

Ἀυτήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſuis aliquid auribus audivit; (2) qui ſui eſt juris. Ex ἀυτὸς, & ἀκούω, *audio.*

Ἀυτῆμαρ, *Adv.* eodem die.

Ἀυτῇς, *ipſis*, dat. plur. f. g. *Ion.* pro ἀυταῖς.

Ἀυτίκ', *ſtatim*, pro ἀυτίκα.

Ἀυτίκα, *Adv.* mox, ſtatim, protinus, illico, continuo, extemplo, illicet. actutum, Gl. V. (2) exempli cauſa; (3) primum, jam primum.

Ἀὖτις, *Adv.* idem quod αὖθις.

Ἀυτίτης, ου, ὁ, hornus, qui unius ejuſdemque anni eſt; (2) purus, merus; (3) ſolus in ſolitudine vivens. Ex ἀυτὸς, & ἔτος, *annus.*

Ἀυτίχ, pro ἀυτίκ', ob ſequentem adſpiratam.

ἈΥΤΜΗ', ῆς, ἡ, halitus, ſpiritus; (2) vapor; (3) fumus; (4) ardor.

Ἀϋτμὴν, ένος, ὁ, idem.

Ἀυτοάγαθος, ὁ καὶ ἡ, ipſe per ſe bonus. Hinc

Ἀυτοαγαθότης, ητος, ἡ, ipſamet bonitas.

Ἀυτοαγιότης, ητος, ἡ, ſanctitas naturæ interna, Suic.

Ἀυτόγα, *hic profecto*, *Dor.* pro ἀυτόγε.

Ἀυτοδάμας, αντος, ὁ, ipſiſſimus adamus, Suic.

Ἀυτοαλήθεια, ας, ἡ, ipſa veritas.

Ἀυτοαληθῶς, veriſſime.

Ἀυτοάνθρωπος, ου, ὁ, homo ipſe per ſe.

Ἀυτοάπειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſe infinitus, Suic.

Ἀυτοαρετὴ, ῆς, ἡ, ipſa virtus, Suic.

Ἀυτοβοάω, ῶ, ipſe me mea voce prædico, ipſe mei præconem ago. Ex ἀυτὸς, & βοάω.

Ἀυτοβοεὶ, *Adv.* ipſo clamore, primo ſtatim clamore. Ex ἀυτὸς, & βοὴ, *clamor.*

Ἀυτοβοηθὸς, ὁ, qui ſibi ipſe ſufficit, conſulere poteſt.

Ἀυτοβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ipſe ſua voce de ſe teſtatur. Ab ἀυτοβοάω.

Ἀυτοβορέας, ου, ὁ, ipſe boreas.

Ἀυτόβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſua ſponte, ſuo inſtinctu per ſe aliquid volens; Ph. arbiter. Ex ἀυτὸς, & βουλὴ, *conſilium.*

Ἀυτογένεθλος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui ipſi ex ſe ipſo genus eſt, qui a ſe ipſo eſt. Ex ἀυτὸς, & γενέθλη, *origo, genus.*

Ἀυτογενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex ἀυτὸς, & γείνομαι, *naſcor.* Unde

Ἀυτογέννητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex ſe genitus.

Ἀυτογνωμονέω, ῶ, f. ήσω, ex animi mei ſenſu & arbitratu facio ac judico. Ab

Ἀυτογνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui ſuam dumtaxat ſententiam ſequitur. Ex ἀυτὸς, & γνώμη, *ſententia.*

Ἀυτογνωμόνως, ſuo arbitrio, conſilio.

Ἀυτόγνωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſuam ſententiam ſecutus. Ex ἀυτὸς, & γιγνώσκω, *cognoſco.*

Ἀυτογονος, ου, ὁ καὶ ἡ, ipſe per ſe genitus, a ſe ortum habens. Ex ἀυτὸς, & γόνος.

Ἀυτογραμμὴ, ῆς, ἡ, linea mathematica.

Ἀυτόγραφον, ου, τὸ, ſcriptum propria manu exaratum. Ab

Ἀυτόγραφος, ου, ὁ καὶ ἡ, propria manu ſcriptus. Ex αυτος, & γράφω, *ſcribo.*

Ἀυτόγυον, ου, το, aratri dentale, lignum, cui vomer includitur. Ex ἀυτὸς, & γύα.

Ἀυτοδαὴς, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ex ſe ipſo & ſine magiſtro didicit. Ex ἀυτὸς, & δαίω, *diſco.*

Ἀυτοδάϊκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, a ſe ipſo interfectus. Ex ἀυτὸς, & δαΐζω, *occido.*

Ἀυτόδαιτος, idem quod ἀυτόδειπνος.

Ἀυτοδὰξ, *Adv.* mordicus, ipſis dentibus.

Ἀυτόδειπνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui vocatus ſecum ipſe adfert, quæ cœnet, (*ſive potius*, pauper, paraſitus, *ut* ἀυτόσιτος, *Ern.*) Ex ἀυτὸς, & δεῖπνον.

Ἀυτοδεκαέτης, ſolidis decem annis. Ex ἀυτὸς, δέκα, *decem*, & ἔτος, *annus.*

Ἀυτοδέσποτος, ὁ, dominus abſolutus, ſummus.

Ἀυτόδηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſe manifeſtus.

Ἀυτοδημιούργητος, a ſe factus.

Ἀυτοδιακονία, ας, ἡ, quum quis ſui ipſius miniſterio, non alieno, utitur. Ab

Ἀυτοδιάκονος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ipſe ſibi miniſtrat & famulatur. Ex ἀυτὸς, & διακονέω, *miniſtro.*

Ἀυτοδίδακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſua ipſius induſtria aliquid didicit, a ſe ipſo doctus; (2) ſuapte natura aliquid faciens.

Ἀυτοδιδάκτως, *Adv.* naturæ inſtinctu.

Ἀυτοδιήγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ab ipſo ſeu per ſe narratus, ab ipſo auctore commemoratus. Ex ἀυτὸς, & διηγέομαι, *narro.*

Ἀυτοδιηγούμενος, ου, ὁ, ipſe ex ſua perſona narrans. Ex iiſd.

Ἀυτοδικαιοσύνη, ης, ἡ, ipſa juſtitia.

Ἀυτοδικέω, ῶ, f. ήσω, mihi ipſi jus dico. Ex ἀυτὸς, & δίκη, *jus.*

Ἀυτοδίκη, ης, ἡ, litigatio per ſe ipſum, & non per alium. Ex iiſd.

Ἀυτόδικος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſe ipſo judice utitur. Ex iiſd.

Ἀυτόδιον, *Adv.* ſtatim, e veſtigio. Ex ἀυτὸς, & ὁδὸς, *via.*

Ἀυτοδόξα, ἡ, opinio, vel gloria ipſa per ſe ſpectata.

Ἀυτοδόξαστος, ον, proprie & magis opinabilis.

Ἀυτοδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſe & ſua natura currens; (2) qui per ſe & ſua natura movetur. Ex ἀυτὸς, & inuſ. δρέμω, *curro.*

Ἀυτοδύναμος, ὁ καὶ ἡ, per ſe potens. Ex ἀυτὸς, & δύναμαι, *poſſum.*

Ἀυτόδωρον, τὸ, donum ipſum, totum.

Ἀυτοειδὴς, ὲς, prorſus ſimilis.

Ἀυτοεῖναι, ipſum eſſe, per ſeipſum eſſe.

Ἀυτοίκαστος, ου, ὁ, pro ſe quiſque.

Ἀυτοέλικτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſua ſponte volutatus, qui per ſe contorquetur, vel vorticibus circumagitur. Ex ἀυτὸς, & ἑλίσσω.

Ἀυτοενεργητικὸς, ὴ, ὸν, vocem paſſivam, ſed activam ſignificationem habens.

Ἀυτοεντεὶ, *Adv.* propria manu. Ab

Ἀυτοέντης, ου, ὁ, interfector, percuſſor; (2) qui ſibi ipſe manum infert; (3) dominus, ap. Eur. *Ern.* Ex ἀυτὸς, & ἵέω, *mitto.*

Ἀυτοεξουσία, ἡ, libera poteſtas.

Ἀυτόετες, *Adv.* eodem anno. Ab

Ἀυτοετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, eodem anno, qui ejuſdem anni eſt. Gl. V. anniculus. Ex ἀυτὸς, & ἔτος, *annus.*

Ἀυτοζήμιος, qui ſe ipſe punit.

Ἀυτοζήτητος, qui ſe ipſe offert, qui non quæſitus reperitur.

Ἀυτοζωὴ, ῆς, ἡ, ipſa vita, cum quis per ſe vivit. Ex ἀυτὸς, & ζωὴ, *vita.*

Ἀυτοθάνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ipſe ſibi mortem infert. Ex ἀυτὸς, & θάνατος, *mors.*

Ἀυτοθελεὶ, ultro.

Ἀυτοθελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, quod ipſe quis vult, voluntarius. Ex ἀυτὸς, & θέλω, *volo.*

Ἀυτοθέμεθλος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſe habens fundamentum. Ex ἀυτὸς, & θέμεθλον.

Ἀυτόθεν, *Adv.* illic, iſtinc, inde, ex iſto loco; indidem, Gl. V. (2) ab hoc tempore; (3) ex tempore, confeſtim, protinus; (4) jam inde. Ab ἀυτὸς.

Ἀυτόθεος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſe Deus, vel Dea, Deus veriſſimus, Suic. Ex ἀυτὸς, & θεὸς, *Deus.*

Ἀυτοθήριον, ου, τὸ, ipſa bellua, Suic.

Ἀυτόθι, *Adv.* illic, iſtic, ibi; inibi, Gl. V. Ab ἀυτός.

Ἀυτόθροος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex ſua ipſius voce profectus, quem quis de ſe ipſo dicit. Ex ἀυτὸς, & θρέω, *clamor, loquor.*

Ἀυτοῖο, *ipſius*, gen. ſing. *Ion.* pro ἀυτοῦ, ab ἀυτὸς, *ipſe.*

Ἀυτοκάβδαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, utcumque ſubactus; (2) brevi tempore & levi opera compactus, tumultuarie factus. Ex ἀυτὸς, & κάβος, *farina*, de qua proprie dicitur.

Ἀυτοκάθαρσις, εως, ὁ, ipſamet purgatio, per ſe purgatio. Ex ἀυτὸς, & κάθαρσις.

Ἀυτόκαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, per ſe bonus, Suic.

Ἀυτοκασιγνήτη, ης, ἡ, ſoror germana.

Ἀυτοκασίγνητος, ȣ, ὁ, frater germanus.

Ἀυτοκατάκριτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſuopte judicio condemnatus. Ex ἀυτὸς, & κατακρίνω.

Ἀυτοκατασκέυαςος, non factus opera humana, natus.

Ἀυτοκέλευθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe iter faciens.

Αὐτοκέλευςος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, injuſſus, ſua ſponte. Ex ἀυτὸς, & κελεύω, *jubeo.*

Αὐτοκελὴς, ὲς, (a κέλομαι) idem.

Αὐτοκέρας, ατος, ὁ ϗ ἡ, ipſe per ſe mixtus ac temperatus. Ex ἀυτὸς, & κεράννυμι.

Αὐτοκέφαλον, ȣ, τὸ, ipſum caput.

Αὐτοκινησία, ας, ἡ, motus ultroneus, motus, quo res aliqua ſua ſponte, vel ſuopte impulſu movetur, aut moveri poteſt. Ex ἀυτὸς, & κίνησις, *motus.*

Αὐτοκίνητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui per ſe movetur, aut moveri poteſt, ſuapte natura mobilis. Ex ἀυτὸς, & κινέω, *moveo.*

Αὐτόκλαδος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ipſe cum ſuis ramis.

Αὐτόκλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, a ſe ipſo vocatus, qui non invitatus ad epulas venit.

Αὐτοκλήτως, *Adv.* ſuâ ipſius vocatione.

Αὐτοκμὴς, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, a ſe ipſo fabricatus & elaboratus. Ex ἀυτὸς, & κάμνω.

Αὐτόκομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ipſe per ſe comatus, ſua ſponte comatus. Ex ἀυτὸς, & κόμη.

Αὐτόκοπον ἱμάτιον, ȣ, τὸ, veſtis comica, vulgo ζυπία dicta. Ex ἀυτὸς, & κόπτω, *ſuccido.*

Αὐτοκραὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ipſe per ſe miſtus & temperatus; (2) cui aliunde temperamentum accerſere opus non eſt. Ex ἀυτὸς, & κεράννυμι, *miſceo.*

Αὐτόκρας, ατος, ὁ ϗ ἡ τὸ, idem.

Αὐτοκράτειρα, ἡ, imperatrix, liberum arbitrium habens.

Αὐτοκρατὲς, έος, τὸ, libera poteſtas.

Αὐτοκρατὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ſui juris eſt, qui pro ſuo arbitrio de re aliqua ſtatuit. Ex ἀυτὸς, & κράτος, *poteſtas.*

Αὐτοκρατορέυω, imperator ſum, ſummum imperium teneo.

Αὐτοκρατορία, ας, ἡ, libera poteſtas, poteſtas ἀυτοκράτορος, Gl. V. principatus:

Αὐτοκρατορικὸς, ὴ, ὸν, ex libero arbitrio manans; (2) imperatorius, pertinens ad imperatorem; imperialis, Gl. V.

Αὐτοκρατορικῶς, *Adv.* pro ſuo arbitrio, plena poteſtate.

Αὐτόκρατος, ὁ, vinum ſapore medium inter dulcem & auſterum.

Αὐτοκράτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, qui ſui juris eſt, qui liberam plenamque poteſtatem habet, ut legatus, Dux belli. Unde (2) Imperator Rom. a Græcis ſic vocatur. Ex ἀυτὸς, & κράτος, *poteſtas.*

Αὐτοκτείνω, ipſe interficio me.

Αὐτόκτιςος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſua ſponte ſtructus. Ex ἀυτὸς, & κτίζω.

Αὐτοκτιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Αὐτόκτονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſe ipſum interfecit, qui ſibi manus intulit. Ex ἀυτὸς, & κτείνω, *occido.*

Αὐτοκτόνως, ſua cæde manu.

Αὐτοκυβερνητὶ, ſua ipſius gubernatione.

Αὐτοκύλιςος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe volutus, ſuapte natura volubilis.

Αὐτοκύριος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe dominus.

Αὐτόκωπος, ον, adnatum capulum habens enſis.

Αὐτολάλητος, ον, ſecum loquens.

Αὐτολεξεὶ, *Adv.* verbo tenus, ad verbum. Ex ἀυτὸς, & λέξις, *verbum.*

Αὐτολήκυθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pauper; (2) paraſitus.

Αὐτολυτὴρ, ὁ, peremtor. Ex ὄλλυμι.

Αὐτολίθινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, lapideus, ſaxeus; (2) durus, qui flecti nequit.

Αὐτολόγος, ȣ, ὁ, ipſum verbum, filius Dei.

Αὐτολόχευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe genitus. Ex ἀυτὸς, & λοχεύω, *pario.*

Αὐτολυρίζω, f. ίσω, ipſemet lyra cano.

Αὐτομαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ex ſe ipſo didicit; qui nullo præceptore uſus eſt. Ex ἀυτὸς, & μανθάνω, *diſco.*

Αὐτομαθῶς, *Adv.* diſcendo a & ex ſe ipſo, ſine præceptore.

Αὐτομαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, de me ipſo teſtor.

Αὐτομάρτυς, υρος, ὁ, qui ſibi ipſe teſtis eſt, ſeu teſtimonium exhibet.

Αὐτοματεὶ, *Adv.* ſponte, ultro. Ab ἀυτόματος.

Αὐτομάτην, *Adv.* idem & ab eod.

Αὐτοματὶ, *Adv.* idem & ab eod.

Αὐτοματία, ας, ἡ, fortunæ temeritas, eventus fortuitus. Ab ἀυτόματος.

Αὐτοματίζω, f. ίσω, ſponte facio; injuſſus non coactus. Hinc

Αὐτοματισμὸς, ȣ̃, ὁ, actio, quæ ſponte fit.

Αὐτόματος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ex ſe ipſo aliquid faciens, non alieno impulſu, ſpontaneus, ultroneus; (2) fortuito eveniens. Ex ἀυτὸς, & μάτην, *fruſtra*, vel μάομαι, *excitor.*

Αὐτομάτως, *Adv.* ſponte, ultro, ſine alieno impulſu; (2) temere, fortuito.

Αὐτοματȣργὸς, ȣ̃, ὁ, faber ἀυτομάτȣ, artifex operis ſe ipſum moventis. Ex ἀυτόματος, & ἔργον, *opus.*

Αὐτομαχέω, ῶ, per me pugno; (2) per me ipſe, non per alium, litigo ac judicio contendo. Ex ἀυτὸς, & μάχομαι, *pugno.*

Αὐτομήτηρ, ηρος, ἡ, ipſiſſima mater.

Αὐτομήτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, eadem matre natus.

Αὐτομολέω, ῶ, f. ήσω, ad hoſtes deficio, transfugio, meos deſero & ad hoſtes deficio, ut ipſis militem; (2) ruo in aliquid, amplexor aliquid. Αὐτομολεῖν πρός τινα, ἔις τινα, ἔκ τινος. Ab ἀυτόμολος. Unde

Αὐτομολία, ας, ἡ, transfugium, defectio, qua quis ſponte ad hoſtes tranſit; (2) ſtolo, ſeu ſoboles e trunco vitis propullulans.

Αὐτόμολος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſua ſponte & a nullo incitatus it; (2) qui ſua ſponte ad partem alteram tranſit ac deficit; transfuga, Ph. perfuga, al. Gl. V. Ex ἀυτὸς, & μολέω, *venio, eo.*

Αὐτομόλως, *Adv.* more transfugæ, in modum proditoris ac transfugæ.

Αὐτονομέομαι, ȣ̃μαι, f. ήσομαι, meis legibus utor, meique juris ſum:

Αὐτονομία, ας, ἡ, poteſtas vivendi ſuis legibus, vel ſuo jure utendi. Gl. V. privilegium. Ab

Αὐτόνομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſuis legibus vivit; magiſter morum, Ph.

Αὐτονόμως, *Adv.* ſuis vivendo legibus, ſuo utendo jure.

Αὐτοντιμωρȣ́μενος, ȣ, ὁ, ſe ipſum puniens. Ex ἀυτὸς, & τιμωρέω, *punio.*

Αὐτονυκτὶ, ἀυτονυχεὶ, & ἀυτονυχὶ, ea ipſa nocte.

Αὐτόξυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ex ipſo ligno adhuc rudi confectus; (2) qui eſt e vernaculo ligno. Ex ἀυτὸς, & ξύλον, *lignum.*

Αὐτοȣδέτερον, ȣ, τὸ, per ſe, ſive abſolute neutrum. Vox gramm. ex ἀυτὸς, & ȣ̓δέτερος.

Αὐτοπαγὴς, ὲς, a ſemet ipſo factus ſibi.

Αὐτοπάθεια, ας, ἡ, innata paſſio; (2) reciprocatio, qua perſona agit & patitur. Ab

Αὐτοπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ex ſe, vel intrinſecus patiens; (2) reciprocus. Ex ἀυτὸς, & πάθος, *paſſio.*

Αὐτοπαθῶς, *Adv.* cum paſſione innata, patiendo intrinſecus; (2) ex proprio adfectu; (3) ex vero animi ſenſu.

Αὐτόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, filius genuinus.

Αὐτοπαράκλητος, ὁ, qui ſponte aliquid facit, non indigens adhortatione.

Αὐτοπάρακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, a ſe ipſo productus. Ex ἀυτὸς, & παράγω, *produco.*

Αὐτοπαραξία, ας, ἡ, per ſe ipſum productio, Suic. Ex iiſd.

Αὐτοπάτωρ, ορος, ὁ, qui a ſe eſt, nullo patre natus.

Αὐτοπήμων, ὁ, ſibi ipſe nocens.

Αὐτόπιςος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe fidem faciens, per ſe credibilis. Ex ἀυτὸς, & πίςις, *fides.*

Αὐτοποδὶ, ſuis pedibus.

Αὐτοποδία, ας, ἡ, actio, quum quis ſuis pedibus iter facit. Ex ἀυτὸς, & πȣ̃ς, *pes.*

Αὐτοποίητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, a ſe ipſe factus. Ex ἀυτὸς, & ποιέω, *facio.*

Αὐτοποιὸς, ȣ̃, ὁ, ſua ſponte & per ſe factus, ſ. faciens.

Αὐτόπολις, ίως, ἡ, civitas, quæ ſuis ipſius legibus utitur, urbs, quæ per ſe ſola civitatis nomine cenſetur. Ex ἀυτὸς, & πόλις.

Αὐτοπόνητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe elaboratus. Ex ἀυτὸς, & πονέω, *laboro.*

Αὐτόπȣς, οδος, ὁ ϗ ἡ, qui ſuis ipſius pedibus iter facit; (2) ſuis pedibus ſinè duce incedens. Ex ἀυτὸς, & πȣ̃ς, *pes.*

Αὐτοπραγία, ας, ἡ, actio, quum quis per ſe & ſuo arbitrio aliquid facit; (2) poteſtas vivendi, ut velis. Ex ἀυτὸς, & πράττω.

Αὐτοπραγματέυτως, ſine arte.

Αὐτόπρεμνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, per ſe radicatus, nativus, ſua ſponte proveniens. Ex ἀυτὸς, & πρέμνον, *ſtirps.*

Αὐτοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſe ipſum decens, ſibi ipſi conveniens; (2) difficilis; (3) qui cum ipſis radicibus evellitur; (4) magnus. Ex ἀυτὸς, & πρέπω, *convenio.*

Αὐτοπροαίρετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, libero arbitrio agens, Gl. V. ultroneus, voluntarius.

Αὐτοπροαιρέτως, *Adv.* ſuo ipſius arbitratu, ſua ſponte.

Αὐτοπρόσωπον, ȣ, τὸ, ſcriptum, in quo auctor ex ſua perſona docet, nulla extrinſecus adſumpta. Ab

Αὐτοπρόσωπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non perſonatus; (2) perſonam, qualis eſt, veram gerens. Ex ἀυτὸς, & πρόσωπον, *perſona.*

Αὐτοπροσώπως, *Adv.* in, vel ſub propria perſona; (2) coram.

Αὐτοπτέω, ῶ, ipſe meis oculis cerno. Ab

Αὐτόπτης, ȣ, ὁ, qui ſuis oculis vidit, oculatus teſtis. Ex ἀυτὸς, & ὄπτομαι, *video.*

Αὐτοπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ipſe viſus & deprehenſus. Ex iiſd.

Αὐτοπυρίτης, ȣ, ἡ, ut ἄρτος ἀυτοπυρίτης, panis, cui furfur ademptum.

Αὐτόπυρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex ἀυτὸς, & πυρὸς.

Αὐτοπώλης, ȣ, ὁ, qui non vendit ab alio empta. Unde

Αὐτοπωλικὴ, ἡ, mercatura rerum non aliunde emptarum, ut frugum in agro ſuo natarum.

Αὐτορέγμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, quod ipſe ſibi ſtruit, ſive ſibi conciliat aliquis. Ex ἀυτὸς, & ῥέζω, *ſtruo.*

Αὐτόροφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tectum ex ſe ipſo habens, ſe ipſum contegens. Ex ἀυτὸς, & ὀροφή.

Αὐτόῤῥιζος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cum ipſa radice, cujus radix non avulſa eſt; (2) radices, fundamenta habens a ſe.

Αὐτοῤῥιφὴς, ὲς, ſua ſponte cadens, labens.

Αὐτόῤῥυτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſponte profluens. Ex ἀυτὸς, & ῥύω, *fluo.*

ἈΥΤΟ͂Σ, ἡ, ὁ, ipſe, ipſa, ipſum; (2) ipſemet; (3) qui ſponte aliquid facit; (4) ſolus, ab aliis non adjutus; (5) idem; (6) ego; (7) dominus. Hinc *Superl.* ἀυτότατος, ipſiſſimus.

Αὐτόσαρκες, οἱ ϗ αἱ, cuticulam nimis curantes, voluptarii.

Αὐτόσε, *Adv.* illuc, huc; (2) eodem.

Αὐτοσίδηρος, ὁ ϗ ἡ, ferreus.

Αὐτόσιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ipſe ſibi cibum comparat; (2) qui cum alio cœnaturus ipſe ſuas ſecum adfert dapes; (3) pauper; (4) paraſitus. Ex ἀυτὸς, & σῖτος.

Αὐτοσκέυαςος, idem quod

Αὐτόσχεδος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rudis, ſimplex & inconditus, nullo conſtans artificio.

Αὐτόσσυτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſponte excitus, veniens. Ex ἀυτὸς, & ζύομαι, *excito.*

Αὐτοςαδία, ας, ἡ, pugna ſtataria, qua nimirum pede collato cum hoſte pugnatur. Ex ἀυτὸς, & ςάδιος, *ſtatarius, ſtabilis.*

Αὐτόςεγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ipſe ſibi tecti loco eſt, vel tecto natura ſua inſtructus; (2) perfectus, abſolutus.

Αὐτόςοιχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſolus ſecum meditatur, qui ipſe ad ſe animum advertit.

Αὐτόστολος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſine navi trajicit, ipſe ſibi navis eſt, *de natante.*

Αὐτοστόνος, ον, tacite gemens.

Αὐτοστράτηγος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſummus dux belli, qui auſpicia habet.

Αὐτόστυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, per ſe & ſuapte natura columnis fultus.

Αὐτοσφαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ipſe a ſe jugulatus, qui ſe ipſe occidit. Ex αὐτὸς, & σφαγή.

Αὐτοσχεδὰ, *Adv.* illico; (2) cominus.

Αὐτοσχεδία, ας, ἡ, ſc. μάχη, pugna, quæ cominus fit. Ab αὐτοσχέδιος.

Αὐτοσχεδιάζω, f. άσω, ex tempore & tumultuarie facio, ſive (2) temere, inconſulte, v. c. judico, loquor, &c. (3) ſponte ago. Αὐτοσχεδιάζειν περὶ τῶν πραγμάτων, Iſocr. εἰς τὰ σώματα, Æſchin. Ab eod.

Αὐτοσχεδίασμα, ατος, τὸ, opus ex tempore & tumultuarie factum. Ab αὐτοσχεδιάζω.

Αὐτοσχεδιασμὸς, οῦ, ὁ, dictio extemporalis:

Αὐτοσχεδιαστὴς, οῦ, ὁ, qui extemporalem habet orationem; (2) qui ex tempore & tumultuarie aliquid facit:

Αὐτοσχεδιαστὶ, *Adv.* ex tempore, non præmeditate:

Αὐτοσχεδιαστικὸς, ἡ, ὸν, extemporalis.

Αὐτοσχέδιος, ία, ιον, & αὐτοσχέδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, extemporalis, ex tempore factus, inelaboratus, tumultuarius, Gl. V. αὐτοσχέδιον, præ oculis dictio.

Αὐτοσχεδίως, *Adv.* ex tempore, tumultuarie; (2) temere, fortuito caſu; (3) ſponte ſua.

Αὐτοσχεδὸν, *Adv.* cominus.

Αὐτοτέλεια, ας, ἡ, perfectio, abſolutio; (2) integritas. Ab αὐτοτελής.

Αὐτοτέλεστος, ὁ ϗ ἡ, per ſe perfectus. Ab

Αὐτοτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in ſe finem ſuum habens; (2) per ſe finem faciens ſeu imponens; (3) per ſe abſolutus & conſummatus; (4) ipſe ſibi ſufficiens, cui propriæ vires ad aliquid perficiendum ſufficiunt, Ph. αὐτοτελὲς, abſolutum. Ex αὐτὸς, & τέλος, *finis.*

Αὐτοτελῶς, *Adv.* abſolute, perfecte.

Αὐτότεχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, per ſe peritus, per ſe artem tenens. Ex αὐτὸς, & τέχνη, *ars.*

Αὐτότοκος, ου, ὁ ϗ ἡ, editus cum ipſo partu. Ex αὐτὸς, & τίκτω, *pario.*

Αὐτότροφος, idem quod αὐτόσιτος.

Αὐτότυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, a ſe ipſo impreſſus.

Αὐτοῦ, *Adv.* ibi, illic; (2) hic. Ab αὐτός.

Αὐτοϋπερούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, per ſe ſupra-eſſentialis, Suic. Ex αὐτὸς, & ὑπερούσιος.

Αὐτουργέω, ῶ, f. ήσω, per me facio. Ab αὐτουργός. Hinc

Αὐτούργητος, ου, ὁ ϗ ἡ, extemporalis, inelaboratus; (2) ſponte natus.

Αὐτούργημα, τὸ, quod quis ipſe facit.

Αὐτουργία, ας, ἡ, operatio ejus, qui per ſe aliquid efficit. Ab

Αὐτουργὸς, ὁ ϗ ἡ, qui per ſe facit & operatur, non aliena opera utens; (2) qui manu ſua victum ſibi quærit; (3) opifex; (4) qui ſua manu cædit, pulſat, vel pugnat. Gl. V. auctor rei. Ex αὐτὸς, & ἔργον.

Αὐτουργικὸς, ὁ, qui ſua manu victum quærit potius, quam ab alio datis fruitur.

'Αὐτουργότευκτος, ον, ſubito, ex tempore factus

Αὐτόφι, ſ. αὐτόφιν, *Adv.* ibi; (2) ipſis pro *Dativo* αὐτοῖς.

Αὐτοφιλανθρωπία, ἡ, humanitas ipſiſſima.

Αὐτόφιλαυτος, ον, ſui amans.

Αὐτόφλοιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ipſum corticem adhuc habens, nondum a cortice ſejunctus.

Αὐτοφονευτὴς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui ſe ipſum perimit, vel perimit. Ex φονεύω.

Αὐτοφόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Αὐτοφόντης, ου, ὁ, idem; (2) qui alii ſua manu cædem infert. Ex iiſd.

Αὐτοφόνως, ſuo ictu, ſua manu.

Αὐτόφορβος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ipſe voravit. Ex αὐτὸς, & φέρβω, *voro.*

Αὐτόφορτος, ου, ὁ ϗ ἡ, cum ipſo onere & mercibus. Ex αὐτὸς, & φόρτος, *onus.*

Αὐτοφρούρητος, ον, a ſemet ipſo ſervatus.

Αὐτοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, nativus, opere non factus, arte carens; (2) genuinus, germanus. Gl. V. ſpontaneus, naturalis. Ex αὐτὸς, & φύω, *naſcor.*

Αὐτόφυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex ſe ipſo natus, ex ſe ipſo procreatus. Ex αὐτὸς, & φυτός.

Αὐτοφυῶς, *Adv.* ſuapte natura, ſponte naturæ; (2) native, genuine; (3) ſine arte, elaboratione. Ab αὐτοφυής.

Αὐτόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſua ipſe voce utitur ad dicendum. Ex φωνή.

Αὐτόφωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, deprehenſus in ipſo furto, deprehenſus in ipſa re, ſive ſcelere, ita ut non ſit inficiando. Gloſſ. Vet. manifeſtarius; ἐπ' αὐτοφώρῳ, in furto, in ſcelere ipſo; Gl. V. manifeſto.

Αὐτοφῶς, τὸ, ipſa lux; (2) Spiritus Sanctus.

Αὐτόχαρις, ιτος, ἡ, ipſa per ſe gratia, Suic.

Αὐτόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, qui ſua manu aliquid facit; (2) qui ſua manu victum quærit; qui ſua manu vim facit, cædem patrat; (4) quod propria manu patratur; (5) qui ſe ipſum interficit; (6) αὐτόχειρ τινος, etiam eſt qui aliquem ſua manu capit, v. c. in prælio. Hinc

Αὐτοχειρὶ, *Adv.* propria manu, proprio Marte.

Αὐτοχειρία, ας, ἡ, homicidium manu ſua patratum; neque ſolum in ſemet ipſo, ſed & in aliis, *unde interdum* facinus *poſſis vertere:*

Αὐτοχειρίᾳ, *Adv.* ſua ipſius manu:

Αὐτοχειρίζω, f. ίσω, propria manu facio:

Αὐτόχειρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſe ipſum occidit.

Αὐτοχειροτόνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſuo ipſius ſuffragio electus, per ſe creatus. Ex αὐτὸς, & χειροτονέω, *creo.*

Αὐτοχείρως, idem quod αὐτοχειρί.

Αὐτόχθων, ονος, ὁ ϗ ἡ, ex ipſa terra ortus, ex ipſa tellure oriundus; (2) indigena, domeſticus; patricius, Ph. αὐτόχθονες, aborigines, Ph. Ex αὐτὸς, & χθών.

Αὐτοχόλωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſua ſponte iram concipit; (2) ſibi ipſi iratus. Ex αὐτὸς, & χολόω, *iraſcor.*

Αὐτοχόωνος, ὁ ϗ ἡ, craſſa Minerva fuſus, veluti ſua ſponte fuſus. Ex αὐτὸς, & χόανος.

Αὐτόχρημα, *Adv.* re ipſa, re vera, plane, omnino. Ex αὐτὸς, & χρῆμα, *res, negotium.*

Αὐτόχροος, *contr.* ους, ου, ὁ ϗ ἡ, nativi coloris, Gl. V. αὐτόχροος, nativa.

Αὐτόχυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, per ſe & ſponte ſua fuſus, vel diffuſus. Ex αὐτὸς, & χύω.

Αὐτοχώνευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod αὐτοχόωνος. Ex αὐτὸς, & χωνεύω, *fundo.*

Αὐτόχωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Αὐτοψία, ας, ἡ, quum quis ſuis oculis vidit, oculata fides. Gl. Vet. in conſpectu. Ex αὐτὸς, & ὄψις, *viſus.*

Αὑτῷ, *ſibi ipſi.* dat. ſing. *Att.* pro ἑαυτῷ.

Αὕτως, ſive αὔτως, *Adv.* ſic, hoc modo; (2) eodem modo, pariter; (3) utcumque; (4) temere, fruſtra. Ab αὐτός.

Αὐφένα, *cervicem*, *Dor.* pro αὐχένα.

Αὐχενίας, ου, ὁ, cervicoſus, Gl. V. Ab αὐχήν. Unde

Αὐχενίζω, f. ίσω, cervicem incido, cervicem frango; (2) loro caput equi conſtringo:

'Αυχενιστὴρ, ὁ, gulam frangens, *Epith.* laquei.

Αὐχένιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad cervicem pertinens.

'ΑΥΧΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, glorior, jacto me. Αὐχεῖν τὴν εὐγένειαν, *Ariſtid.* Ξεῖνε, λίαν αὐχεῖς ἐπὶ γαστέρι, Hom. Βατρ. 57. Hinc

Αὐχὴ, ῆς, ἡ, gloriatio, animi elatio.

Αὐχήεις, ήεσσα, ῆεν, jactabundus, gloriabundus, ad jactantiam comparatus; (2) alacris, cui cervix erecta eſt. Ex αὐχὴ, vel αὐχήν.

Αὔχημα, ατος, τὸ, gloriatio, jactatio, faſtus.

'ΑΥΧΗ'Ν, ένος, ὁ, cervix; (2) anguſtia loci, locus anguſtus; (3) pars clavis & gubernaculi, in quam gubernator incumbit, Gl. V. αὐχένες, gubernaculum; αὐχὴν πλοίου, gubernaculum, Gl. Vet. αὐχὴν πηδαλίου, temo, Ph.

Αὐχητικὸς, ἡ, ὸν, idem quod αὐχήεις.

Αὐχμάω, ῶ, f. ήσω, areo præ æſtu; (2) ſqualeo. Ab αὐχμός.

Αὐχμέω, ῶ, f. ήσω, idem & ab eod.

Αὐχμαλέος, ον, &

Αὐχμήεις, ήεσσα, ῆεν, ſqualidus. Ab eod.

Αὐχμηρὸς, ρὰ, ρὸν, ſqualidus, hiſpidus, hirſutus, Gl. Vet. (2) obſcurus, caliginoſus; (3) ſiccus; (4) pauper. Ab eodem.

Αὐχμηροκόμης, ου, ὁ, comam ſqualidam habens.

'ΑΥΧΜΟ'Σ, οῦ, ἡ, ſiccitas ex æſtu vehementi; (2) ſqualor, ſitus, pædor, illuvies.

'Αὐχμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, æſtuoſus, aridus præ æſtu; (2) ſqualidus. Ab αὐχμός.

'ΑΥ'Ω, vel αὔω, ſicco, arefacio, accendo.

Αὔω & per dialyſ. ἀΰω, clamo, reſono, boo, Αὖε δ' ἑταίρους, Il. 11, 461.

'Αφ', *ab*, pro ἀπὸ, ob ſequentem literam aſpiratam.

'Αφαγίζω, f. ίσω, purifico, expio; (2) conſecro; (3) ſpolio, exuo. Ex ἀπὸ, & ἁγίζω.

'Αφαγιστεύω, εύσω, idem. 'Αφαγιστεύσας ἃ χρὴ, Soph. Antig. 253. Ab eod.

'Αφαγνισμὸς, οῦ, ὁ, purificatio, conſecratio.

'Αφάδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui non placet, ingratus; (2) hoſtis, inimicus. Ex ἀπὸ, & ἁδέω, *placeo.*

'Αφαίμαξις, εως, ἡ, ſanguinis detractio. Ab

'Αφαιμάσσω, vel άττω, ſanguinem elicio, ſanguinem detraho. Ex ἀπὸ, & αἱμάσσω.

'Αφαιρεθεὶς, a. 1. part. paſſ. v. ἀφαιρέω.

'Αφαιρεῖται, *aufert*, 3. ſing. præſ. ind. med.

'Αφαίρεμα, ατος, τὸ, quod aufertur; (2) ablatio; (3) quod pro donario eximitur & ſeligitur. Ab ἀφαιρέω. Hinc

'Αφαιρεματικὸς, ἡ, ὸν, ablativus, abſtractivus.

'Αφαίρεσις, εως, ἡ, ademptio, ablatio, abſtractio; (2) Figura grammatica, quum principio vocabuli aliquid detrahitur; (3) id, quod ex cæſi animalis interaneis extrahitur. Ab ἀφαιρέω.

'Αφαιρέτις, ereptrix. Epith. Parcæ.

'Αφαιρετὸς, ου, ὁ ϗ ἡ, qui auferri poteſt; (2) exemptilis. *Fam.* quoque ἀφαιρετὴ occurrit. Ab eod.

'Αφαιρέω, ῶ, f. ήσω, aufero, adimo, detraho; (2) vindico, adfero; (3) eximo. Ph. ἀφαιροῦμαι, adimo, demo, deripio, detraho, aufero, eximo, ſubtraho; ἀφείλετο, abſtulit, dempſit, Gl. V. a. 2. ἀφῃρημένων, detractis, Ph. perf. part. paſſ. 'Αφαιρεῖν τί τινος, τί τινι, τὶ τινα, ἀπό τινος. Κἀγὼ μὲν αἰεὶ βασιλέων θυμουμένων ὀργὰς ἀφῄρουν, Eur. Med. 456. 'Ανθρωπ', ἀφαιρήσει με τὴν τραγῳδίαν; auferes? Ariſt. Ach. 469. Εἰ τἄμα κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με; Soph. Phil. 374. Τὸν βίον μή μ' ἀφέλῃς, Ibid. 926. Ex ἀπὸ, & αἱρέω, *capio.*

'Αφαίρημα, ατος, τὸ, idem quod ἀφαίρεμα.

'Αφαιρήσεσθαι, f. 1. inf. med. v. ἀφαιρέω.

'Αφαιρητικὸς, ἡ, ὸν, idem quod ἀφαιρετικός.

'ΑΦΑ'ΚΗ, ης, ἡ, leguminis & quidem in ſpecie viciæ genus, Gl. V. vicia. *Angl.* **Yellow Vetchling.**

'Αφάλλομαι, deſilio, ex uno loco in alium ſalio, reſilio; exilio, deſilio, Gl. V. Ex ἀπὸ, & ἅλλομαι, *ſalio.*

'Αφαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, clavis, ſeu ſcutulis ex auro ſplendentibus non inſignis; (2) ſine cono, aut criſta. Ex α priv. & φάλος.

'Αφαλσις, εως, ἡ, reſultatio. Ab ἀφάλλομαι.

'Αφαλτος, ου, ὁ ϗ ἡ, reſiliens. Ab eod.

'Αφαμαρτάνω, f. ήσω, aberro; (2) privor. 'Αφαμαρτάνεσθαι τῇ πάσῃ ὁδῷ, Prov.

'Αφάμαρτε, 3. ſing. a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἀφήμαρτε.

'Αφαμαρτοεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, errans in verbis; (2) futilis. Ex ἀφαμαρτάνω, & ἔπος.

'Αφανδάνω, diſpliceo. Ex ἀπὸ, & ἁνδάνω.

'Αφανδὸν, non manifeſtum, Gl. V.

'Αφάνεια, ἡ, obſcuritas; (2) incertitudo. Ab

'Αφανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, obſcurus, non manifeſtus, occultus, latens; (2) incertus. Gl. V. ignotus; (3) ignobilis; (4) qui e medio ſublatus eſt, periit, diſcerptus a beſtiis, &c. Ex α priv. & φαίνω, *oſtendo.* Hinc

'Αφανίζω, f. ίσω, ab adſpectu removeo, e conſpectu aufero, ex oculis tollo; (2) perdo, inter-

interficio ; (3) inquino, polluo, contamino ; (4) quovis modo corrumpo, deformo, vaſto, excido ; (5) levo, imminuo v. c. laborem, ne ſentiatur ; (6) in exilium pello ; (7) in deos refero, *cum additur* ἐξ ἀνθρώπων ; (8) abeo, e conſpectu diſcedo, *int.* ἐμαυτόν. ἀφανίζομαι, evaneſco aboleſco, pereo, &c. Ab ἀφανής.

Ἀφάνισις, εως, ἡ, abolitio, ex conſpectu hominum ablatio. Ab ἀφανίζω. Unde

Ἀφανισμὸς, οῦ, ὁ, evaneſcentia ; interitus, exterminium, *Gl.* V. obſcuratio rei, v. c. veritatis.

Ἀφανιστὴς, οῦ, ὁ, deſtructor, exterminator, vaſtator, corruptor.

Ἀφανιστικὸς, ἡ, ὸν, vim habens e medio tollendi.

Ἀφανιστὸς, ἡ, ὸν, deſtructilis, Gl. V.

Ἀφαντασίαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui nullis perturbatur viſis & inſomniis. Ex α priv. & φαντασία, *apparitio, viſio*.

Ἀφαντασίωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui non habet vim perſpicuas rerum imagines concipiendi. Ex iiſd.

Ἀφάνταστος, ου, ὁ ϗ ἡ, viſionibus carens. Ex α priv. & φανταστός.

Ἄφαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, ab adſpectu remotus, qui non videtur ; (2) qui diſceſſit, abiit quocunque modo & quacunque de cauſa ; (3) cujus memoria nulla eſt, qui funditus extinctus eſt. Ex α priv. & φαίνω, *oſtendo*.

Ἀφανῶς, *Adv.* ita, ut non appareat, occulte, clanculum. Gl. V. obſcure, pedetentim.

Ἀφάπτω, f. ψω, ſuſpendo ; (2) alligo ; (3) admoveo, applico. Ex ἀπὸ, & ἅπτω, *necto*.

ἌΦΑΡ, *Adv.* ſtatim, continuo, facile.

Ἀφαρεὶ, vel ἀφαρὶ, *Adv.* feſtinanter & inconſiderate, ſtatim, celeriter. Ab ἄφαρ.

ἈΦΑΡΕΎΣ, έως, ὁ, pinna, quam thynnus fœmina ſub ventre habet.

ἈΦΆΡΚΗ, ης, ἡ, Apharca, arbor ſemper virens.

Ἀφαρμάκευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, medicamenti expers, ſine medicamentis. Ex α priv. & φαρμακεύω.

Ἀφάρμακος, ου, ὁ ϗ ἡ, non venenatus, non infectus. Ex α priv. & φάρμακον, *venenum*.

Ἀφάρμακτος, ου, ὁ ϗ ἡ, veneficio non infectus. Gl. Vet. innocuus. Ex α priv. & φαρμάσσω.

Ἀφαρμόζω, f. όσω, non convenio, diſſonus ſum. Ex α priv. & ἁρμόζω, *quadro*.

Ἀφαρμόττω, idem & ex iiſd.

Ἀφαρμόζωμος, ου, ὁ, juſculum ex tempore, vel cito factum. Ex ἄφαρ, & ζωμός.

Ἄφαρος, ου, ὁ ϗ ἡ, inveſtis ; (2) inaratus, incultus. Ex α priv. & φᾶρος, *veſtis exterior*, it. *aratio*, Etym. Unde

Ἀφάροτος, ου, ὁ ϗ ἡ, inaratus, Etym.

Ἀφαρόω, ῶ, aro, Suid. Ex ἀπὸ, & ἀρόω.

Ἀφαρπάζω, f. άσω, vel άξω, abripio, eripio, diripio, arripio, rapto ; deripio, Gl. V. ἀφαρπάξαι, deripere, Ph. ἀφήρπασι, diripuit, Ph. a. 1. Ἀναβλέψας ὁρῶ τὸν ἱερέα τοὺς φθοῖς ἀφαρπάζοντα, Ariſt. Plut. 676.

Ἀφάρτερος, έρα, ερον, celerior. Comp. Ab ἄφαρ.

Ἀφασία, ας, ἡ, loquendi impotentia, obmuteſcentia, ſtupor, præ quo loqui non poſſumus. Ex α priv. & φημὶ, *loquor*.

Ἀφάσσω, vel ἅπτω, tango, contrecto. Ἐν χερσὶν ἀφάσσειν, Apoll. Ab ἁφὴ, *tactus*.

Ἄφατος, ου, ὁ ϗ ἡ, Ineffabilis, non dicendus, Gl. V. nefandus ; (2) incelebris.

Ἀφάτως, ineffabiliter. Ab ἄφατος.

Ἀφαυαίνω, arefacio, exſicco. Δίψῃ γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι, Ariſt. Conc. 146.

ἈΦΑΥΡΌΣ, ρὰ, ρὸν, imbecillis, debilis.

Ἡλιοστιβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, a ſole tritus, per quem ſol incedit aut meat, ſoli expoſitus. A στείβω.

Ἡλιότευκτος, ον, a ſole ortus, ſ. creatus. A τεύχω.

Ἡλιοτρόπιον, ου, τὸ, herba ſolaris, heliotropion; (2) ſolarium, horologium. A τρέπω.

Ἡλιοφάνεια, ας, ἡ, ſolaris claritas. Ab

Ἡλιοφανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſolarem ſplendorem habens; (2) ſole illuſtris. A φαίνω.

Ἡλιόω, ῶ, f. ώσω, inſolō, in ſole expono, inde ſolis modo ſplendeo, niteſco, ἡλιῶσα, nitida. Hinc *in Paſſ.* ἡλιόομαι, οῦμαι, ſole illuſtror, a ſole uror. Κοὐχ' ἡλίωσε τοῦπος, irritus fuit, Soph. Trach. 263. Ab ἥλιος.

Ἡλίσκοντο, 3. pl. imperf. ind. paſſ. v. ἁλίσκω.

Ἡλίσκος, ου, ὁ, claviculus, parvus clavus. Dim. ab ἧλος, *clavus.*

Ἤλιτεν, 3. ſ. a. 2. ind. act. v. ἀλιτέω.

Ἡλιτενὴς, altus; quaſi ad ſolem protenſus. Ab ἥλιος, & τείνω.

Ἡλίτης, ου, ὁ, clavaris. Hinc ἡλῖτις, ιδος, ἡ, ſquama æris, quæ e clavis decutitur. Ab ἧλος.

Ἠλιτόμηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, aberrans a menſibus, qui ante juſtos menſes natus eſt. Ab ἀλιτέω, & μὴν, *menſis.*

Ἠλιτόποινος, ον, improbos ulciſcens, *Epith.* Furiarum. Ab ἀλιτεῖν, & ποινή.

ἯΛΙΨ, ιπος, ἡ, calceus, Schol. Theocr.

Ἡλιώδης, έος, ὁ ϗ ἡ, ſolem referens, ſoli ſimilis. Ab ἥλιος.

Ἡλιωθεὶς, aor. 1. part. paſſ. v. ἡλιόω.

Ἡλίωσις, εως, ἡ, inſolatio, apricatio. Ab ἡλιόω.

Ἧλκον, imperf. ind. act. *Dor.* pro εἷλκον, ab ἕλκω.

Ἡλκωμένος, perf. part. paſſ. v. ἑλκόω.

Ἠλλάγησαν, 3. pl. a. 2. ind. paſſ. v. ἀλλάσσω.

Ἠλλαγμένος, *mutatus*, perf. part. paſſ.

Ἤλλαξα, *mutavi*, aor. 1. ind. act.

Ἠλλοίωμαι, perf. ind. paſſ. v. ἀλλοιόω.

Ἠλλοτρίωνται, 3. pl. perf. ind. paſſ. v. ἀλλοτριόω.

Ἡλοειδὴς, ὁ ϗ ἡ, clavi formam habens.

Ἠλοήθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀλοάω.

Ἠλοίησεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. v. ἀλοιάω, *Poet.* pro ἀλοάω

Ἡλοκέντρον, ου, τὸ, calcar. Ab ἧλος, & κέντρον.

ἯΛΟΣ, ου, ὁ, clavus, palus; (2) oleæ morbus, qui & fungus; (3) tubercula calloſa potiſſimum in plantis & digitis pedum, etiam in albo oculorum.

Ἠλὸς, ὴ, ὸν, ſtolidus. Ab ἠλεός.

Ἡλότυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, clavo percuſſus aut fixus; (2) clavo trajectus. Ex ἧλος, & τύπτω.

Ἡλόω, ῶ, fut. ώσω, clavo figo, configo. Ab ἧλος.

Ἤλπικα, perf. ind. act. verbi ἐλπίζω.

Ἠλυγάζω, fut. άσω, obumbro, obtenebro; (2) occulto. Ab ἠλύγη. Unde

Ἠλυγαῖος, αία, αῖον, umbroſus, opacus.

Ἠλύγη, ης, vel ἠλυγὴ, ῆς, ἡ, tenebræ, umbra. A λύγη.

Ἠλυγίζω, f. ίσω, id. quod ἠλυγάζω. Hinc

Ἠλυγισμὸς, οῦ, ὁ, obtenebratio, obumbratio; (2) obſcuritas.

Ἤλυθα, perf. ind. med. verbi ἔρχομαι, pro ἐλήλυθα.

Ἤλυθον, *veni*, a. 2. ind. act.

Ἤλυξα, a. 1. ind. act. verbi ἀλύσκω.

Ἠλύσιον, ſcil. πεδίον, Elyſius campus.

Ἤλυσις, εως, ἡ, adventus, ingreſſus, itio, Eurip. Herc. Eur. 1140 Ab ἔρχομαι.

Ἦλφον, 1. ſing. a. 2. ind. act. verbi ἄλφω, vel ἀλφάνω.

Ἥλωκα, perf. ind. act. v. ἁλίσκω pro ἁλόω.

Ἠλώμην, *vagabar*, imperf. ind. v. ἀλάομαι.

Ἧλων, a. 2. ind. act. v. ἁλίσκω, pro ἁλόω.

Ἥλωσαν, 3. plur. a. 1. ind. act.

Ἧμα, ατος, τὸ, telum, miſſile, jaculum. Ab ἵημι. *mitto.*

Ἠμάθυνεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. *Att.* pro ἠμάθανεν, ab ἀμαθαίνω.

Ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, arenoſus. Ab ἄμαθος, *arena.*

Ἠμαθόεντα, acc. ſing. *Ion.* pro ἀμαθόεντα.

ἯΜΑΙ, ἧται, ἧται, ſedeo.

Ἦμαρ, ατος, τὸ, dies. Ab ἡμέρα.

Ἥμαρτες, 2. ſ. a. 2. ind. act. v. ἁμαρτάνω.

Ἡμάρτηκα, *peccavi*, perf. indic. act.

Ἡμαρτημένως, perperam, opp. ὀρθῶς.

Ἥμαρτον, *peccavi*, aor. 2. ind. act.

Ἠμάτιος, ία, ιον, diurnus. Ab ἦμαρ.

Ἡμάτωμαι, perf. ind. paſſ. v. αἱματόω.

Ἤμβλακον, aor. 2. ind. act. v. ἀμβλακίω.

Ἠμβλύθησαν, 3. pl. aor. 1. ind. paſſ. verbi ἀμβλύω.

Ἤμβροτεν, aor. 2 ind. act. v. ἀμβροτέω.

Ἡμέας, *nos*, acc. plur. *Ion.* pro ἡμᾶς.

Ἡμεδαπὸς, ὴ, ὸν, qui eſt e noſtro, ſc. ſolo, noſtras. Ex ἡμεῖς, & δάπεδον.

Ἠμείβετο, 3. ſ. imperf. ind. paſſ. v. ἀμείβω.

Ἠμείδηκα, perf. ind. act. v. ἀμειδάω.

Ἡμείων, *noſtrum*, gen. plur. *Ion.* pro ἡμῶν.

ἩΜΕΚΤΕ´Ω, ægre fero, indignor.

Ἠμελημένος, perf. part. paſſ. v. ἀμελέω.

Ἠμελημένως, incurioſe, negligenter.

Ἤμελλε, 3. ſ. imperf. ind. act. v. μέλλω, *futurus ſum.*

Ἠμέλουν, 3. pl. imperf. indic. act. pro ἠμέλεον, ab ἀμελέω.

ἩΜΕ´Ν, *Conjunct.* &, atque.

Ἦμεν, 1. plur. imperf. ind. v. εἰμί.

Ἦμεν, *eſſe*, præſ. inf. *Ion.* pro εἶναι.

Ἥμενος, *ſedens*, præſ. part. verbi ἧμαι.

ἩΜΕ´ΡΑ, ας, ἡ, dies; (2) pro tempore hebraizantes; (3) καθ' ἡμέραν, interdiu; πρὸς ἡμέραν, verſus diem, ſub lucem.

Ἡμερέων, gen. pl. *Ion.* pro ἡμερῶν.

Ἡμερεύω, f. εύσω, diem tranſigo, in opere diem totum verſor. Ab ἡμέρα.

Ἡμερήσιον, ου, τὸ, merces diurna; (2) diarium. Ab

Ἡμερήσιος, ία, ιον, vel ἡμερήσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt unius diei, diurnus. Ab ἡμέρα.

Ἡμερία, ας, ἡ, *Dor.* ἁμερία, dies.

Ἡμερίδης, ου, ὁ, mitis. Ab ἥμερος.

Ἡμερίδιον, ου, τὸ, diecula, Dim. ab ἡμέρα.

Ἡμερινὸς, ὴ, ὸν, diurnus. Ab eod.

Ἡμέριος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem; (2) unicum diem durans. Ἡμέριοι, homines mortales, πολύμοχθον γένος ἁμερίων, *Dor.* pro ἡμερίων, Euripid. Iphig. in Aul. 1331.

Ἡμερὶς, ίδος, ἡ, manſueta, cicur. Ab ἥμερος.

Ἡμερόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in diem vivit; (2) victum quotidie mendicans. Ex ἡμέρα, & βίος, *vita*, vel *victus*.

Ἡμεροδρομέω, ῶ, ſum curſor, ſum a pedibus; (2) totum diem curro. Ab

Ἡμεροδρόμος, ὁ, q. d. curſor diurnus, qui curſum die conficit; (2) tabellarius; (3) qui eſt a pedibus. Ex ἡμέρα, & δρόμος.

Ἡμερόδρυς, υος, ἡ, arbor quædam glandifera, ſpecies quercus. Ex ἥμερος, & δρῦς.

Ἡμεροθαλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, placide & benigne vigens

vigens ſeu pullulans; (2) placide vireſcere & pullulare faciens. Ex ἥμερος, & θάλλω.

Ἡμεροθηρικὸς, ὁ, interdiu venans.

Ἡμεροκαλλὲς, τὸ, ſc. ἄνθος, &

Ἡμεροκαλλὶς, ίδος, ἡ, flos uno die vigens.

Ἡμεροκλέπτης, ου, ὁ, interdiarius, Ph. Ab ἡμέρα, & κλέπτης, *fur*.

Ἡμερόκοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui tota die dormit. Ex ἡμέρα, & κοίτη, *lectus*.

Ἡμερόλεγδον, *Adv.* ſingulos dies numerando.

Ἡμερολεκτέω, ῶ, fut. ήσω, quotidie numero, dies ſupputo. Ex ἡμέρα, & λέγω.

Ἡμερολογέειν, *dies numerare*, præſ. inf. act. v. ἡμερολογέω.

Ἡμερολογεῖον, & ἡμερολόγιον, ου, τὸ, diarium, calendarium, faſti. Ex iiſd.

Ἡμερονύκτιον, ου, τὸ, diei & noctis ſpatium. Ex ἡμέρα, & νύξ.

Ἡμεροποιέω, manſuetum reddo. Ex ἥμερος.

Ἡμεροποιὸς, q. d. manſuefactor.

ἩΜΕΡΟΣ, ου, ὁ ϗ ἡ, manſuetus, cicur, mitis, placidus; (2) ſativus.

Ἡμεροσκοπέω, ſpeculor interdiu.

Ἡμεροσκοπεῖον, vel ἡμεροσκόπειον, diurnæ ſpeculationis locus. Ab

Ἡμεροσκόπος, ου, ὁ, diurnus ſpeculator, excubias diurnas agens. A σκοπὸς.

Ἡμερότης, ητος, ἡ, manſuetudo. Ab ἥμερος.

Ἡμερόφαντος, ον, interdiu conſpicuus, ſ. viſus. A φαίνω.

Ἡμερόφοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, interdiu oberrans. Ex ἡμέρα, & φοιτάω.

Ἡμεροφύλαξ, κος, ὁ, cuſtos diurnus.

Ἡμερόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, diem inclamans, ſeu vocans, i. e. lucem. Ex ἡμέρα, & φωνή.

Ἡμερόω, manſuefacio, cicuro; ἡμερῶμαι, manſueſio. Ab ἥμερος. Hinc

Ἡμέρωμα, ατος, τὸ, mitigatio, manſuefactio.

Ἡμερωρεῖν, interdiu cuſtodire, Suid. Heſ. Ex ἡμέρα, & ὠρέω.

Ἡμέρως, manſuete, placide, modeſte.

Ἡμέρωσις, εως, ἡ, manſuefactio. Ab ἡμερόω.

Ἦμες, præſ. inf. *Dor.* pro εἶν, ab εἰμί.

Ἡμετέρῃσιν, dat. pl. f. g. *Ion.* pro ἡμετέραις.

Ἡμέτερος, έρα, ερον, noſter; (2) qui nobiſcum facit. Ab ἡμεῖς.

Ἡμέων, *noſtrum*, gen. pl. *Ion.* pro ἡμῶν.

Ἠμημένος, perf. part. paſſ. v. ἀμάω.

Ἥμην, *eram*, imperf. ind. med. verbi εἰμί.

Ἥμην, imperf. ind. med. v. ἧμαι.

Ἤμησε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. ἀμάω.

Ἠμὶ, pro φημὶ, dico, Att. Ariſtoph. παῖ, ἠμὶ, παῖ, *puer, inquam, puer*. Hinc ἦν δ' ἐγὼ, dicebam; ἦ δ' ὃς, dicebat, inquit, Apud Atticos.

Ἡμιαμφόριον, ου, τὸ, amphoræ dimidium, urna. Ex ἥμισυς, & ἀμφορεὺς, *& ſic reliqua deinceps, ab* ἡμι *incipientia*.

Ἡμίανδρος, ου, ὁ, ſemivir. Ἡμίανδροι, ſemimares. Ab ἀνήρ.

Ἡμιάνθρωπος, ου, ὁ, ſemihomo, ſemivir.

Ἡμιάνωρ, ορος, ἡ, ſemivir.

Ἡμιάρτιον, τὸ, genus panis hemicycli figura, Heſ. ἡμίαρτον. Ab ἄρτος.

Ἡμιασσάριον, τὸ, ſemiſſis.

Ἡμιαστράγαλον, ου, τὸ, ſemitalus.

Ἡμιβάρβαρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemibarbarus.

Ἡμιβρεχὴς, & ἡμιβραχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, dimidia ex parte rigatus, ſemimadidus.

Ἡμίβροχος, idem. A βρέχω.

Ἡμιβρὼς, ῶτος, ὁ ϗ ἡ, ſemeſus. A βρώσκω.

Ἡμίβρωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἡμιγένειος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemibarbatus.

Ἡμιγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemigenitus, i. e. imperfectum genus habens, quaſi ſemicreatus, ſemiinchoatus. A γείνομαι.

Ἡμίγυμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſeminudus.

Ἡμιγύναιξ, &

Ἡμίγυνος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemivir.

Ἡμιδαὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemeſus, ſemieſus; (2) ſemidiviſus; (3) ſemiuſtus. A δαίω.

Ἡμιδάϊκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemiocciſus. A δαΐζω.

Ἡμιδαμὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemidomitus. A δαμάω.

Ἡμιδεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cui dimidium deeſt, ſemivacuus, ſemiplenus. A δέομαι.

Ἡμιδιπλοΐδιον, ου, τὸ, dimidiata diplois, ſemicinctium, veſtimenti muliebris genus. A διπλοῒς.

Ἡμίδουλος, ου, ὁ, ſemiſervus.

Ἡμιεκτέον, ου, τὸ, dimidiatus ſextarius, dimidium ſextarii. Ex ἥμισυς, & ἕκτος.

Ἡμίεκτον, ου, τὸ, idem & ex iiſd.

Ἡμιέλλην, ſemigræcus.

Ἡμιεργὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemifactus, ad dimidium factus; (2) inchoatus. Ab ἔργον.

Ἡμίεργος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἡμίετες, dimidius annus. Ab ἔτος.

Ἡμίεφθος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemielixus, ſemicoctus. Ab ἑφθός.

Ἡμιζώνιον, ου, τὸ, ſemicinctium. A ζώνη.

Ἡμίζωος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemivivus.

Ἡμίηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, dimidia ex parte ſoli expoſitus; (2) ad dimidium ſiccatus. Ab ἥλιος.

Ἡμιθαλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemiviridis. A θάλλω.

Ἡμιθανῆ, acc. ſ. *contr.* pro ἡμιθανέα, ab

Ἡμιθανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſeminex, ſemimortuus. A θνήσκω.

Ἡμιθέαινα, ης, ἡ, ſemidea. Ab

Ἡμίθεος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemideus, indiges, heros; ἡμίθεοι, indigetes, divi.

Ἡμίθηλυς, ὁ, ſemivir.

Ἡμιθὴρ, ῆρος, ὁ, ſemiferus. A θὴρ, *fera*.

Ἡμιθνὴς, ῆτος, vel ἡμίθνης, ητος, ὁ, ſemimortuus. A θνήσκω.

Ἡμίθνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemimortuus; (2) ſemimortalis, ſemideus; (3) qui alternis vicibus vivit, vel moritur. Ex iiſd.

Ἡμίθραυστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemifractus. A θραύω.

Ἡμιθωράκιον, ου, τὸ, dimidius thorax. A θώραξ.

Ἡμιϊουδαῖος, ὁ, ſemijudæus.

Ἡμικάδδιον, vel ἡμικάδιον, ου, τὸ, dimidius cadus, dimidium cadi. A κάδδος, vel κάδος.

Ἡμίκακος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemimalus, ſemipravus; (2) non plene bonus; (3) neglectus.

Ἡμικάκως, *Adverb.* ſemiprave, non omnino bene.

Ἡμίκαυστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemiuſtus, dimidia ex parte crematus. A καίω.

Ἡμίκαυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἡμίκενος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemivacuus, ſemiplenus.

Ἡμικέραμον, ου, τὸ, urna. A κέραμος.

Ἡμικεφάλαιον, & ἡμικεφάλιον, nec non ἡμικέφαλον, ου, τὸ, ſinciput. A κεφαλή.

Ἡμικλάδευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemiputatus. A κλαδεύω.

Ἡμίκλαστος, ὁ ϗ ἡ, ſemifractus. A κλάω.

Ἡμικλήριον, τὸ, dimidia hæreditas, dimidium bonorum. A κλῆρος.

Ἡμικόριον, ου, τὸ, dimidia pars cori. A κόρος.

Ἡμικοτύλη, ἡ, dimidia cotyla.

Ἡμικοτυλιαῖος, αία, αιον, qui eſt cotylæ dimidiatæ. Ab

Ἡμικοτύλιον, ου, τὸ, cotyla, ſeu hemina dimidiata. A κοτύλη.

Ἡμίκραιρα, ας, ἡ, dimidia capitis pars; (2) medium capitis. A κραῖρα

Ἡμικρανία, ας, ἡ, dolor circa dimidium ſive medium capitis. Ab ἡμίκρανον. Hinc

Ἡμικρανικὸς, οῦ, ὁ, hemicrania laborans.

Ἡμίκρανον, ου, τὸ, dimidia capitis pars; ſinciput. A κράνον.

Ἡμικρὴς, ὁ, ſemicretenſis.

Ἡμικύαθος, ου, ὁ, ſemicyathus, *Aret.* Ex κύαθος.

Ἡμικύκλιον, ου, τὸ, ſemicirculus, ſemiorbis, hemicyclium. Ab

Ἡμικύκλιος, ὁ ϗ ἡ, ſemicirculi figuram habens, ſemicircularis. A κύκλος.

Ἡμικυκλιώδης, ες, idem.

Ἡμίκυκλος, ου, ὁ, ſemicirculus, hemicyclus.

Ἡμικυλίνδριον, ου, τὸ, ſemicylindrus. A κύλινδρος.

Ἡμίκυπρον, ου, τὸ, ſemimodius. A κύπρον.

Ἡμικύων, υνος, ὁ ϗ ἡ, ſemicanis.

Ἡμιλάσταυρος, ου, ὁ ϗ ἡ, nequam.

Ἡμιλέπιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemidecorticatus. A λεπίζω.

Ἡμιλέπτος, ον, ſemiexcluſus, ſc. ex ovo. A λέπω.

Ἡμίλευκος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemialbus.

Ἡμιλιτριαῖος, αία, αῖον, ſelibris, ſemilibris. Ab

Ἡμίλιτρον, ου, τὸ, ſelibra, ſemilibra, libra dimidiata; (2) ſemiobolus, ſex ærei. A λίτρα.

Ἡμίλουτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemilotus. A λούω.

Ἡμιλοχία, ας, ἡ, dimidiatus λόχος, dimidia cohors.

Ἡμιλοχίτης, ου, ὁ, qui præeſt ἡμιλοχίᾳ.

Ἡμιμαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemidoctus. A μανθάνω.

Ἡμιμανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemiinſanus. A μαίνομαι.

Ἡμιμάραντος, ον, flaccidus, ſemiaridus, ſemimarcidus. Στέφανοι ἡμιμάραντοι, Lucian. in Toxari, p. 59. A μαραίνω.

Ἡμιμάσητος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemimanſus. A μασάομαι.

Ἡμιμέδιμνος, ου, ὁ, ſemimedimnus.

Ἡμιμέθυσος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemiebrius.

Ἡμιμερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, dimidiæ partis, ſemi. A μέρος.

Ἡμίμεστος, ὁ ϗ ἡ, ſemiplenus.

Ἡμίμετρον, τὸ, dimidium menſuræ v. c. modii.

Ἡμιμηνιαῖος, α, ον, ſemimenſtruus. A μήν.

Ἡμιμήνιον, τὸ, ſemi-menſtruum, menſis dimidius. Ab eod.

Ἡμίμναιον, ου, τὸ, dimidium minæ, dimidiata mina. A μνᾶ.

Ἡμιμόριον, ου, τὸ, dimidiata pars, altera pars.

Ἡμιμόχθηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemimalus.

Ἡμίνα, ης, ἡ, hemina, dimidium ſextarii, cotyla, acetabulum. Ab ἥμισυς.

Ἡμίξεστον, hemina, dimidius ſextarius.

Ἡμίξηρος, ὁ ϗ ἡ, ſemiarefactus, ſideratus.

Ἡμιξύρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemiraſus. A ξυράω.

Ἡμιοβόλιον, τό, ſemiobolus.

Ἡμιόδιον, ſemita, Philoxenus. Ab ὁδὸς, *via*.

Ἡμιόδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui dimidia parte præeſt itineribus.

Ἡμιολία, ας, ἡ, ſeſcuplum; (2) ſeſquialtera; (3) navis piratica.

Ἡμιολιασμὸς, οῦ, ὁ, penſio ſeſcupli. Ab

Ἡμιόλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, totus cum dimidia ſui parte, ſeſcuplus, ſeſquialter, ſeſquiplex. Ex ὅλος, *totus*.

Ἡμίολος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem ex iiſd.

Ἡμιόνειος, ου, ὁ ϗ ἡ, mularis. Ab ὄνος.

Ἡμιονηγὸς, οῦ, ὁ, agaſo mulorum, mulio. Ex ἡμίονος, & ἄγω.

Ἡμιονικὸς, ἡ, ὸν, mularis. Ab ἡμίονος.

Ἡμιόνιον, ου, τὸ, herba quædam, *aſpledon* alias dicta; (2) avis quædam. Ab eod.

Ἡμιονὶς, ίδος, ἡ, ſtercus muli. *ap. Hipp.* pro ἡμιόνου ὀνίς.

Ἡμιονίτης, ου, ὁ, mularis. Ab eod.

Ἡμιονῖτις, ιδος, ἡ, mularis; (2) multum pariens.

Ἡμίονος, ου, ὁ ϗ ἡ, mulus, vel mula; (2) idem quod ἡμιόνιον. Ab ὄνος.

Ἡμιόπλος, q. d. ſemiermis. Ab ὅπλα, *arma*.

Ἡμίοποι αὐλοὶ, tibiæ pauciorum foraminum. Ab ὀπή.

Ἡμίοπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſemiaſſatus, ſemiaſſus; (2) ſemicoctus. Ab ὀπτάω.

Ἡμιοφανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ex dimidio apparet. A φαίνω.

Ἡμιπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemiconcretus. A πηγνύω.

Ἡμιπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, partim adfectus vel vitiatus. Ἡμιπαθεία μέρεα, *Aret.* A πάθος.

Ἡμιπαίδευτος, ſemidoctus. Suid. indoctus. A παιδεύω.

Ἡμιπαχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſuffertus. A παχύς.

Ἡμιπέλεκκον, ου, τὸ, ſecuris uno tantum latere ſcindens, ab una tantum parte acuta. Ex πέλεκυς.

Ἡμίπεπτος, ου, ὁ, ſemicoctus.

Ἡμιπηχυαῖος, αια, αῖον, ſemicubitalis.

Ἡμίπηχυς, υ, idem.

Ἡμίπλεθρον, ου, τὸ, dimidium jugeri.

Ἡμιπληκτικὸς, ἡ, όν, hemiplexia laborans. Ab

Ἡμιπλὴξ, ῆγος, ὁ ϗ ἡ, dimidia parte percuſſus. A πλήττω.

Ἡμιπληξία, ας, ἡ, dimidii corporis reſolutio, paralyſis, hemiplexia, quæ eſt partis corporis, ſicut apoplexia totius corporis.

Ἡμιπλήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſemiplenus. Ἡμιπλήρεσι κύστισι, Aret.

Ἡμιπλήρωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemiplenus, ſemiinanis. A πληρόω.

Ἡμιπλίνθιον, ȣ, τὸ, dimidius later; ἡμίπλινθοι, ſemilateres. A πλίνθος.

Ἡμίπνικτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemiſuffocatus. A πνίγω.

Ἡμίπνοος, contr. ἡμίπνȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemianimis, ſemivivus. A πνέω, ſpiro.

Ἡμιπόδιον, ȣ, τὸ, ſemipes, pes dimidius. A πȣ́ς.

Ἡμίπολον, ȣ, τὸ, dimidium poli, i. e. cœli media pars, Heſ. A πόλος.

Ἡμιπόνηρος, ὁ ϗ ἡ, ſemimalus, ſemimalignus.

Ἡμίπȣς, όδος, ſemipes. A πȣ̃ς, pes.

Ἡμίπτωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemirutus, qui dimidia ex parte corruit. A πίπτω.

Ἡμίπυρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemiuſtus, ſemiardens.

Ἡμιπύρωτος, ον, ſemicombuſtus, ſ. ſemicalidus.

Ἡμίπυῤῥος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemirufus.

Ἡμιῤῥαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemifractus, ſemilacer, interruptus. A ῥήσσω.

Ἡμισάλευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dimidia ex parte concuſſus & agitatus. A σαλεύω.

Ἡμισαπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemiputris, qui dimidia ex parte computruit. A σήπω.

Ἡμίσευμα, ατος, τὸ, dimidium, dimidia pars. Ab

Ἡμισεύω, dimidius ſum; (2) dimidia ex parte æquo; (3) ad dimidias partes redigo. Ab ἥμισυς.

Ἡμίσȣς, gen. ſ. pro ἡμίσεος, ab ἥμισυς.

Ἡμίσοφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemiſapiens.

Ἡμίσπαστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemivulſus, ſemiavulſus. A σπάω.

Ἡμιστίχιον, ȣ, τὸ, hemiſtichium, dimidium verſus. A στίχος, verſus.

Ἡμιστρατιώτης, ὁ, ſemimiles, miles ſemivir.

Ἡμιστρόγγυλος, ον, ſemiteres, ſemicircularis, ſubobliquus.

Ἥμισυ, εος, τὸ, demidium, altera pars, ſemis. Ab

ἩΜΙΣΥΣ, σεια, συ, Gen. εος, είας, εος, dimidius, ſemi, ſemis.

Ἡμισφαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemimactatus. A σφάττω.

Ἡμισφαίριον, ȣ, τὸ, dimidia ſphæra, dimidium globi; (2) cœli dimidium. A σφαῖρα.

Ἡμιτάλαντον, ȣ, τὸ, ſemitalentum.

Ἡμιτάριχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui media ex parte eſt ſalſamentum.

Ἡμιτέλεια, ας, ἡ, dimidium ſeu ſemiſſis.

Ἡμιτέλειος, α, ον, dimidius.

Ἡμιτέλεστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dimidia ex parte abſolutus, imperfectus. Ab

Ἡυιτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemiabſolutus, interruptus, ſemifinitus, imperfectus. A τέλος.

Ἡμίτμητος, ον, in duas partes ſectus.

Ἡμιτόμης, ȣ, ὁ, ſemicaſtratus, cui alter teſticulus exſectus eſt. Ex τέμνω.

Ἡμιτομίας, ȣ, ὁ, idem & ex iiſd.

Ἡμιτόμιον, ȣ, τὸ, dimidia pars, dimidium.

Ἡμίτομον, ȣ, τὸ, idem; (2) latus. Ab

Ἡμίτομος, ὁ ϗ ἡ, dimidiatus.

Ἡμιτόνιον, ȣ, τὸ, dimidia pars toni, ſemitonium. A τόνος.

Ἡμίτραυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemibalbus.

Ἡμιτριβὴς, ὲς, paululum detritus. A τρίβω.

Ἡμιτρίγωνον, τὸ, dimidium triangulum.

Ἡμιτριταῖος, αία, αῖον, ſemitertianus.

Ἡμιτύβιον, τὸ, indumentum lineum, fimbria; (2) ſudarium, faſcia.

Ἡμιτύμβιον, ȣ, τὸ, dimidium, h. e. parvum buſtum, parvum ſepulchrum. A τύμβος.

Ἡμίυπνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemiſomnis.

Ἡμιφαὴς, & ἡμιφανὴς, ὲς, dimidia parte conſpicuus. A φαίνομαι.

Ἡμιφάλακρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemicalvus.

Ἡμιφάριον, ȣ, τὸ, dimidia veſtis pars. A φᾶρος.

Ἡμίφαυλος, ον, dimidia parte futilis, i. e. nullius pretii in aliquo genere.

Ἡμιφλεγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſemiuſtus, ſemiuſtulatus. A φλέγω.

Ἡμίφλεκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἡμίφωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dimidiatam vocem edens; (2) litera ſemivocalis. A φωνή.

Ἡμίχλωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemiviridis.

Ἡμιχοαῖος, αία, αῖον, dimidium continens congium, ſemiſextarius. A χόος.

Ἡμίχοος, contr. ἡμίχȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. Hinc & ἡμίχȣν, ſc. ἀγγεῖον, dimidius congius.

Ἡμιχοίνικος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dimidiam chœnicem continens.

Ἡμιχοίνιξ, ἡ, dimidia chænix.

Ἡμιχολώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſubbilioſus.

Ἡμιχόριον, ȣ, τὸ, altera pars chori bipartiti.

Ἡμίχρηστος, ὁ ϗ ἡ, non ſatis bonus, ſubimprobus.

Ἡμίχρυσος, ὁ ϗ ἡ, ex dimidia parte aureus.

Ἡμίχωστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemirutus. A χωννύω.

Ἡμιψυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ſeq.

Ἡμίψυκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemifrigefactus, ſemigelatus. A ψύχω.

Ἡμίψυχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſemianimis. A ψυχή.

Ἡμιωβολιαῖος, αία, αῖον, ſemiobolaris, ſemiobolum pretio æquans; (2) vilis, exigui pretii. Ab

Ἡμιωβόλιον, ȣ, τὸ, ſemiobolus, dimidia oboli pars. Hinc & τὰ ἡμιωβόλια, ων, vaſa minimi pretii. Ab eod.

Ἡμιώβολον, ȣ, τὸ, idem & ab eod.

Ἡμιώριον, ȣ, τὸ, ſemihora. Ab ὥρα.

Ἧμμαι, perfect. ind. paſſ. v. ἅπτω.

Ἠμοιρηκὼς, perf. part. act. v. ἀμοιρέω.

ἩΜΟΣ, Adv. Poët. quando, quum.

Ἡμὸς, ἡ, ὸν, noſter, Poët. Ab ἡμεῖς.

Ἡμοσύνη, ης, ἡ, jaculatio, ſeu jaculandi peritia. Ab ἥμων.

Ἠμπειχόμην, induebar, imperf. ind. paſſ. Poët. pro ἀμπειχόμην, ab ἀμπέχω.

Ἠμπεσχόμην, a. 2. ind. med. v. ἀμπέχω.

Ἠμπισχόμην, imperf. ind. paſſ. v. ἀμπίσχω.

Ἠμπόλησε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. ἐμπολέω.

Ἤμυνε, 3. ſ. imperf. ind. act. v. ἀμύνω.

Ἠμύνατο, ultus eſt, 3. ſing. a. 1. ind. med.

Ἠμυόεις, όεσσα, όεν, qui ſolet inclinare, ſeu cadere. Ab ἠμύω.

Ἤμυσε, 3. ſ. a. 1, ind. act. v. ἠμύω.

Ἠμύσειε, ceciderit, 3. ſing. a. ejuſd. Æol. format. Hom. Il. 4, 290.

ἨΜΥΩ, f. ύσω, inclino, cado, demitto. Ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν, Il. 2, 148. ἤμυσε κάρη, ibid. 8, 308.

Ἠμφαγνόȣν, imperf. ind. act. pro ἠμφαγνόεον, ab ἀμφαγνοέω.

Ἠμφιεσμένος, perf. part. paſſ. v. ἀμφιέννυμι.

Ἤμφιβαλλον, imperf. ind. act. v. ἀμφιβάλλω.

Ἠμφίγνȣν, imperf. ind. act. pro ἠμφιγνόεον, ab ἀμφιγνοέω.

Ἠμφιεννύμην, imperf. ind. v. ἀμφιέννυμι.

Ἠμφίεσα, veſtivi, a. 1. ind. act.

Ἠμφίεσμαι, indutus ſum, perf. ind. paſſ.

Ἠμφιεσμένον, acc. ſing. perf. part. paſſ.

Ἠμφισβήτȣν, imperf. ind. act. contr. pro ἠμφισβήτεον, ab ἀμφισβητέω.

Ἥμων, ονος, ὁ, jaculator. Ab ἵημι, mitto.

ἮΝ, Conj. ſi, pro ἐὰν, ſi. Hinc ἢν μὴ, niſi.

Ἦν, dixi, Poët. pro ἔφην, a. 2. verbi φημί.

Ἧν, miſi, a. 2. ind. verbi ἵημι.

Ἠνάγκασα, a. 1. ind. act. v. ἀναγκάζω.

Ἠναγκασμένως, Adv. coacte.

Ἠναιδηκότες, nom. pl. perf. part. act. verbi ἀναιδέω.

Ἠνάλωσα, a. 1. ind. act. Dor. pro ἀνήλωσα, ab ἀναλίσκω.

Ἠναντιώθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἐναντιόομαι.

Ἦναξα, a. 1. ind. act. v. ἀνάσσω.

Ἤνασσεν, 3. ſ. imperf. ind. act. cum ν ἐφελκ.

Ἤναρα, interfeci, a. 1. ind. act. v. ἐναίρω.

Ἥνδανον, imperf. ind. act. verbi ἁνδάνω.

Ἠνδραγαθηκέναι, perf. ind. act. v. ἀνδραγαθέω.

Ἠνδρώθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀνδρόω.

Ἤνεγκα, a. 1. ind. act. v. φέρω pro ἐνέγκω.

Ἤνεγκαν, tulerunt, 3. pl. a. ejuſd.

Ἤνεγκον, tuli, a. 2. ind. act. verbi ejuſd.

Ἤνεγμαι, latus ſum, perfect. indic. paſſ.

ᾐνέθην, a. 1. ind. paſſ. verbi αἰνέω.

Ἤνεικα, a. 1. ind. act. Ion. pro ἤνεγκα, a φέρω.

Ἤνεπε, edixit, 3. ſing. a. 1. ind. act. Poet. pro ἀνεῖπε, ab ἀνέπω.

Ἠνείχθην, a. 1. ind. paſſ. Ion. pro ἠνέχθην, a φέρω.

Ἠνειχόμην, ſuſtinebam, imperf. ind. med. Att. pro ἀνειχόμην, a verbo ἀνέχομαι, ſuſtineo, tolero; ἠνέσχετο, Euripid. Electr. 264.

Ἠνεκέως, Adverb. diu multumque, longo tempore. Ab

ἨΝΕΚΗΣ, έος, ὁ ϗ ἡ, porrectus, protentus in longitudinem; (2) perpetuus, continuus.

Ἤνεπον, dixi, a. 2. ind. act. verbi ἐνέπω.

ᾔνεσα, laudavi, a. 1. ind. act. verbi αἰνέω.

Ἠνεσχέθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀνέχω.

Ἠνεσχόμην, a. 2. ind. med. Att. pro ἀνεσχόμην.

Ἠνέχθην, delatus ſum, a. 1. ind. paſſ. v. φέρω.

Ἠνέῳγα, perf. ind. med. Att. pro ἀνέῳγα, ab ἀνοίγω.

Ἠνεῴχθησαν, aperti ſunt, 3. pl. a. 1. ind. paſſ.

Ἠνήλωμαι, perf. ind. paſſ. Att. pro ἀνήλωμαι, ab ἀναλίσκω, pro ἀναλόω.

Ἠνηνάμην, renui, a. 1. ind. med. verbi ἀναίνομαι.

Ἦνθε, 3. ſing. a. 2. ind. act. Dor. pro ἦλθε, ab ἔρχομαι.

Ἦνθον, a. 2. ind. Dor. pro ἦλθον.

Ἠνθισμένος, perf. part. paſſ. v. ἀνθίζω.

ἨΝΙ, Adv. ecce.

ἩΝΙΑ, ας, ἡ, habena, lorum, retinaculum.

Ἡνιάζω, f. άσω, fræno. Ab ἡνία.

Ἠνίγμαι, perf. ind. paſſ. v. αἰνίττομαι.

Ἠνίδε, ecce, Dor. pro ἐνίδε, ab ἐνείδω.

Ἠνίησαι, 2. ſ. perf. ind. paſſ. v. ἀνιάω.

ἩΝΙΚΑ, Adv. quum, quando, ap. Atticos dicitur de hora diei qua hora? ut & πηνίκα.

Ἡνίον, ȣ, τὸ, frænum. Ab ἡνία.

Ἡνιοποιεῖον, ȣ, τὸ, officina habenarum.

Ἡνιοποιέω, habenas conficio; (2) habenas rego & duco; (3) rego, moderor. Ab

Ἡνιοποιὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, qui habenas conficit. Ex ἡνία, & ποιέω.

Ἡνιοστροφέω, ῶ, habenas verto, guberno. Ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βιβάς, Eur. Ph. 176. Ὁ τὴν πέδαργον Ψύλλαν ἡνιοστροφῶν, Lyc. 166. Ab

Ἡνιοστρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui habenas vertit, auriga. Ex ἡνία, & στρέφω.

Ἡνιοχεία, ας, ἡ, aurigatio; (2) gubernatio, moderatio, agitatio. Ab ἡνιοχεύω.

Ἡνιοχεὺς, έος, ὁ, auriga; obliqui caſus ἡνιοχῆος, ἡνιοχῆι, ἡνιοχῆα, Poet. Ab ἡνιοχέω.

Ἡνιοχεύω, f. εύσω, habenas teneo, aurigo; (2) moderor, rego. Πόλιν ἡνιοχεύειν, Epigr. Ab ἡνίοχος.

Ἡνιοχέω, ῶ, f. ήσω, idem & ab eod.

Ἡνιοχῆες, nom. pl. Ion. pro ἡνιοχεῖς.

Ἡνιόχησις, εως, ἡ, aurigatio. Ab ἡνιοχέω.

Ἡνιοχικὸς, ad aurigandum aptus, aurigationis peritus.

Ἡνίοχος, ȣ, ὁ, auriga. Ex ἡνία, & ἔχω.

Ἠνίπαπεν, dixit, 3. ſing. perf. ind. med. Poet. pro ἤνιπε, ab ἐνίπτω.

Ἦνις, ιος, ἡ, annicula. Ab ἔνος, annus.

ᾐνισάμην, a. 1. ind. med. v. αἰνίσσω.

Ἠνιασάμην, a. 1. ind. med. v. ἀνιάω.

ᾐνίσσετο, 3. ſ. imperf. ind. med. v. αἰνίσσομαι.

ᾐνίχθω, 3. ſing. perf. imper. paſſ.

Ἤνοθα, florui, perf. ind. med. verbi ἄνθω, per Metatheſ. pro ἀνθέω.

Ἠνοίγην, a. 2. ind. paſſ. Ion. pro ἀνοίγην, ab ἀνοίγω.

Ἤνοιξα, aperui, perf. ind. act. verbi ejuſd.

Ἤνοισται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. v. ἀναφέρω, pro ἀνοίω, refero.

Ἤνον, imperf. ind. act. *per Sync.* pro ἤνυον, ab ἀνύω.

Ἠνορέα, ας, ἡ, vel ἠνορίη, ης, ἡ, virilitas; ἠνορέην ἐρατεινήν, Hom. Il. 6, 156. Ab ἀνήρ.

Ἤνοχα, *tuli*, perf. ind. med. verbi φέρω.

Ἤνοψ, οπος, ὁ ϗ ἡ, ſonorus, vocalis; (2) perſpicuus, lucidus. Ab ὂψ, *vox*, vel ὢψ, *oculus*.

Ἠ χόμην, 1. ſing. aor. 2. ind. med. *contract.* pro ἠνεχόμην, ap. Soph. An. 473. Ab ἀνέχω.

Ἧνται, *ſedent*, 3. plur. præſ. ind. verbi ἧμαι.

Ἤντεον, imperf. ind. act. verbi ἀντέω, *Ion.* pro ἀντάω.

Ἠντέτο, 3. ſ. imperf. ind. med. v. ἄντομαι.

Ἤντησε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. ἀντάω.

Ἠντιβόλουν, imperf. ind. act. *contr.* pro ἠντιβόλεον, ab ἀντιβολέω.

Ἠντιδίκουν, imperf. ind. act. *contr.* pro ἠντιδίκεον, ab ἀντιδικέω.

Ἥντινα, *quam*, acc. ſing. ab ἥτις.

Ἠντληκότες, nom. plur. pluſq. part. act. verbi ἀντλέω.

Ἧντο, *ſedebant*, 3. pl. impetf. act. v. ἧμαι.

Ἤνυεν, 3. ſing. imperf. ind. act. cum ν ἐφελκ. ab ἀνύω.

Ἤνυσα, *perfeci*, a. 1. ind. act. verbi ejuſd.

Ἤνυστρον, ου, τὸ, unus ex ventriculis animalium ruminantium. Ab ανύω, *perficio*.

Ἤνωγα, *mandavi*, perf. ind. med. v. ἀνώγω.

Ἤνωξα, *juſſi*, a. 1. ind. act.

Ἥνωμαι, perf. ind. paſſ. verbi ἑνόω.

Ἠνώρθουν, imperf. ind. act. pro ἠνώρθοον, ab ἀνορθόω.

Ἠνώρθωσα, *emendavi*, a. 1. ind. act.

Ἠνώχλουν, imperf. ind. act. *contr.* pro ἠνώχλεον, ab ἐνοχλέω.

Ἦξα, *veni*, a. 1. ind. act. v. ἥκω.

Ἥξει, *veniet*, 3. ſing. f. 1. ind. act

Ἧξα, *fregi*, a. 1. ind. act. v. ἄγνυμι

Ἧξις, εως, ἡ, adventus. Ab ἥκω.

Ἤξιε, 3. ſing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἤξιοε, ab ἀξιόω.

Ἠξίωται, 3. ſing. perf. ind. paſſ.

Ἥξουσι, 3. pl. f. 1. ind. act. v. ἥκω.

Ἡξῶ, *veniam*, f. 1. ind. act. *Dor.* pro ἥξω.

Ἠοῖ, *auroræ*, dat. ſing. *contr.* pro ἠόϊ, ab ἠώς.

Ἠοῖος, οία, οῖον, orientalis, matutinus. Ab ἠώς.

Ἤομεν, 1. plur. a. 2. ind. act. *Att.* pro εἴομεν, ab εἶμι.

Ἦον, *ivi*, a. 2. ind. act. *Att.* pro εἶον.

Ἠόνα, *ripam*, acc. ſing. ab ἠών.

Ἠόνησας, 2. ſing. a. 1. ind. act. v. αἰονάω.

Ἠόνιος, ία, ιον, littoralis. Ab ἠιών.

Ἠοῦς, gen. ſing. *contr.* pro ἠόος, ab ἠώς.

ΗΠΑΡ, ατος, τὸ, hepar, jecur.

Ἠπατήθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀπατάω.

Ἡπατηρὸς, ὰ, ὸν, hepaticus, hepatarius; a præc. Afferunt & ἡπατήρια, ſcil. φάρμακα, medicamenta hepatica. Ab eod.

Ἠπατητικὸς, ή, ὸν, fraudulentus. Ab ἀπαταω.

Ἡπατίας, ου, ὁ, hepatarius, ad hepar pertinens. Ab ἧπαρ.

Ἡπατιαῖος, α, ον, idem.

Ἡπατίζω, f. ίσω, hepar refero, hepati ſimilis ſum; (2) ad hepatis colorem vergo.

Ἡπατικὸς, ή, ὸν, jecoralis; (2) qui morbo hepatico laborat. Ab eod.

Ἡπάτιον, ου, τὸ, juſculum. Ab ἧπαρ.

Ἡπατίτης, ου, ὁ, hepaticus, hepatarius.

Ἡπατῖτις, ιδος, ἡ, hepatica. Ab ἡπατίτης.

Ἡπατοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, jecinori ſimilis. Ex ἧπαρ, & εἶδος.

Ἥπατος, ου, ὁ, piſcis quidam a jecinoris colore nomen ſortitus. Ab ἧπαρ.

Ἡπατοσκοπέω, exta conſulo.

Ἡπατοσκοπία, ας, ἡ, jecinoris inſpectio, haruſpicina. Ab

Ἡπατοσκόπος, ου, ὁ ϗ ἡ, haruſpex, extiſpex, qui ex inſpecto victimæ jecinore futura colligit. Ex ἧπαρ, & σκοπέω.

Ἡπατουργὸς, ὁ ϗ ἡ, hepatis diſſector, ap. Lyc. *ſi lectio vera, quod non videtur.* Ern.

Ἡπατώριον, ου, τὸ, eupatorium, herba.

Ἤπαφε, 3. ſing. a. 2. ind. act. v. ἀπαφίσκω.

Ἠπάω, farcio. Hinc ἠπήσασθαι.

Ἠπεδανὸς, ὴ, ὸν, claudus; (2) infirmus; (3) ſtolidus. Ex η pro α priv. & πέζα, *pes extremus*; ut ſit quaſi ἄπους. Hinc

Ἠπεδανόω, debilito.

Ἠπείγετο, 3. ſing. imperf. indic. paſſ. verbi ἐπείγω.

Ἤπειγμαι, perf. ind. paſſ.

Ἠπείθησα, a. 1. ind. act. v. ἀπειθέω.

Ἠπείθουν, imperf. ind. act. pro ἠπείθεον.

Ἠπείλει, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ἠπείλεε.

Ἠπείλησεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ. ab ἀπειλέω.

Ἠπειρογενὴς, ὲς, in continente natus. A γίγνομαι.

Ἠπείροιο, gen. ſing. *Ion.* pro ἠπείρου. Ab

ΗΠΕΙΡΟΣ, ου, ἡ, terra continens ac mediterranea; (2) nomen regionis, Epirus. Hinc

Ἠπειρόω, continentem facio, continenti adjicio. Ἀναχωρήσεις κυμάτων θαλάσσας ἠπείρωσαν, Ariſtot.

Ἠπειρώτης, ου, ὁ, in continente natus; (2) Epirota, quidam ex Epiro. Ab eod.

Ἠπειρωτικὸς, ή, ὸν, ad continentem ſpectans; (2) Epiroticus. Ab eod.

Ἠπειρῶτις, ιδος, ἡ, mediterranea.

Ἤπειτα, *deinde*, *Poet.* pro ἔπειτα.

Ἠπερόπευμα, ατος, τὸ, res, qua aliquem decipimus. Ab ἠπεροπεύω.

Ἠπεροπεὺς, έος, ſ. ῆος, ὁ, impoſtor, deceptor. Ab eod.

Ἠπεροπεύσας, a. 1. part. act. v. ἠπεροπεύω.

Ἠπεροπευτὶς, εως, ἡ, fraus, impoſtura.

Ἠπεροπευτὴς, οῦ, ὁ, idem quod ἠπεροπεύς.

Ἠπεροπεύω, f. εύσω, decipio, fallo. Ἦ οὐχ ἅλις, ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις; Il. 5, 349. Ab ὂψ, *vox*.

Ἠπεχθάνοντο, 3. pl. imperf. ind. paſſ. *Att.* pro ἀπηχθάνοντο, ab ἀπεχθάνομαι.

Ἠπητής, οῦ, ὁ, ſartor, vel ſutor. Ab ἠπάω.

Ἠπήτρια, ας, ἡ, ſartrix, vel ſutrix.

Ἠπήτριον, ου, τὸ, inſtrumentum. quo ſutores & ſartores in conſuendis coriis vel pannis utuntur, ſubula, acus. Ab ἠπάω.

Ἠπιαλέω, ῶ, epiala febri laboro. Ab

ΗΠΙΑΛΟΣ, ου, ὁ, febris quotidiana, epialus.

Ἠπιάλης, ητος, ὁ, Epialus, incubo.

Ἠπιαλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, febrilis. A præc.

Ἤπιαμα, ατος, lenimentum. Ab

Ἠπιάω, ῶ, f. άσω, vel ήσω, mitigo, lenio. Ab ἤπιος.

Ἠπιήθην, a. 1. ind. paſſ.

Ἠπιόδωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lenis, qui mitia dat. Ab ἤπιος, & δῶρον.

Ἠπιοδώτης, ου, ὁ, idem, *Epith.* Æſculapii.

Ἠπιόθυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, benigni & mitis animi. Ex ἤπιος, & θυμος.

Ἠπιόλης, ου, ὁ, idem quod ἠπίαλος.

Ἠπιόλιον, ου, τὸ, levis febris, epiali acceſſio. Dim. ab

Ἠπίολος, ου, ὁ, beſtiola circa lychnum volitans. Dicitur etiam idem eſſe quod ἠπίαλος.

Ἠπιόμοιρος, ον, mite fatum ſortitus, mite ingenium ſortitus.

ΗΠΙΟΣ, ία, ιον, placidus, clemens, mitis, lenis. Hinc

Ἠπιότης, ητος, ἡ, lenitas, clementia.

Ἠπιόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, qui placidas & benignas manus habet, placidus, mitis.

Ἠπίστατο, 3. ſing. imperf. ind. *Ion.* & *Att.* pro ἐπίστατο, ab ἐπίσταμαι.

Ἠπιστήθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀπιστέω.

Ἠπίστησαν, *diffiderunt*, 3. pl. a. 1. ind act.

Ἠπίστουν, imperf. ind. act. pro ἠπίστεον. Ἠπίστω, noveras, aor. 2. imp. ind. verbi ἐπίσταμαι, imp. ἠπιστάμην, ἠπίστασο, *Ion.* ἠπίσταο, *Att.* ἐπίστω, Euripid. Herc. Eur. 344.

Ἠπίως, *Adv.* leniter, benigne, clementer, æquo animo, ἠπιωτέρως, lenius.

Ἠπόμην, imperf. ind. med. v. ἕπομαι.

Ἠπόρουν, imperf. indic. act. pro ἠπόρεον, ab ἀπορέω.

Ἤπου, nimirum; (2) certe, profecto; (3) nedum, multo minus; (4) interrogat etiam.

Ἧπται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. v. ἅπτω.

Ἤπυον, 3. pl. imperf. ind. act. v. ἀπύω, vel ἠπύω.

Ἠπύτα, *vociferator*, voc. ſing. ab

Ἠπύτης, ου, ὁ, vociferator. Ab

Ἠπύω, ſono, ſonitum edo, vociferor, clamo. Οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν Ἠπύει, Il. 14, 399. Ab ἀπύω.

Ἦρ, ἦρος, τὸ, ver; (2) diluculum. Ab ἔαρ.

Ἦρα, τὰ, grata, apta, convenientia. Ab ἐρᾶν, *amare*, vel ἄρω, *apto*. (Ἦρα, gratiam, beneficium, auxilium, *ab antiquo* ἦρ, quod idem ſignificat. *Ern.*)

ΗΡΑ, ας, ἡ, Juno.

Ἦρα, *tuli*, aor. 1. indicat. act. verbi αἴρω.

Ἤρα, 3. ſing. imperf. ind. pro ἤραε, ab ἐράω.

Ἠρᾶτο, *imprecabatur*, 3. ſing. imperf. ind. pro ἠράετο, ab ἀράομαι.

Ἡραῖος, αία, αῖον, Junonius. Hinc ἥραιον, τὸ, pro ἡραῖον, Junonis templum, τὰ ἥραια, pro ἡραῖα, ων, Junonia ſacra, ſeu feſtum Junonis. Ab ἥρα.

Ἡρακλέης, εος, *contr.* Ἡρακλῆς, Hercules. Declinatur: Ἡρακλῆς, Ἡρακλέος, Ἡρακλεῖ, Ἡρακλέα, Ἡράκλεις, Apud Poetas. Ἡρακλέης, Ἡρακλῆος, Ἡρακλῆϊ, Ἡρακλῆα, Ἡρακλέην, Ἡρακλέω.

Ἡρακλείδης, ου, ὁ, Heraclides, filius vel nepos Herculis. Patronym. ab Ἡρακλέης.

Ἡράκλειος, εία, ειον, Herculeus. Hinc τὰ ἡράκλεια, ων, feſtum Herculis, & τὸ ἡράκλειον, ου, templum Herculis. Ab eod.

Ἡράκλεις, *Adv.* Hercle; (2) part. admirandi cum terrore. Ab eod.

Ἡρακλειτίζω, f. ίσω, ſum ſectæ Heracliteæ. Ab Ἡράκλειτος.

Ἡρακλειτιστὴς, οῦ, ὁ, ſectator Heracliti.

Ἤραμαι, perf. ind. paſſ. verbi ἐράω.

Ἠράμην, *extuli*, a. 1. ind. med. verbi αἴρω.

Ἦραν, 3. pl. a. 1. ind. act.

Ἠράνθεμον, ου, τὸ, eranthemon, herba. Ex ἦρ, *ver*, & ἀνθέω, *floreo*.

Ἤρανος, ου, ὁ, rex, præfectus, opitulator, Etym. Heſ.

Ἠρανέω, opera fero, gratificor.

Ἤραρα, perf. indic. med. *Att.* pro ἄρηρα, ab ἄρω.

Ἠραρχικὸς, ή, ὸν, a vere incipiens. Ex ἦρ, & ἄρχομαι.

Ἤρας, 2. ſing. imperf. ind. act. pro ἤραες, ab ἐράω.

Ἠρασάμην, *devovi*, aor. 1. ind. med. ἀράομαι.

Ἠρασάμην, captus fui amore, ab ἐράζω pro ἐράομαι, *amo*. Hom. Il. 14, 317. Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο.

Ἠράσθην, a. 1. ind. paſſ. verbi ἐράω.

Ἠράσαο, 2. ſing. aor. 1. ind. med. *Ion.* & *Poet.* pro ἠράσω.

Ἠρᾶτο, 3. ſing. imperf. indic. med. *contr.* pro ἠράετο, ab ἀράομαι.

Ἠργαζόμην, imperf. ind. med. *Dor.* pro εἰργαζόμην, ab ἐργάζομαι.

Ἠργάνθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἐργαίνω.

Ἦργμαι, perf. ind. paſſ. verbi ἄρχω.

Ἤρεαι, 2. ſing. præſ. indic. *Ion.* pro ἔρῃ, ab ἔρομαι.

Ἡρέθην, *delegi*, a. 1. ind. paſſ. verbi αἱρέω.

Ἥρει, 3. ſing. imperf. ind. act. *contr.* pro ἥρεε, ab verbo αἱρέω, *eligo*.

Ἤρεθον, 3. pl. imperf. ind. act. v. ἐρέθω.

Ἠρείδει, 3. ſing. pluſq. ind. act. v. ἐρείδω.

Ἤρεικον, imperf. ind. act. v. ἐρείκω.

Ἠρείσατο, 3. ſing. aor. 1. ind. med. verbi ἐρείδω.

Ἡρεῖτο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. pro ἡρέετο, ab αἱρέω.

Ἠρείψαντο, 3. pl. a. 1. ind. med. v. ἐρείπω.

Ἠρέμα, *Adv.* ſenſim, paullatim, lente, tacite, (2) aliquantum. Ab ἤρεμος.

Ἠρεμάζω, mæreo. Ab ἠρέμα.

Ἠρεμαῖος, αία, αῖον, quietus, ſubmiſſus, lenitus. Ab ἤρεμος.

Ἠρεμαίως, *Adv.* ſenſim.

Ἠρεμεστέρως, *Adv.* quietius. Ab ἤρεμος.

Ἠρεμέω, quieſco, quietus ſum; (2) infrequens ſum, de loco. Ab ἤρεμος. Hinc

Ἠρέμησις, εως, ἡ, ipſa quieſcendi actio, quies; (2) perturbationum ſedatio.

Ἠρεμία, ας, ἡ, quies, tranquillitas.

Ἠρεμίζω, f. ίσω, ſedo, quieſcere facio. Ab

ΗΡΕΜΟΣ, εμη, εμον, quietus, otioſus, mitis, placidus.

Ἦρεν, *tulit*, 3. ſing. a. 1. ind. act. verbi αἴρω.

Ἠρινὸς, ὴ, ὸν, vernus. Ex ἐαρινὸς, ab ἔαρ.

Ἥρεον, imperf. ind. act. verbi αἱρέω.

Ἤρεπται, 3. ſ. perf. ind. paſſ. v. ἐρέφω, *tego*.

Ἤρεσα, *placui*, a. 1. ind. act. verbi ἀρέσκω.

Ἡρέτισα, *elegi*, a. 1. ind. act. v. αἱρετίζω.

Ἤρετο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. v. ἔρομαι.

Ἠρεύνησα, a. 1. ind. act. v. ἐρευνάω.

Ἥρης, *Junonis*, gen. ſing. *Ion.* pro Ἥρας, ab Ἥρα, *Juno*.

Ἥρημαι, perf. ind. paſſ. v. αἱρέω.

Ἥρημεν, 1. plur. perf. ind. act. *per Sync* pro ἡρήκαμεν.

Ἠρημώθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἐρημόω.

Ἠρημωμένος, *vaſtatus*, perf. part. paſſ. v.

Ἠρήρειν, pluſq. ind. med. *Att.* pro ἤρειν, a verbo ἄρω.

Ἠρήρειστο, 3. ſing. pluſq. indic. paſſ. verbi ἐρείδω.

Ἡρήσαντο, 3. pl. a. 2. ind. med. v. αἱρέω.

Ἤρθην, aor. 1. ind. paſſ. v. αἴρω.

Ἤρθρωσας, 2. ſing. a. 1. ind. act. v. ἀρθρόω.

Ἦρι, *Adv.* mane; (2) vere. Ab ἦρ.

Ἠριγένεια, ας, ἡ, diluculum producens, auroræ epith. Ex ἦρι, & γίνομαι.

Ἠριγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vernus; (2) matutinus. Ex ἦρ, vel ἦρι, & γίνομαι.

Ἠριγέρων, οντος, ὁ, ſenecio, herbæ genus, cujus flores capillorum modo caneſcant. Ex ἦρ, & γέρων, *ſenex*. Cuj. memin. Plin. l. 25. §. 106. c. 13. *Angl.* Groundſel.

Ἠριεργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſepulchrorum conſector, ſpoliator ſepulchrorum, Heſ. Ex ἠρίον, & ἔργον, *opus*.

Ἤριζον, imperf. ind. act. verbi ἐρίζω.

Ἠρίκει, *contenderat*, 3. ſing. pluſq. ind. act.

Ἠριθμημέναι, nom. plur. perf. part. paſſ. f. g. ab ἀριθμέω.

Ἤρικον, *ſecui*, a. 2. ind. act. verbi ἐρείκω.

Ἠρινέος, ου, ὁ, candidus.

Ἠρινὸς, ὴ, ὸν, vernus. Ex ἐαρινός.

ἨΡΙΟΝ, ου, τὸ, monumentum, ſepulchrum.

Ἤριπον, *cecidi*, a. 2. ind. act. v. ἐρείπω.

Ἠριπόλη, ης, ἡ, aurora; (2) dies. Ex ἦρι, & πολέω, *verſer*.

Ἠριπώθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἐριπόω.

Ἤρισε, 3. ſing a. 1. ind. act. v. ἐρίζω.

Ἦρκε, *tulit*, 3. ſing. perf. ind. act. verbi αἴρω.

Ἤρκει, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ἤρκεε, ab ἀρκέω.

Ἤρκεσε, 3. ſing. a. 1. ind. act.

Ἦρκται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. verbi ἄρχομαι, *incipio*.

Ἠρκὼς, *qui ſuſtulit*, perf. part. act. verbi αἴρω.

Ἦρμαι, *ſublatus ſum*, perf. ind. paſſ.

Ἥρμοζε, 3. ſing. imperfect. indic. act. verbi ἁρμόζω.

Ἡρμοσμένως, apte. Ab ἁρμόζω.

Ἠρνεῖτο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. pro ἠρνέετο, ab ἀρνέομαι.

Ἠρνήσατο, *negavit*, 3. ſing. a. 1. ind. med.

Ἤρνυντο, 3. pl. imperf. ind. v. ἄρνυμαι.

Ἠρξάμην, a. 1. ind. med. v. ἄρχομαι.

Ἤρξαντο, *cœperunt*, 3. pl. a. ejuſd.

Ἤρξατο, *cœpit*, 3. ſing. a. ejuſd.

Ἦρξεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. v. ἄρχω.

Ἠρόμην, a. 2. ind. med. v. ἔρομαι.

Ἤρου, 2. ſing. imperf. vel a. 2. ind. med.

Ἤροσα, *aravi*, a. 1. indic. act. verbi ἀρόω.

Ἠρεῦτο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. pro ἠρέετο.

Ἡροῦντο, 3. pl. imperf. indic. paſſ. pro ᾑρέοντο, ab αἱρέω.

Ἡρπάγη, 3. ſing. a. 2. ind. paſſ.

Ἥρπασεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ. ab ἁρπάζω.

Ἦρσα, a. 1. ind. act. *Æol.* pro ἦρα, ab ἄρω.

Ἦρται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. v. αἴρω.

Ἦρτο, *ſublatus erat*, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ.

Ἤρτημαι, perf. ind. paſſ. verbi ἀρτάω.

Ἠρτύνετο, 3. ſing. imperf. ind. med. verbi ἀρτύνω.

ἨΡΥΓΓΙΟΝ, ου, τὸ, eryngium, herba, *Angl.* Eryngo, or Sea-holly.

Ἤρυγγος, ου, ὁ, villus dependens ex mento hircorum. Quaſi ab εἴριον, *lanugo*.

Ἤρυγε, 3. ſing. aor. 2. ind. act. v. ἐρεύγω.

ἨΡΥΓΩ, mugio, Heſ. ἠρύγων, μυκώμενος, mugiens.

Ἠρύκακε, 3. ſing. imperf. ind. act. v. ἐρυκάκω.

Ἤρυκεν, 3. ſing. imperf. ind. act. v. ἐρύκω.

Ἤρυον, imperf. ind. act. verbi ἀρύω.

Ἤρυτο, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ. v. ἐρύω.

Ἦρχε, 3. ſing. imperf. ind. act. v. ἄρχω.

Ἤρχατο, 3. plur. pluſq ind. paſſ. *Ion.* pro ἠργμένοι ἦσαν, ab ἔργω, vel εἴργω.

Ἦρχε, 3. ſing. imperf. ind. act. v. ἄρχω.

Ἤρχθην, *inceptus ſum*, a. 1. ind. paſſ.

Ἤρω, 2. ſing. a. 1. ind. med. verbi αἴρω.

Ἥρωας, *heroes*, acc. pl. ab ἥρως, *heros*.

Ἡρώδης, ου, ὁ, Herodes. Hinc

Ἡρωδιανοὶ, οἱ, Herodiani, Herodis miniſtri.

Ἡρωδιὰς, άδος, ἡ, Herodias, filia Herodis, item Herodis concubina. Ab eod.

Ἡρώειον, ου, τὸ, herois monumentum. Ab ἥρως.

Ἡρωελεγεῖον, ου, τὸ, metrum ex heroicis & elegiacis verſibus conſtans. Ex ἡρῷος, & ἐλεγεῖον.

Ἡρώεσσιν, dat. pl. ab ἥρως, pro ἥρωσι.

Ἠρώησα, *fluxi* a. 1. ind. act. verbi ἐρωέω.

Ἡρωΐζω, heroicè ago; (2) carmen heroicum ſcribo.

Ἡρωϊκὸς, ὴ, ὸν, heroïcus. Ab ἥρως.

Ἡρωϊκῶς, fortiter.

Ἡρωΐνη, & ἡρώνη, ης, ἡ, heroina, i. e. ſemidea. Ab eod.

Ἡρώϊος, ία, ιον, herous. Ab eod.

Ἡρωῒς, ΐδος, ἡ, herois, heroina, heroica.

Ἡρωΐσσα, & ἡρῷσσα, ης, ἡ, idem.

Ἡρωολογέω, res Heroum expono, de poeta Epico.

Ἡρωολογία, ἡ, hiſtoria ſ. res Heroum.

Ἤρων, imperf. ind. act. pro ἤραον, ab ἐράω, *amo*.

Ἡρῷον, ου, τὸ, heroum, herois fanum ſeu monumentum, ſacrarium, ſtatua; (2) carmen heroicum; (3) epulum ſolenne in honorem herois. Ab ἥρως.

Ἡρῷος, vel ἡρῷος, ῴα, vel ῷα, ῷον, vel ῷον, herous. Ab ἥρως, vel ex ἡρώϊος.

ἩΡΩΣ, ωος, ὁ, heros, ſemideus; (2) generoſus, potens, fortis.

Ἡρῶσσα, ἡ, heroina.

Ἠρώτα, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ἠρώταε, ab ἐρωτάω.

Ἠρώτησαν, 3. pl. a. 1. ind. act.

Ἠρώτων, 1. ſ. vel 3. pl. imperf. ind. act. pro ἠρώταον.

Ἧς, *ſuæ*, gen. ſing. ab ἥ, fem. ab ὅς, pro ἑός.

Ἦς, *eras*, 2. ſing. imperf. ind. verbi εἰμί.

Ἦσα, *cecini*, aor. 1. indic. act. verbi ᾄδω.

Ἧσαι, 2. ſing. præſ. ind. act. v. ἧμαι.

Ἦσαν, 3. plur. imperf. ind. v. εἰμί.

Ἥσας, 2. ſing. aor. 1. ind. act. v. ἥδω.

Ἥσατο, 3. ſ. aor. 1. ind. med. v. ἥδομαι.

Ἠσέβηκα, perf. ind. act. v. ἀσεβέω.

Ἥσει. 3. ſing. f. 1. ind. verbi ἵημι.

Ἠσέλγημαι, perf. ind. paſſ. v. ἀσελγέω.

Ἠσέλγηνα, a. 1. ind. act. *Att.* pro ἠσέλγανα, ab ἀσελγαίνω.

Ἧσεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. v. ἵζω.

Ἦσθα, 2. ſ. imperf. ind. *Æol.* pro ἦς, ab εἰμί.

Ἧσθαι, *ſedere*, præſ. inf. verbi ἧμαι.

Ἡσθείην, a. 1. opt. paſſ. v. ἥδομαι.

Ἠσθένηκα, perf. ind. act. verbi ἀσθενέω.

Ἠσθενήσαμεν, 1. pl. a. 1. ind. act.

Ἠσθένουν, imperf. ind. act. pro ἠσθένεον.

Ἡσθέντες, nom. plur. a. 1. part. paſſ. verbi ἥδομαι.

Ἤσθετο, 3. ſing. a. 2. ind. med. v. αἰσθάνομαι.

Ἥσθη, 3. ſing. a. 1. ind. paſſ. v. ἥδομαι.

Ἤσθημαι, perf. ind. paſſ. verbi αἰσθάνομαι.

Ἥσθην, a. 1. ind. paſſ. verbi ἥδω.

Ἠσθησάμην, aor. 1. ind. med. v. αἰσθάνομαι.

Ἠσθῆσθαι, *ſenſiſſe*, perf. indic. paſſ.

Ἡσθήσομαι, f. 1. ind. paſſ. v. ἥδομαι.

Ἤσθητο, 3. ſing. pluſq. paſſ. v. Inuſ. ἐσθέομαι pro ἕννυμαι, *induor*.

Ἤσθιον, imperf. ind. act. verbi ἐσθίω.

Ἤσθμηνα, aor, 1. ind. act. *Att.* pro ἤσθμανα, ab ἀσθμαίνω.

Ἠσθόμην, a. 2. ind. med. v. αἰσθάνομαι.

Ἦσι, 3. ſing. præſ. conj. act. *Ion.* pro ᾖ, ab εἰμί.

Ἦσιν, 3. ſing. præſ. conj. *Ion.* & cum ν ἐφελκ.

Ἧσις, εως, ἡ, voluptas, delectatio. Ab ἥδω.

Ἠσίτουν, imperf. ind. act. *contr.* pro ἠσίτεον, ab ἀσιτέω.

Ἤσκειν, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἤσκει, *contr.* ex ἤσκεε, ab ἀσκέω.

Ἠσκήθην, a. 1. ind. paſſ.

Ἤσκηκα, *exercui*, perf. ind. act.

Ἤσκησαν, *exercuerunt*, 3. pl. a. 1. ind. act.

Ἤσκουν, imperf. ind. act. pro ἤσκεον.

Ἦσμαι, perf. ind. paſſ. v. ᾄδω.

Ἧσμαι, perf. ind. paſſ. v. ἥδομαι.

Ἦσμεν, pluſq. ind. act. *Att.* & *per Syuc.* pro εἰδήκειμεν, ab εἰδέω.

Ἦσο, *eras*, 2. ſ. imperf. vel pluſq. p. v. εἰμί.

Ἠσπάζοντο, 3. plur. imperf. ind. paſſ. verbi ἀσπάζομαι.

Ἤσπικα, perf. ind. act. v. ἀσπίζω.

Ἧσσα, vel ἧττα, ης, ἡ, adverſum prælium, clades, inferiores partes. Ab ἥσσων.

Ἡσσάομαι, vel ἡττάομαι, ῶμαι, inferior diſcedo, ſuperor, vincor, ſuccumbo, proprie & tropice. Unde & deditus alicui, nimis amans, &c. *cum gen.* ἡττηθεὶς, aor. 1. victus; ἡττημένος, perf. victus, ἡσσῆσθαι, victum eſſe, ἡσσᾶσθαι, præſ. vinci. Πικρῶς δ' ἔρωτος ἡττηθήσομαι, Eur. Hipp. 731. τῶν συμφορῶν, Iſocr. τῶν ἡδονῶν, Xen. Ab eod.

Ἡσσήθην, a. 1. ind. paſſ.

Ἦσσε, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Poët.* pro ἦσε, ab ᾄδω.

Ἥσσονας & ἥττονας, minus, parum. Ab

ἩΣΣΩΝ, vel ἥττων, ονος, ὁ καὶ ἡ, minor, inferior; (2) deditus, obnoxius cupiditati & dulcedini alicujus rei. Ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες, vincuntur a lucro, Ariſt. Plut. 363.

Ἧσται, *ſedit*, 3. ſing. perf. ind. v. ἧμαι.

Ἠστάτουν, imperf. ind. act. *contr.* pro ἠστάτεον, Ab ἀστατέω.

Ἦστε, 2. pl. pluſq. ind. act. *Att.* & *per Sync.* pro εἰδήκειτε, ab εἰδέω.

Ἤστην, 3. dual. imperf. ind. *Poet.* pro ἤτην, ab εἰμί.

Ἦστον, 2. dual. imperf. ind. *Poet.* pro ἦτον.

Ἧστο, 3. ſing. imperf. ind. *Poet.* pro ἧτο, ab ἧμαι.

Ἡστὸς, ὴ, ὸν, jucunditate adfectus, exhilaratus, delectatus; (2) qui jucunditate adfici poteſt. Hinc τὸ ἡστὸν, οῦ, jucunditas, ſuavitas. Ab ἥδω.

Ἤστραπτε, 3. ſing. imperf. ind. act. v. ἀστράπτω.

Ἠσυνθέτηκα, perf. ind. act. v. ἀσυνθετέω.

Ἧσυχα, *Adv.* quiete, tacite, paullulum, ſenſim. Ab ἥσυχος.

Ἡσυχάζω, f. άσω, quieſco; (2) taceo; (3) tranquille vivo. Ἡσυχάζειν τοὺς παῖδας, Thuc. Ab eod.

Ἡσυχαῖος, αία, αῖον, quietus. Ab eod.

Ἡσυχαίτερος, α, ον, placidior, quietior.

Ἡσύχασαν, 3. pl. a. 1. ind. act. v. ἡσυχάζω.

Ἡσυχαστήριον, ου, τὸ, locus, in quo degunt ἡσυχασταί. Ab

Ἡσυχαστὴς, οῦ, ὁ, monachus, ſolitariam & tranquillam vitam agens. Ab ἡσυχάζω.

Ἡσυχῆ, idem quod ἥσυχα, *it.* aliquantum.

Ἡσυχία, ας, ἡ, quies, tranquillitas, ſilentium, otium. Ab ἥσυχος.

Ἡσύχιμος, ον, &

Ἡσύχιος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod

ἩΣΥΧΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, quietus, tranquillus, placidus.

Ἡσύχως, *Adv.* quiete, tranquille.

Ἠσφαλίσαντο,

Ἠσφαλίσαντο, 3. plur. aor. 1. ind. med. verbi ἀσφαλίζω.

Ἤσχαλον, 3. pl. a. 2. ind. act. v. ἀσχάλλω.

Ἠσχολήθησαν, 3. plur. aor. 1. ind. paſſ. verbi ἀσχολέω.

Ἠσχύνετο, 3. ſing. imper. ind. paſſ. v. αἰσχύνομαι.

Ἥσω, *mittam*, f. 1. ind. verbi ἵημι.

Ἤτασεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. v. ἐτάζω.

Ἦτ' pro ἤτε, artic. præpoſ.

Ἦτε, *eratis*, 2. pl. imperf. ind. v. εἰμί.

Ἤτει, 3. ſing. imperf. ind. act. v. αἰτέω.

Ἠτεκνώθησαν, 3. plur. aor. 1. ind. paſſ. verbi ἀτεκνόω.

Ἠτήκειν, pluſq. perf. ind. verbi αἰτέω.

Ἤτην, *erant*, dual. imperf. ind. verbi εἰμί.

Ἠτήσασθε, 2. pl. a. 1. ind. med. v. αἰτέω.

Ἠτήσατε, 2. pl. a. 1. ind. act.

Ἠτιᾶτο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. v. αἰτιάομαι.

Ἠτιμάθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀτιμάω.

Ἠτιμάσατε, 2. pl. a. 1. ind. act.

Ἠτίμησε, 3. ſing. a. ejuſd.

Ἡτοίμαζε, 3. ſing. imperfect. ind. act. verbi ἑτοιμάζω.

Ἡτοίμασε, 3. ſing. a. 1. ind. act.

Ἡτοίμασται, 3. ſing. perf. ind. paſſ.

Ἤτον, 2. dual. imperf. ind. v. εἰμί.

Ἦτορ, τὸ, animus, anima, cor, pectus.

Ἠτεῦντο, 3. pl. imperf. ind. paſſ. pro ἠτέοντο, ab αἰτέω.

Ἠτραῖος, αία, αῖον, ad imum ventrem pertinens. Ab ἦτρον.

Ἠτριαῖος, αία, αῖον, idem & ab eod.

Ἠτρίδιον, ου, τὸ, tomaculum; (2) ſumen, abdomen. Dim. ab eod.

ἨΤΡΙΟΝ, ου, τὸ, ſtamen; (2) textum.

ἮΤΡΟΝ, ου, τὸ, imus venter, pars ab umbilico uſque ad pubem.

Ἧττα, vide ἧσσα.

Ἡττάομαι, ῶμαι, vide ἡσσάομαι.

Ἡττᾶσθαι, præſ. inf. med. pro ἡττάεσθαι, ab ἡττάομαι.

Ἥττημα, ατος, τὸ, defectus; (2) clades; (2) res perperam facta. Ab ἡττάομαι.

Ἡττημένος, perf. part. paſſ. v. ἡττάομαι.

Ἡττητέα, *Adv. poſit.* cedendum eſt. Αὐτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἐσθ' ἡττητέα ἡμῖν, Ariſt. Lyſ. 453.

Ἧττον, ονος, τὸ, minus; (2) damnum. Ab ἥττων.

Ἥττων, vide ἥσσων.

Ἠτύχει, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ἠτύχεε, ab ἀτυχέω.

Ἤτω, 3. ſing. imper. *Poet.* pro ἔστω, ab εἰμί.

Ηὔγει, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ηὔγεε, ab αὐγέω, pao αὐχέω.

Ἠϋγένειος, ου, ὁ καὶ ἡ, multum barbatus, pulchre barbatus. Ex ἠΰ, pro εὖ, & γένειον.

Ηὔδα, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ηὔδαε, ab αὐδάω.

Ηὐδάξαντο, 3. pl. aor. 1. ind. med. *Dor.* pro ηὐδάσαντο, ab αὐδάζομαι.

Ηὐδηκώς, perf. part. act. verbi αὐδάω.

Ηὐδόκησα, a. 1. ind. act. *Att.* pro εὐδόκησα, ab εὐδοκέω, *volo.*

Ηὗδον, imperf. ind. act. verbi εὕδω.

Ηὔηνα, aor. 1. ind. act. *Att.* pro ηὔανα, ab αὐαίνω, *arefacio.*

Ηὐθύνθην, aor. 1. ind. paſſ. v. εὐθύνω.

Ηὐκαίρουν, imperf. ind. act. *Att.* & *contr.* pro εὐκαίρεον, ab εὐκαιρέω.

Ἠϋκόμοιο, per *Diæreſ.* & *Ion.* pro εὐκόμου.

Ἠΰκομος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulchre comatus, pulchras comas habens. Ex ἠΰ, pro εὖ, & κόμη.

Ηὔλει, 3. ſing. imperf. indic. act. pro ηὔλεε, ab αὐλέω.

Ηὐλήσαμεν, 1. pl. aor. 1. ind. act.

Ηὐλίσθην, a. 1. ind. paſſ. v. αὐλίζομαι.

Ηὐλόγει, 3. ſing. imperf. ind. act. pro ηὐλόγεε, ab εὐλογέω.

Ἠΰν, *bonum*, acc. ſing. *Poet.* pro ἐΰν, ab ἐΰς.

Ηὔξανε, 3. ſing. imperf. ind. act. v. αὐξάνω.

Ηὔξατο, 3. ſing. aor. 1. indic. med. verbi εὔχομαι.

Ἤϋξεν, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Dor.* & cum ν ἐφελκ. pro ἤϋσε, ab αὔω.

Ηὔξετο, 3. ſing. imperf. ind. med. v. αὔξομαι.

Ηὐξήθην, a. 1. ind. paſſ.

Ηὔξησα, *auxi*, aor. 1. ind. act.

Ηὐπορεῖτο, 3. ſing. imperf. indic. med. pro ηὐπορέετο, ab εὐπορέω.

Ηὑράμην, a. 1. ind. med. *Att.* & *per Syncop.* pro εὑρησάμην, ab εὑρίσκω.

Ηὑρῆσθαι, *inventum eſſe*, perf. inf. paſſ.

Ηὕρω, *inveniſti*, 2. ſing. aor. 1. ind. med.

Ἠΰς, ἐος, ὁ, bonus; (2) fortis; (3) magnus; (4) generoſus. Ab ἐΰς.

Ἤϋσα, a. 1. ind. act. *per Dialyſin*, pro ἦυσα, ab αὔω.

Ἠΰτε, *Adv.* ſicut, tamquam. Ab εὖτε.

Ἧφα, *nexui*, perf. ind. act. verbi ἅπτω, *necto.*

Ἡφαίστειος, εία, ειον, Vulcanius. Hinc τὸ ἡφαίστειον, ου, Vulcani templum, & τὰ ἡφαίστεια, ων, Vulcanalia, ſ. Vulcani feſtum. Ab Ἥφαιστος.

Ἡφαίστια, ων, τὰ, Vulcanalia. Ab eod.

Ἡφαίστοιο, gen. ſing. *Ion.* pro ἡφαίστου. Ab

ἭΦΑΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, Vulcanus, fabrorum metallicorum Deus, ignis præſes; (2) ignis, flamma; (3) lux.

Ἡφαιστόπονος, ου, ὁ καὶ ἡ, a Vulcano elaboratus. Ex ἥφαιστος, & πόνος.

Ἡφαιστότευκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.

Ἡφαιστοτευχὴς, ἐς, idem.

Ἤφασα, a. 1. ind. act. v. ἀφάω.

Ἠφειδήκεισαν, 3. plur. pluſq. ind. act. verbi ἀφειδέω.

Ἠφείθην, a. 1. ind. paſſ. *Att.* pro ἀφείθην, ab ἀφίημι.

Ἠφλιακὼς, perf. part. act. *Att.* pro ἀφλιακὼς, ab ἀφλιάζω.

Ἧφθα, 3. ſing. a. 1. ind. paſſ. *Dor.* pro ἥφθη, ab ἅπτω.

Ἧφθαι, *attigiſſe*, perf. inf. paſſ. v. ejuſd.

Ἠφίει, 3. ſing. imperf. ind. act. *Boeot.* pro ἠφίη, ab ἀφίημι.

Ἦφιεν, 3. ſ. a. 2. ind. act. cum ν ἐφελκ.

Ἠφυσάμην, a. 1. ind. med. v. ἀφύω.

Ἠφωρίσθαι, perf. inf. paſſ. v. ἀφορίζω, *termino.*

Ἠχαίνω, mendico, Suid. Quaſi ab ἀχήν.

Ἦχε, *duxit*, 3. ſ. perf. ind. act. verbi ἄγω.

Ἠχεῖ, 3. ſing. præſ. ind. act. pro ἠχέει, ab ἠχέω.

Ἠχεῖον, ου, τὸ, ſonale, ſonaculum, vas, ſeu machina, quo ſonus editur. Ab eod.

Ἠχέτης, ου, ὁ, ſonator, ſonorus, ἠχέτα τέττιξ, cicada ſtrepens, canora. Ab ἠχέω. Hinc

Ἠχετικὸς, ἡ, ὸν, ſonorus, canorus.

Ἠχέω, ῶ, fut. ήσω, ſono, reſono, tinnio. Ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυστυχῆ κωκυτὸν εἴσω, edit ploratum, Soph. Trach. 875. Ab ἦχος.

Ἠχὴ, ῆς, ἡ, ſonus. Ab eod.

Ἠχήεις, ήεσσα, ῆεν, reſonans, ſonorus.

Ἠχητὴς, οῦ, ὁ, ſonans, ſonorus. Ab ἠχεῖν.

Ἠχητικὸς, ἡ, ὸν, ſonorus.

Ἠχθέσθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἄχθομαι.

Ἤχθημαι, perf. ind. paſſ. v. ἐχθάνομαι.

Ἤχθην, a. 1. ind. paſſ. verbi ἄγω.

Ἤχθηρε, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Att.* pro ἤχθαρα, a verbo ἐχθαίρω.

Ἠχθόμην, a. 2. ind. med. v. ἐχθάνομαι.

Ἦχι, *Adv.* ubi.

Ἤχλυσε, 3. ſing. a. 1. ind. act. v. ἀχλύω.

Ἠχμαλώτευται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. verbi αἰχμαλωτεύω.

Ἦχον, imperf. ind. act. *Dor.* pro εἶχον, ab ἔχω.

Ἠχόπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, ſonipes, pedibus ſonitum edens, Euſt. Ex ἦχος, & πούς.

ἮΧΟΣ, ου, ὁ, ſonus, ſonitus; (2) clamor.

Ἠχρειώθην, a. 1. ind. paſſ. v. ἀχρειόω.

Ἠχὼ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Echo, ſonus reciprocus, vox repercuſſa. Ab ἦχος.

Ἠχώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſonorus, reſonabilis, ſonans. Ab eod.

Ἡψάμην, aor. 1. ind. med. v. ἅπτομαι.

Ἥψατο, *tetigit*, 3. ſing. a. ejuſd.

Ἥψησα, aor. 1. ind. act. v. ἕψω, pro ἑψέω.

Ἠῶ, acc. ſing. pro ἠόα, ab ἠώς.

Ἠῶθεν, *Adv.* mane, a diluculo. Ab ἠώς.

Ἠῶθι, *Adv.* ſub aurora, diluculo, mane.

Ἠώκοιτος, ου, ὁ, matutinus, Heſ. Ex ἠὼς, & κοίτη.

Ἠὼν, όνος, ἡ, littus, ripa. Ab ἠϊών.

Ἠωνίκει, 3. ſing. pluſq. perf. ind. act. verbi αἰωνίζω.

Ἠῷος, ῴα, ῷον, matutinus; (2) orientalis; (3) oriens, orientalis plaga. Ab ἠώς.

Ἠωρεῖτο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. *contr.* pro ἠωρέετο, ab αἰωρέω.

Ἤωρουν, imperf. ind. act. pro ἠώρεον.

ἨΩΣ, ἠόος, *contr.* ἠοῦς, ἡ, aurora, diluculum; (2) dies; (3) oriens.

Θ.

Θ, Octava litera Græcorum, quæ θῆτα appellatur, atque nomen habet ab Hebræorum Teth; (2) in numeris ſignificat *novem*, & cum lineola inferne addita (,θ) *novies mille*; (3) ſola extra numeros poſita olim θάνατον notabat, ſignumque erat condemnationis.

Θάασσεν, 3. ſing. imperf. indic. act. *Ion.* pro ἐθάασσε. A

Θαάσσω, ſedeo. Αἰπὸν ἕδος, ἔνθα θαάσσον, Il. 2, 194.

Θαγῇ, 2. ſ. f. 1. ind. med. verbi θάσσω.

Θαεῖτο, 3. ſing. imperf. ind. med. *Ion. Dor.* & *contr.* pro ἐθηεῖτο, a θηέομαι pro θεάομαι.

Θάεο, præſ. imperat. paſſ. *Ion.* pro θάου, a θάομαι pro θεάομαι.

Θάημα, ατος, τὸ, ſpectaculum, miraculum. A θέα.

Θαητὸς, ἡ, ὸν, ſpectabilis, mirandus. Ab eod.

ΘΑΙΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, cardo, axis.

Θακεύω, ſedeo. A θᾶκος.

Θακέω, ῶ, ſedeo. Ab eod. Hinc

Θάκημα, ατος, τὸ, ſeſſio, ſedendi actio, ſedes, item domicilium.

Θᾶκος, ου, ὁ, ſedes, ſedile.

Θάκος, εος, τὸ, idem.

Θαλάμαι, ῶν, αἱ, foramina ſeu cavitates narium, nares. A θαλάμη.

Θαλάμαξ, ακος, ὁ, remex infimi ordinis. A θάλαμος.

Θαλάμευμα, ατος, το, contubernium.

Θαλαμεύτρια, ας, ἡ, mulier, quæ curat ad thalamum & nuptias pertinentia, pronuba. A

Θαλαμεύομαι, intra thalami parietes me contineo, domi maneo, in thalamo verſor. A θάλαμος.

Θαλάμη, ης, ἡ, cubile ferarum, latibulum piſcium. Ἐν ταῖς πολυδένδρεσσιν Ὀλύμπου θαλάμαις, Euripid. Bacch. 561. A θάλαμος.

Θαλαμὴ, templum Dioſcurorum: item templum cujuſcunque Dei.

Θαλαμηγὸς, οῦ, ἡ, thalamegus, navigii genus, ad magnificentiam & delectationem factum, habens diætas, triclinia, &c. quo genere uſi quondam reges Ægyptii in Nilo. Ex θάλαμος, & ἄγω.

Θαλαμήϊος. Hinc, θαλαμήϊα δοῦρα, ligna thalamo ſtruendo apta. Pro θαλάμειος.

Θαλαμηπολέω, miniſtro, famulor in cubiculo.

Θαλαμηπόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, cubicularis, circa cubiculum verſans, idque cuſtodiens. Ex θάλαμος, & πολέω, *verſor.*

Θαλαμιὰ, ᾶς, ἡ, *Ion.* θαλαμιὴ, ῆς, navis foramen, per quod remus exſtat.

Θαλάμιος, ου, ὁ, ſcil. ἐρέτης, remex infimi ordinis, θαλαμία ὀπὴ ἡ θαλαμία. A θάλαμος.

Καταθήπω, admiror, obſtupeſco, p. med. κατατέθηπα· κατατεθήπεισαν, 3. pl. p.

Κατατίθημι, ex humeris, &c. depono; (2) depono apud aliquem; (3) perſolvo, numero; (4) repono, colloco, conſtituo; (5) *in med.* depono ex humeris & omitto, controverſiam, accuſationem; (2) conſtituo, ordino res; (3) comparo, conſequor; (4) ineo (gratiam) ſuſcipio (inimicitias); (5) tribuo (beneficium.) *In paſſ.* accipio; (6) tracto aliquem in utramque partem; (7) occultare, comprimere, de Dardanariis, qui frumentum nolunt vendere, ut carius fiat, *Ern.* Κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ, Marc. 15, 46. Θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ, Act. 24, 27.

Κατατιλάω, ῶ, fut. ήσω, ſtercore contamino; (2) ſtercus emitto adverſum.

Κατατίλλω, pervello, depilo; (2) compilo, convello.

Κατατιτραίνω, perforo.

Κατατιτράω, ῶ, fut. κατατιτρήσω, perforo, pertundo, perterebro, p. part. paſſ. κατατετρημένος, perforatus.

Κατατιτρώσκω, f. κατατιτρώσω, ſaucio, vulnero.

Κατατοκίζω, fut. ίσω, fœnore obruo & exhaurio.

Κατατολμάω, audeo adverſus aliquem, item audaci animo, cum periculo *etiam*, facio aliquid.

Κατατομὴ, ῆς, ἡ, conciſio; (2) inciſio, ſectio, inciſura. A κατατέμνω.

Κατάτονος, ου, ὁ καὶ ἡ, deorſum tendens; (2) minus altus. A κατατείνω, *deorſum tendo.*

Κατατοξεύω, f. εύσω, ſagitta peto; (2) ſagitta configo, trajicio, transfigo, confodio. Βολίσι κατατοξευθήσεται, Exod. 19, 13.

Κατατραυματίζω, f. ίσω, ſaucio, vulneribus conficio.

Κατατράω, ῶ, f. ήσω, perforo.

Κατατρέπω, fut. ψω, in fugam verto, fundo, fugo.

Κατατρέχω, incurro, incurſionem facio, incurſionibus vaſto; (2) inſector, invehor, reprehendo; (3) percurro, luſtro, conſidero, aor. 2. κατέδραμον, inf. καταδραμεῖν; part. καταδραμών. Κατατρέχοντες τὴν χώραν καὶ λείαν ἀπάγοντες, καὶ πορθήσαντες, Herod. Κατέδραμεν ἐπ᾽ αὐτοὺς, Act. 21, 32.

Κατάτρησις, εως, ἡ, perforatio. A κατατράω.

Κατατρίβω, f. ψω, contero, attero, infrico; (2) conſumo, vel tero tempus; κατατριβῆναι, a. 2. paſſ. ætatem conſumpſiſſe; p. paſſ. κατατέτριμμαι, ætatem conſumpſi. Κατατρίβεσθαι ἡδοναῖς, περὶ τὸν πόλεμον, Plut.

Κατατρίζω, f. ίσω, ſtrido, ſtridorem edo.

Κατατρίχιος, ου, ὁ καὶ ἡ, inſtar pili tenuis. A θρίξ.

Κατατρίψεις, 2. ſ. f. 1. ind. act. v. κατατρίβω. Unde

Κατάτριψις, εως, ἡ, attritus, contritio.

Κατάτροπος, ου, ὁ καὶ ἡ, deorſum verſus, deorſum vergens, declivis, Heſ. A κατατρέπω.

Κατατροχάζω, fut. άσω, decurro, incurro; (2) roto. Ex τρόχος, *curſus*, vel τροχὸς, *rota.*

Κατατρόχαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui curſu tranſiri poteſt. A præc.

Κατατρυπάω, ῶ, penetro, terebro.

Κατατρυφάω, ῶ, f. ήσω, oblector, delector; (2) luxu diffluo, delicate admodum vivo; (3) luxurior in aliqua re. Κατετρύφησαν περὶ τὴν θάλασσαν, Ariſtid.

Κατατρύχω, exhaurio; (2) adfligo, vexo. Δώροισι κατατρύχω, Il. 17, 225.

Κατατρύω, f. ύσω, emacero, conficio.

Κατατρώγω, comedendo, ſeu corrodendo conſumo, comedo.

Κατατυγχάνω, evenio, ſucceſſum habeo, conſequor, adſequor; κατατυχὼν, aor. 2. part. voti compos; ſucceſſu uſus; inf. κατατυχεῖν, aſſequi, ſortiri.

Κατατυραννέω, tyrannidem exerceo.

Καταυαίνω, arefacio. Ψυχρὸν νέκυν ἀκτὶς σειρίου καταυανεῖ, Lyc. 397.

Καταυγάζω, fut. άσω, illumino, illuſtro; (2) reſplendeo, luceo. Καταυγάζων φύσιν ἀνδρῶν, Nonn. Καταυγάζεσθαι ὑπὸ τῆς σοφίας.

Καταυγασμὸς, οῦ, ὁ, illuminatio, illuſtratio. A καταυγάζω.

Καταυγάστειρα, ἡ, illuminatrix.

Καταύδησις, εως, ἡ, vociferatio. Ab αὐδάω.

Καταῦθι, *Adv.* illic.

Καταυλακίζω, f. ίσω, ſulco.

Καταυλέω, ῶ, f. ήσω, tibia modulor. Et *in Paſſ.* καταυλέομαι, οῦμαι, tibiæ cantum audio;

dio; (2) tibiis perſono; (3) exſibilor & derideor. Hinc

Καταύλησις, εως, ἡ, tibiarum inflatus.

Καταυλίζομαι, f. ίσομαι, ſtationem habeo; (2) caſtra metor, conſideo. Νῦν μὲν καταυλισθῆτε, Eur. Rheſ. 517.

Καταυτίκα, *Adv.* ſtatim, illico.

Καταυτόθι, *Adv.* ibi, illic, iſtic.

Καταυχέομαι, οῦμαι, glorior contra.

Καταύω, torreo, exuro; (2) aboleo.

Καταφαγᾶς, nepos, comeſſator, vorax, comeſtor, devorator, helluo, ganeo, Ph. καταφαγάς, comeſtor. Ph. καταφαγάδες, gulatores, Ph. A

Καταφαγεῖν, aor. 2. præſ. non datur; peredere, edere, devorare; (2) conſumere, abſumere, per luxum abligurire; καταφάγομαι, devorabo. Καταφαγών σου τὸν βίον, Luc. 15, 30. Πῶς γὰρ ἂν νῦν δ' ὑφείης, ὃ κατέφαγε, Ariſt. Pac. 6.

Καταφαίνομαι, appareo, videor eſſe. Hinc

Καταφάνεια, ας, ἡ, claritas, perſpicuitas.

Καταφανῇ, 3. ſing. a. 2. conj. paſſ. a καταφαίνομαι.

Καταφανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, conſpicuus, apertus, qui apparet. Ab eod.

Καταφαντάζω, fut. άσω, apparere facio, & phantaſia adficio.

Καταφατὸς, ἡ, ὸν, adfirmativus, qui adfirmari poteſt, adfirmandus; (2) qui videri aut conſpici poteſt, conſpiciendus. A καταφαίνομαι.

Καταφανῶς, *Adv.* aperte, evidenter, manifeſte. A καταφανής.

Καταφαρμακεύω, f. εύσω, veneficio delinio & ſortilegio; (2) lenocinio adficio, fuco.

Καταφαρμάσσω, vel καταφαρμάττω, fut. ξω, veneno lædo, veneno noceo.

Κατάφασις, εως, ἡ, adfirmatio, enunciatio cum adſenſu. A κατάφημι.

Καταφάσκω, idem quod κατάφημι.

Καταφατίζω, dico contra aliquem; (2) ſancte polliceor, affirmo. Ex φάτις, *fama.*

Καταφατικὸς, ἡ, ὸν, adfirmativus, adfirmans. A κατάφημι.

Καταφατικῶς, *Adv.* adfirmative, adfirmando.

Καταφαυλίζω, f. ίσω, pro vili habeo, elevo, contemno.

Καταφέγγω, fulgore percello. Ὥσπερει καταβροντᾷ καὶ καταφέγγει τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας, Longin. 34.

Καταφέρεια, ας, ἡ, proclivitas. A

Καταφερὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, declivis, pronus, proclivis; (2) infirmus, imbellis; (3) ſalax, libidinoſus; (4) omninoque intemperans in quocunque genere. A

Καταφέρω, deorſum fero, defero, demitto; (2) dejicio, deturbo; (3) adigo, allido, incutio; καταφέρομαι, defero, appello; κατενεχθεὶς, a. 1. part. delatus, appulſus, in act. κατενεγκὼν, qui detulit, adegit. Ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον, Act. 16, 10. Καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, ibid. 20, 9. ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ibid.

Καταφεύγω, confugio, perfugio. Τόνδ' ἐκ ἔχομεν καταφυγεῖν, Eur. Cyc. 433. Κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις, Act. 14, 6. Hinc

Καταφευκτέος, έα, έον, confugiendus. Ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφευκτέον, *Lucian. Piſcat.* 1.

Κατάφευξις, εως, ἡ, perfugium, confugium.

Κατάφημι, aio, adfirmo, confirmo.

Καταφημίζω, f. ίσω, divulgo, famam ſpargo.

Κατάφημος, famoſus, Gl.-V. A φήμι.

Καταφθάνω, pervenio, advenio.

Καταφθατέομαι, idem, Æſch. Eum. 401.

Καταφθαρήσονται, 3. pl. f. 1. paſſ. A

Καταφθείρω, corrumpo, perdo. Ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, 2 Pet. 2, 12.

Καταφθιμένοισιν, dat. plur. perf. part. paſſ. *Ion.* pro καταφθιμένοις, a καταφθίω.

Καταφθινύθω, profligo, perdo, corrumpo; (2) contabeſco, diſpereo.

Καταφθίνω, conſumo tabe; (2) *paſſ.* tabeſco, marceſco, intereo. Οὐ δεῖ σε σοῦ τέκνα γῆρα παιδί μου καταφθίνειν, Eur. Alc. 618.

Καταφθίω, fut. ίσω, perdo, interficio. Ἐπεὶ κατέφθιτο πατὴρ ἐμὸς, Soph. Phil. 345.

Καταφθορὰ, ᾶς, ἡ, corruptio, deſtructio; (2) maceratio; (3) ſtupratio, (4) internecio, ſtrages, cædes; (5) mors æterna; (6) vita, improba, perdita. A καταφθείρω.

Καταφιλέω, ῶ, f. ήσω, deoſculor. Ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου κατεφίλουν αὐτόν, Act. 20, 37.

Καταφιλοσοφέω, ſentio in philoſophia contra aliquem, ſ. diſputo; (2) philoſophica diſputatione vinco; (3) ſilentio & modeſtia ſ. patientia vinco aliquem.

Καταφλέγω, f. ξω, comburo, inflammo; καταφλέγομαι, deflagro; καταφλεχθεὶς, a. 1. part. paſſ. combuſtus. Τάδε πάντα καταφλέξω πυρὶ κηλέῳ, Ill. 22, 512.

Καταφλεκτὸς, ὸν, combuſtus.

Καταφλέξαι, 3. ſ. a. 1. opt. act.

Καταφλεξίπολις, exuſtor, vaſtator urbis. A καταφλέξις, & πόλις.

Κατάφλεξις, εως, ἡ, combuſtio, exuſtio. A καταφλέγω.

Καταφλυαρέω, ῶ, f. ήσω, obgannio; (2) deblatero, nugas effutio.

Καταφοβέω, exterreo, conterreo. A

Κατάφοβος, ου, ὁ καὶ ἡ, formidoloſus; (2) exterritus, timens.

Καταφοινίσσω, rubore tingo.

Καταφοιτάω, ῶ, f. ήσω, venio, diſcedo.

Καταφοιτεῖν, præſ. inf. act. *Ion.* pro καταφοιτᾶν.

Καταφονεύω, fut. εύσω, cædem perpetro, occido. Ἔα δ' ὑπ' ἀστῶν καταφονευθῆναι πέτροις, Eur. Or. 608.

Καταφορὰ, ᾶς, ἡ, lapſus, delapſus; (2) ictus; (3) adliſio; (4) altus ſopor, gravis ſomnolentia; (5) invectiva. A καταφέρω.

Καταφορέω, deveho, defero. A κατάφορος.

Καταφορικὸς, ἡ, ὸν, vehemens, cum impetu incurrens, invectivus. Ab eod.

Καταφορικῶς, *Adv.* vehementer, aſpere.

Κατάφορος, ου, ὁ καὶ ἡ, proclivis, pronus, propenſus, qui defertur, delabitur. A καταφέρω.

Καταφορτίζω, magnopere onero. Hinc

Καταφορτικὸς, ἡ, ὸν, oneroſus; (2) vehemens.

Κατάφορτος, ον, onuſtus. A φόρτος.

Κατάφραγμα, ατος, τὸ, munimen. A καταφράσσω.

Καταφράζεσθε, 2, pl. pr. imper. act. v.

Καταφράζομαι, f. άσομαι, conſidero, perpendo, animadverto. Καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ τήνδε δίκην, Heſiod. Ἔργ. 246.

Κατάφρακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, circumquaque armis munitus, cataphractus. A

Καταφράσσω, vel καταφράττω, f. ξω, munio; lorica munio.

Καταφρονέω, contemno, ſperno, deſpicio. *Alicubi & pro* adfecto, meditor; (3) in fines alienos irruo hoſtiliter, ſc. quia hoſtes contemno, h. e. non timeo; contemtim, ut quem non timeo, tracto; ut *Lat.* contemno. Ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε; 1 Cor. 11, 22. Οὐ καταφρονῶ ἐγὼ τῶν θεῶν, θνητὸς γεγώς, Eur. Bacc. 199. Hinc

Καταφρόνημα, ατος, τὸ, contemptus, contemptio, deſpicientia; (2) hoſtilis irruptio in fines alienos.

Καταφρόνησις, εως, ἡ, contemptus, deſpectio.

Καταφρονητὴς, οῦ, ὁ, contemptor. Ab eod.

Καταφρονητικὸς, ἡ, ὸν, ad contemnendum propenſus, qui facile contemnit. Ab eod.

Καταφρονητικῶς, *Adv.* contemptim, per contemptum.

Καταφρονοῦντας, acc. pl. part. præſ. act. pro καταφρονέοντας, a καταφρονέω.

Καταφροντίζω, f. ίσω, jocoſe fictum ab Ariſtophane, οὐκ ἀπολώλεκ', ἀλλὰ καταπεφρόντικα, ſcil. θοἰμάτιον, non amiſi veſtem, verum ſtudiis impendi, Nub. 855.

Καταφρύαγμα, ατος, τὸ, faſtus, ſupercilium. A

Καταφρυάσσομαι, vel καταφρυάττομαι, proprie de equo ſæviente in frenum; (2) gloriam mihi adverſus aliquem adſumo, effero me contra aliquem.

Καταφρύγω, f. ξω, torreo, torrefacio, arefacio; (2) cremo. Καταφρύγει βάλλων ἡμᾶς, Ariſt. Nub. 395.

Καταφρύσσω, vel καταφρύττω, f. ξω, idem.

Καταφυγγάνω, confugio. A καταφεύγω.

Καταφυγὴ, ῆς, ἡ, refugium. Ab eod.

Καταφύγιον ου, τὸ, perfugium. Ab eod.

Καταφυλαδὸν, *Adv.* per tribus, tributim, per gentes. Ex κατὰ, & φῦλον, *tribus.*

Καταφυλάσσω, vel ττω, f. ξω, obſervo.

Καταφυλλοροέω, ῶ, f. ήσω, folia demitto, folia abjicio. Ex κατὰ, & φύλλον, *folium.*

Καταφύξιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ad quem perfugium eſt. A καταφεύγω.

Καταφυσάω, ῶ, flatu effundo, inflando perfundo. Καταφυσᾶσιν οἴνῳ γλυκεῖ, Ariſtot.

Καταφύτευσις, εως, ἡ, plantatio. A ſeq.

Καταφυτεύω, f. εύσω, planto, conſero.

Κατάφυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, conſitus, arboribus conſitus. A φυτὸν, *planta.*

Καταφωνεῖν, reſonare facere, *de cicadis.* Hinc

Καταφώνησις, εως, ἡ, cum quid ſono expletur.

Καταφωράω, ῶ, f. άσω, in furto, aut alio facinore deprehendo; (2) deprehendo & comperio; (3) ſcrutor, exquiro. Τὰς ἐπιβουλεύοντας μὴ καταφωρᾶν, Thuc. A

Κατάφωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, deprehenſus, in facinore manifeſtus, reus. A φὼρ, *fur.*

Καταφωτίζω, fut. ίσω, illumino, illuſtro; (2) baptizo, ap. Eccl. Script.

Καταχαίνω, dehiſco; (2) derideo.

Καταχαίρω, gaudeo infortunio alicujus, aliorum malis lætor, inſulto. Καταχαίρειν ἐπί τινος, Heorodot.

Καταχαλαζάω, ῶ, grandine obruo, lapides, fuſtes congero.

Καταχαλάω, ῶ, demitto per funem.

Καταχαλκεύω, refingo ferreum aut æneum inſtrumentum, ap. Plat. ſi lectio vera, *Ern.*

Κατάχαλκος, ου, ὁ καὶ ἡ, æratus. A χαλκὸς. Hinc

Καταχαλκόω, ῶ, f. ώσω, ære obduco.

Καταχαρίζομαι, f. ίσομαι, indulgeo, condono; (2) in gratiam alicujus fero; (3) populariter & ambitioſe loquor; dicitur autem plerumque in partem deteriorem, ut præter jus alicui condonare. Οὐ προδιδοὺς ὑμᾶς, οὐδὲ τὸν ἀγῶνα καταχαριζόμενος, Æſchin.

Καταχαριστικὸς, ῦ, ὁ, largitor. A præc.

Καταχαρμα, ατος, τὸ, ludibrium.

Κατάχασμα, ατος, τὸ, hiatus, profunditas. A καταχαίνω. Hinc

Καταχασμάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, dehiſco (2) derideo. Hinc

Καταχάσμησις, εως, ἡ, deriſio.

Καταχέζω, f. έσω, concaco.

Καταχειρος, ον, habilis manui, ut χειρμάδιος, *Ern.*

Καταχειροτονέω, ῶ, adverſus aliquem ſuffragium fero, ſuffragio condemno. Hinc

Καταχειροτονία, ας, ἡ, condemnatio per ſuffragia, condemnatio a plebe facta.

Καταχεύω, profundo, idem quod

Καταχέω, defundo, effundo; (2) offundo, perfundo. a. 1. κατέχευα. Ἀλλ' ἱππερόν μου κατέχει τῶν χρημάτων, Ariſt. Nub. 74. Ἐγὼ δὲ καταχέασα τῆς στροφίγγος ὕδωρ, ſupra cardinem, id, Θεσμ. 494.

Καταχήνη, ης, ἡ, deriſio, contemptus. A καταχαίνω.

Καταχὲς, έος, τὸ, ſonorum, ſtreperum, *Dor.* pro κατηχές. A κατηχής.

Καταχεύετο, 3. ſing. imperf. ind. med. *Ion.* pro κατεχεύετο, a καταχεύομαι.

Καταχήνῃ, 3. ſ. aor. 1. conj. act. *Att.* pro καταχάνῃ, a καταχαίνω.

Καταχηρεύω, vidua ſum, in viduitate ago.

Καταχθέω, moleſtia afficio.

Κατάχθομαι, rei alicujus moleſtia adficior.

Καταχθόνιος, ὁ καὶ ἡ, ſubterraneus, infernus, infernalis; καταχθόνιοι, inferi. A χθών.

Καταχλαινέω, veſtio, proprie læna, veſte pinguiori. A χλαῖνα.

Καταχλευάζω, f. άσω, ludificor, ludo, irrideo, ſubſanno, cavillor.

Καταχλιδάω, delicias facio, inſolens ſum.

Κατάχλοος, ον, valde viridis. A χλοή.

Καταχορδεύειν, inteſtina & ventrem ſ. etiam carnem concidere, ſecare, reſcindere, Herodot. A χορδή.

Καταχορδέω, idem, ab eod.

Καταχόρευσις, εως, ἡ, ſpecies cantus, quo in ludis Pythiis Apollo ob jam devictum Pythonem ovans repræſentabatur.

Καταχορηγέω, ῶ, f. ήσω, conſumo in choragia, abſumo in apparatu ludorum choricorum; (2) ſuppedito, largior, erogo; (3) effundo, large contribuo.

Καταχόω, inuſit. ſed. fut. 1. καταχώσω, & tempora inde formanda ſuppeditat verbum καταχωννύω, humo congeſta tego, humo vel arena obruo.

Καταχράομαι, ῶμαι, fut. χρήσομαι, abutor, immodice utor, abſumo, profundo; (2) utor *in bonam partem*; (3) male accipio, verberibus, morte adficio, interficio; (4) utendum accipio. Εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου, 1 Cor. 9, 18.

Καταχρέμπτομαι, exſcreo in; (2) deſpuo, conſpuo.

Κατάχρεος, ου, ὁ καὶ ἡ, *Att.* κατάχρεως, ære alieno oppreſſus, obæratus; (2) obnoxius. Hinc τὰ κατάχρεα, ων, bona oppignerata & obærata.

Καταχρῆσθαι, præſ. inf. med. *contr.* pro καταχράεσθαι, a καταχράομαι. Hinc

Κατάχρησις, εως, ἡ, abuſio, abuſus, uſurpatio, *etiam in bonam partem*; (2) catachreſis, figura rhetorica.

Καταχρηστικὸς, ἡ, ὸν, abuſivus. Ab eod.

Καταχρηστικῶς, *Adverb.* abuſive.

Κατάχρισις, εως, ἡ, inunctio. A καταχρίω.

Κατάχρισμα, ατος, τὸ, unguentum.

Κατάχριστος, ὁ καὶ ἡ, inunctus, perlitus. A

Καταχρίω, f. ίσω, inungo, illino, oblino.

Καταχρόω, inuſit. ſed ſuppeditat. f. καταχρώσω, verbum καταχρωννύω, colore imbuo; (2) tingo.

Κατάχρυσος, ου, ὁ καὶ ἡ, auro obductus, inauratus. Hinc

Καταχρυσόω, ῶ, inauro, auro obduco.

Καταχρώζω, f. ώσω, coloro, colore imbuo.

Καταχρώννυμι, vel καταχρωννύω, idem.

Κατάχυμα ατος, τὸ, profuſio, infuſio, adſperſio. A καταχύω.

Κατάχυσις, εως, ἡ, idem; (2) vas, quo aqua manibus infunditur, vel menſæ infertur. Ab eodem.

Κατάχυσμα, ατος, τὸ, adſpergo, inis; quod effunditur, ſeu defunditur in aliquid. Hinc τὰ καταχύσματα, ων, bellaria, nuces & ficus, quæ in capita recens emptorum ſervorum ad ferum ſedentium, vel etiam ſponſorum effundi ſolebant. Ab eodem. Hinc

Καταχυσμάτιον, ου, τὸ, juſculum & condimentum, quo perfunditur caro aſſa, Dim.

Κατάχυτλον, ου, τὸ, perfundibulum, vas, quo lavantes ſe perfundunt balneatores. A καταχύω.

Καταχυτρίζω, f. ίσω, in olla vel vaſe fictili condo, repono, expono; (2) occido.

Καταχύω, f. ύσω, defundo, effundo, inuſ.

Καταχωλεύω, f. εύσω, claudico.

Καταχωνεύω, f. εύσω, conflo.

Καταχώννυμι, vel καταχωννύω, f. καταχώσω, ab inuſ. καταχόω, aggerem duco; (2) terra obruo, aor. 1. part. paſſ. καταχωσθεὶς, obrutus. Κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις, Ariſt. Ach. 299.

Καταχωρίζω, f. ίσω, ſemoveo; (2) in aliquo loco colloco, in loco aliquo ſtatuo; (3) in literas refero, in tabulario repono.

Καταχωρισμὸς, οῦ, ὁ, collocatio, relatio in literas, in tabularium, &c.

Καταψαίρω, commoveor.

Καταψάλλω, fidibus cano, fidibus oblecto.

Καταψάω, fut. ήσω, tergendo ſiccandove demulceo, defrico, demulceo. Καταψήσας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, Xen.

Καταψακάζω, f. άσω, irroro, rore adſpergo; (2) adſpergo.

Καταψεύδομαι, f. ψεύσομαι, mentior, mendaciter confingo; (2) mendaciter traduco. Καταψεύδεσθαι τινος προδοσίαν, Phal.

Καταψευδομαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, falſum teſtimonium dico in, falſo teſtimonio oppugno & opprimo. Καταψευδομαρτυρεῖν τινός, Xen.

Κατάψευσις, εως, ἡ, figmentum, mendacium, obtrectatio. A καταψεύδομαι.

Καταψευσμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Καταψηφίζομαι, f. ίσομαι, damno; (2) cenſeo, decerno, pronuncio; (3) ſententiam fero adverſam, antiquo. Καταψηφίζεσθαι τινος θάνατον, Xen.

Καταψηφισμὸς, οῦ, ὁ, condemnatio. A præc.

Καταψήφισις, ἡ, idem.

Καταψήχω, fut. ψω, mulceo, permulceo, demulceo, frico, derado, deſtringo, detergo; (2) æquo, complano; (3) confero, contundo. Καταψήχειν ἵππους, Eur. Hipp. 115.

Καταψιλόω, ῶ, f. ώσω, denudo, depilo, compilo; (2) complano.

Καταψοφέω, perſono locum.

Καταψυκτικὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, refrigeratus, qui refrigerari poteſt.

Καταψύξῃ, 3. ſ. a. 1. conj. act. v. καταψύχω.

Κατάψυξις, εως, ἡ, refrigeratio, frigiditas.

Κατάψυχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, perfrigidus, pergelidus. A

Καταψύχω, f. ξω, refrigero; (2) inareſacio, exſicco; (2) ſedo, refocillo. Καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου, Luc. 16, 24.

Κατάωρος, ον, immaturus ætate.

Κατεαγῆναι, perf. inf. med. *Ion.* pro κατηγῆναι, a κατάγω.

Κατέαξα, *confregi*, aor. 1. ind. act.

Κατέαται, *ſedent*, 3. pl. præſ. ind. med. *Ion.* pro κάθηνται, a κάθημαι.

Κατέβα, *Dor.* pro

Κατέβη, 3. ſ. a. 2. ind. act. v. καταβαίνω.

Κατέβην, *deſcendi*, 1. ſing. a. ejuſd.

Κατεβάλλευ, *Dor.* pro κατεβάλλου, a καταβάλλω.

Κατεβιήσατο, 3. ſ. aor. 1. ind. med. v καταβιάζω.

Καταβλήθην, a. 1. ind. paſſ. v. καταβάλλω.

Κατεγγυάω, ῶ, f. ήσω, vadimonio, ſponſione, vel ſatiſdatione obſtringo; (2) deſpondeo, vel deſponſatam trado; κατεγγυημένη, deſponſata, ſponſa. Ἥν σοι κατηγγύησ' ἑταιρίαν, Eur. Or. 1068.

Κατεγγύη, ης, ἡ, deſponſio, Ph.

Κατεγγυητικά, ſponſalia, Gl. V. A κατεγγυᾶν.

Κατεγέλων, imperf. ind. act. pro κατεγέλαον, a καταγελάω.

Κατεγκαλέω, ῶ, in judicium voco, actione convenio; (2) accuſo. Hinc

Κατέγκλημα, ατος, τὸ, criminis intentio, criminatio; (2) crimen ipſum; (3) accuſatio.

Κατέγκειμαι, irruo, incumbo in.

Κατεγκονέω, ῶ, f. ήσω, feſtino.

Κατέγνωσαν, 3. plur. aor. 2. ind. act. verbi καταγινώσκω.

Κατεγχαίνω, f. ανῶ, inhio; (2) hiante ore illudo, irrideo.

Κατεγχέω, infundo in.

Κατεγχλιδάω, ῶ, f. ήσω, delicias facio; (2) delicato faſtidio rejicio.

Κατεδάην, a. 2. ind. paſſ. v. καταδαίω.

Κατεδαίσατο, *diviſit*, 3. ſing. a. 1. ind. med.

Κατέδαρθον, a. 2. ind. act. v. καταδαρθέω.

Κατεδαφίζω, ſolo æquo; (2) ſolo allido.

Κατέδειξα, a. 1. ind. act. v. καταδείκνυμι.

Κατέδευσας, 2. ſ. a. 1. ind. act. v. καταδεύω.

Κατεδήδοκε, 3. ſing. perf. ind. act. *Att.* pro κατέδηκε, a κατεδίω.

Κατέδησε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. καταδέω.

Κατεδιώκετο, 3. ſing. imperf. ind. med. verbi καταδιώκω.

Κατεδίωξα, a. 1. ind. act.

Κατεδόκεον, imperf. ind. act. v. καταδοκέω.

Κατεδουλοῦτο, 3. ſ. imperf. ind. paſſ. *Ion.* & *contr.* pro κατεδουλέετο, a καταδουλόω.

Κατέδραθες, 2. ſ. a. 2. ind. act. *per Metath.* pro κατέδαρθες, a καταδαρθάνω.

Κατέδραμον, a. 2. ind. act. v. κατατρέχω,

Κατέδυ, 3. ſ. a. 2. ind. act. v. κατάδυμι.

Κατέδω, comedo, conſumo, p. κατεδήδοκας, qui devoravit, a. 1. paſſ. κατηδέσθην, p. paſſ. κατεδηδεσμένος, comeſtus. Τὴν πείβατον ἐμὲ πόλιν, Ἴλιον ἱρὴν —— Αἴανος τέφρη κατεδήδοκεν, Epigr. τρυφαλίδα Σικελὴν, Ariſt Veſp, 834, Αὐτῶν τὰς οἰνάνθας οἱ Πάρνοπες οὐ κατέδονται, Ariſt. Av. 595.

Κατεηγὼς, perf. part. med. *Ion.* pro κατεαγὼς, a κατάγνυμι.

Κατεθάῤῥησε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. καταθαῤῥέω.

Κατέθετο, 3. ſ. a. 2. ind. med. verbi κατατίθημι.

Κατεθίζω, conſuefacio.

Κατεθοινήσατο, 3. ſ. a. 1. ind. med, v. καταθοινάω.

Κάτει, 2. ſ. præſ. ind. act. v. κάτειμι,

Κατείβω, effundo, perfundo; κατείβομαι, defluo, fluo. Θαλερὸν δὲ κατείβετο δάκρυ παρειῶν, per genas, Il. 24, 794.

Κατεῖδε, 3. ſ. a. 2. ind. act. v. κατείδω.

Κατείδω, inuſit. ſed hinc κατεῖδον, conſpexi; κατειδὼς, conſpicatus. Πολὺ Λεωνίδεω κατιδὼν δέμας αὐτὸ δαΐκτον Ξέρξης. Epigr. Ὤρθη δὲ μᾶλλον ἢ κατεῖδε μαινάδας, Eur. Hec. 1075.

Κατείδωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, idolis refertus, idolis deditus. Ab εἴδωλον.

Κατεῖν, 3. ſ. perf. ind. med. cum ν ἐφελκ. a κάτειμι,

Κατεικάζω, f. άσω, conjicio.

Κατεικὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, cedens, obſequens, moriger. Ab εἴκω.

Κατειλέω, implico, involvo; (2) colligo in arctum, in orbem conglobo; (3) involvo. Κατειληθέντες ἐς Μέμφιν, Herodot.

Κατείλησις, εως, ἡ, involutio. Κατείλησις εἰρίων, *Aret.* A præced.

Κατειλημμένος, perf. part. paſſ. *Att.* pro καταλελημμένος, a καταλαμβάνω.

Κατειλίσσω, obvolvo; κατειλίσατο, pl. p. paſſ. 3. pl. obvoluti erant.

Κατειλίχατο, 3. pl. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro κατειλιγμένοι ἦσαν, a καθειλίσσω.

Κατείλλω, coarctum & quaſi concluſum teneo, in anguſtum cogo.

Κατειλυσπάομαι, ῶμαι, corpus inſtar ſerpentis traho. Ab εἰλέω, & σπάομαι.

Κατειλύω, f. ύσω, intego, occulto.

Κααειλατίζω, fut. ίσω, in ſervitutem redigo, mancipio. Ab εἵλως, *ſervus Laconum*.

Κάτειμι, deſcendo; (2) redeo, revertor.

Κατεῖναι, a. 2. inf. act. *Ion.* pro καθεῖναι, a καθίημι.

Κατεῖπαι, a. 1. inf. act. verbi κατείπω.

Κατειργάσατο, 3. ſ. a. 1. ind. med. v. κατεργάζομαι.

Κατειργνύναι, præſ. inf. act. v. κατείργνυμι.

Κατείργω, fut. ξω, arceo; (2) ſubigo, compello. Ναυσὶν ἐκ θαλάσσης κατείργειν, Pauſ. ςρατιᾷ, id. Κατείργεσθαι ἀπὸ τοῦ δυνατωτέρου, Thuc.

Κατείρεικον, 3. plur. imperf. ind. act. v. κατερείκω.

Κατειρωνεύομαι, f. εύσομαι, per diſſimulationem deludo; (2) cavillor.

Κάτεισιν, 3. ſ. præſ. ind. act. cum ν ἐφελκ. pro κάτεισι, a κάτειμι.

Κατεκάην, a. 2. ind. paſſ. v. κατακαίω.

Κατέκανε, 3. ſ. a. 2. ind. act. v. κατακαίνω.

Κατεκείμην, imperf. ind. med. verbi κατάκειμαι.

Κατέκηε, 3. ſ. aor. 1. ind. act. v. κατακαίω.

Κατέκηλε, 3. ſ. a. 2. ind. act. verbi κατακηλέω.

Κατεκλάξατο, 3. ſ. a. 1. ind. med. *Dor.* pro κατεκλείσατο, a κατακλείω.

Κατεκλασθῇς, 2. ſing. a. 1. conj. paſſ. *Dor.* pro κατακλησθῇς, a κατακλείω.

Κατεκλύω, frango alicujus vires, impetum, &c.

Κατεκόπησαν, 3. plur. a. 2. ind. paſſ. verbi κατακόπτω.

Κατεκρίθην, a. 1. ind. paſſ. v. κατακρίνω.

Κατέκρινα, *condemnavi*, a. 1. ind. act.

Κατέκτα, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Dor.* pro κατέκτη, v. κατάκτημι.

Κατέκταθεν, 3 pl. aor. 1. ind. paſſ. *Bœot.* κατεκτάθησαν, a κατακτείνω.

Κατέκτανον, *occidi*, aor. 2. ind. act.

Κατεκφεύγω, effugio.

Κατέλαβον, aor. 2. indic. act. verbi καταλαμβάνω.

Κατελαύνω, depello. Ex κατ', & ἐλαύνω, *agito*.

Κατελεγχέτω, 3. ſing. præſ. imper. act. v. κατελέγχω.

Κατελέγχω, fut. ξω, redarguo, convinco. Οὐ κατελέγχει Περσία σὸν κλισίην, Epigr.

Κατελεέω, έῶ, miſereor, commiſereor. Κατελεήκατε με, Luc.

Κατελεῖν, a. 2. inf. act. *Ion.* pro καθελεῖν, a καθαιρέω pro καθέλω.

Κατελείφθην, a. 1. ind. paſſ. v. καταλείπω.

Κατελέλειπτο, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ.

Κατέλεκτο, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro κατελέλεκτο, a καταλέγω.

Κατελεξάμην, a. 1. ind. med.

Κατέλεξε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. καταλέγω.

Κατέλευσις, ἡ, deſcenſus, adventus. A κατέρχομαι.

Κατελήφθην, aor. 1. ind. paſſ. verbi καταλαμβάνω.

Κατελθέμεν, a. 2. inf. act. *Ion.* pro κατελθεῖν, a κατέρχομαι.

Κατέλθωμεν, *deſcenderimus*, a. 2. conj. act.

Κατελθὼν, *qui deſcendit*, a. 2. part. act.

Κατέλιπε, 3. ſing. aor. 2. ind. act. verbi καταλείπω.

Κατελίασομαι, *Ion.* pro καθελίασομαι, convolvor.

Κατελόμενος, a. 2. part. med. *Ion.* pro καθελόμενος, a καθαιρέω.

Κατελοῦσι, dat. plur. a. 2. part. act. *Ion.* pro καθελοῦσι.

Κατελπίζω, f. ίσω, ſpero, ſpem concipio.

Κατελπισμὸς, οῦ, ὁ, ſpes. A κατελπίζω.

Κατέλυεν, 3. ſing. imperf. ind. act. verbi καταλύω.

Κατεμάνθανον, 3. plur. imperf. ind. act. verbi καταμανθάνω.

Κατέμαρπτε, 3. ſing. imperf. ind. act. verbi καταμάρπτω.

Κατεμβλέπω, f. ψω, intueor, adſpicio.

Κατεμέω, ῶ, f. έσω, vomitu conſpergo.

Κατεμήσατο, 3. ſing. a. 1. ind. med. verbi καταμήδομαι.

Κατεμματίω, demitto, immitto, Nicand.

Κατεμπάζω, corripio, urgeo; apud Nicand.

Κατεμπρήθω, f. πρήσω, incendo, inflammo; (2) efflo, exſufflo.

Κατεναίρω, interficio, corrumpo, a. 1. m. κατενήρατο, interfecit.

Κατέναντι, *Adv.* ex adverſo, a regione; (2) adverſus, obviam.

Κατεναντία, *Adv.* idem.

Κατεναντίον, *Adv.* idem.

Κατεναρίζω, interficio, occido, jugulo, p. paſſ. κατηναρισμένος, jugulatus.

Κατένασσε, 3. ſing, aor. 1. ind. act. *Poët.* pro κατένασε, a καταναίω.

Κατενδεὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, indigus.

Κατένεγξις, ἡ, lapſus ex alto. Ab *inuſ.* ἐνέγκω.

Κατένεικε, *detulit*, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Ion.* & *Poët.* pro κατήνεγκα, a καταφέρω.

Κατένευσε, 3. ſing. aor. 1. ind. act. verbi κατανεύω.

Κατενεχθεὶς, a. 1. part. paſſ. v. καταφέρω.

Κατενεχθῆναι, *appulſum eſſe*, a. 1. inf. paſſ.

Κατενεχυράζω, f. άσω, pigneror.

Κατενήνοθεν, *conſtraverat*, 3. ſing. perf. ind. med. *Att.* & *per Metatheſin*, pro κάτηνοθα, a κατενθέω, pro quo dicitur κατενέθω.

Κατενήρατο, 3. ſing. a. 1. ind. med. verbi καταναίρω.

Κατενθεῖν, a. 2. inf. act. *Dor.* pro κατελθεῖν, a κατέρχομαι.

Κατεντείνω, diſtraho, κατεντείνομαι, enixe contendo, flagito.

Κατεντεύκτης, ου, ὁ, qui aliquem conveniens accuſat, vel alium, vel ipſum. A

Κατεντυγχάνω, convenio, compello aliquem contra alium.

Κατεντρυφάω, ῶ, inſulto. Philox. κατεντρυφᾶν, inſoleſcere.

Κατενύγησαν, 3. pl. a. 2. ind. paſſ. verbi κατανύσσω.

Κατενῶπα, vel κατένωπα, *Adv.* in conſpectu, coram. Ex κατα, & ἐνώπιον.

Κατενώπιον, *Adv.* idem & ex iiſd.

Κατεξανάστασις, ἡ, oppugnatio.

Κατεξαναστατικὸς, ἡ, ὸν, oppugnans, adverſans. A

Κατεξανίσταμαι, contra aliquem inſurgo; (2) contra futurum me præparo.

Κατεξετάζω, recognoſco.

Κατεξουσιάζω, f. άσω, poteſtatem exerceo in aliquem. Οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, Matt. 20, 25. Hinc

Κατεξουσιαστικὸς, ἡ, ὸν, imperans.

Κατεξούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui eſt ſuæ poteſtatis, qui eſt ſui juris & arbitrii. Ab ἐξουσία.

Κατεπαγγελία, ας, ἡ, promiſſio.

Κατεπαγγέλλομαι, polliceor, promitto.

Κατεπάγω, induco, infero; (2) invito. Εἶτα δ' ἀυτο κατεπάγειν πυκνὸν, Ariſt. Eq. 25.

Κατεπᾴδω, incanto; (2) mulceo, ut incantatores ſolent; (3) cantu oppugno, cantu expello; blandis verbis cum aliquo loquor.

Κατεπαίρομαι, effero me adverſum aliquem.

Κατεπακολούθημα, τὸ, acceſſio, conſecutio, additamentum.

Κατεπάλληλος, ον, alternus.

Κατεπατήθη, 3. ſing. aor. 1. ind. paſſ. verbi καταπατέω.

Κατεπάτησεν, 3. ſing. a. 1. ind. act.

Κατέπαυσε, 3. ſing. a. 1. ind. act. verbi καταπαύω.

Κατεπείγω, urgeo. compello; κατεπείγομαι, feſtino, propero, maturo, accelero; (2) ſtudioſus ſum, f. 1. κατεπειχθήσεται, urgebitur.

Κατεπεισόδιον, τὸ, idem quod επεις.

Κατέπεσεν, a. 2. ind. act. v. καταπίπτω.

Κατεπέστησαν, 3. pl. aor. 2. ind. act. verbi κατεφίστημι.

Κατέπεφνεν, 3. ſing. a. 2. ind. act. *per Syncop.* pro κατεπέφονεν. Al. a φω fit φενω per *redupl.* πεφενω & *per Sync.* πεφνω, inde a. 2. επεφνον.

Κατεπήδησε, 3. plur. aor. 1. ind. act. verbi καταπηδάω.

Κατέπηξεν, 3. ſing. aor. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ. a καταπήγνυμι.

Κατεπιάνθην, aor. 1. ind. paſſ. verbi καταπιαίνω.

Κατεπιδείκνυμαι, jacto, glorior.

Κατεπίθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, concupiſcens. Gl. V. κατεπίθυμος, deſiderabilis. Ex κατὰ & ἐπιθυμία, *cupiditas*.

Κατεπιορκέω, ῶ, perjurio cauſſam ſubverto, vel judicio vinco.

Κατεπιτηδεύω, cum affectatione aliquid ago, nimis diligenter ſtudioſeque.

Κατεπιφεύγω, confugio.

Κατεπιχειρέω, impetum facio in aliquem, manum injicio.

Κατέπλευσα, a. 1. ind. act. v. καταπλέω.

Κατεπόθην, a. 1. ind. paſſ. v. καταπίνω.

Κατεπράϋνα, a. 1. ind. act. v. καταπραΰνω.

Κατέπω, contra aliquem loquor. Μὴ πρὸς τῶν θεῶν, ἡμῶν κατείπῃς ἀντιβολῶ σε; δέσποτα, Ariſtoph. Pace, 377. Ἄγε δὴ κάτειπῃ μοι σὺ σὸν σαυτοῦ τρόπον, id. Nub. 478.

Κατεράξαι, defundere; quaſi ab ἔρα, *terra*, unde ἔραζε, *humi*.

Κατεργάζομαι, efficio, perficio, perago; (2) conficio, concoquo; (3) conſumo; (4) profligo; (5) interficio; (6) operor; κατειργασμένος, p. paſſ. cultus. Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται, Rom. 4, 15. τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν, 2 Cor. 12, 12. Μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει, *diſpatch'd*, Eur. Iph. in Tau. 1176. Hinc

Κατεργασία, ας, ἡ, confectio; (2) opificium; (3) concoctio.

Κατεργασμένος, perf. part. paſſ. *Ion.* pro κατειργασμένος. A præc.

Κατεργαστέον, expugnandum, enitendum eſt.

Κατεργαστικὸς, ἡ, ὸν, vim habens conficiendi.

Κατέργαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, excultus, ornatus, operoſus.

Κατεργος, ου, ὁ καὶ ἡ, labore excultus, cultus. Ex ἔργον.

Κατερεθίζω, f. ίσω, irrito, incito.

Κατερείδω, f. είσω, ſuperimpono.

Κατέρεικτος, ὁ καὶ ἡ, confractus. A

Κατερείκω, f. ξω, frango, confringo, contundo.

Κατερείπω, f. ψω, dejicio, diruo; κατερηρειμμένος, p. paſſ. dirutus. Ἔστην ἐν ὀσομιγγι, κατερείφθην ἢ σὺν αὐλῷ Θήβη, Epigr.

Κατέρεξεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ. a καταρέζω.

Κατερεύγω, eructo in, ructu effundo aut efflo in; κατήρυγεν, aor. 2. ructavit in faciem. Ὡς θερμὸν ἢ μιαρά τί μου κατήρυγεν, Ariſt. Veſp. 1145.

Κατερεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tectus, coopertus. A

Κατερέφω, f. ψω, tego, tectum impono. Ὡς εὖ κατηρέψασθε καὶ νουβυστικαῖς κεράμῳ τὸ νῶτον, Ariſt. Veſp. 1284. opertæ eſtis.

Κατερέω, ῶ, dico ſeu loquor contra, indico, oblequor, ediſſero. Κατερῶ πρός γ' ὑμᾶς ἐλευθέρως τἀληθῆ, Ariſt. Nub. 518. Ἀποθανεῖ, εἰ μὴ κατερεῖς μοι τοὔνομ' ὅ, τι πότ' ἐστὶ σοι, id. Pace, 188.

Κατερήτυον, 3. pl. imperf. ind. act. v.

Κατερητύω, detineo, retineo. Κατερητύσαν δ' ὁδὸν ἣν στέλλῃ, Soph. Phil. 1407.

Κατεριθεύομαι, contendo, litigo.

Κατερειπόω, idem quod κατερείπω. Hinc

Κατερείπωσις, ἡ, deſtructio, vaſtatio.

Κατερυθραίνω, rubefacio.

Κατερυθριάω, rubore ſuffundor.

Κατερυκάνω, detineo, remoror, ut hinc fit Homericum μὴ κατερύκακε, ne detine, ſed ibi legitur & κατερύκανε, Il. 24, 218.

Κατερυκάω, detineo, remoror.

Κατέρυκε, 3. plur. imperf. ind. act. *Ion.* pro κατήρυκε. A

Κατερύκω, f. ξω, detineo, inhibeo, remoror. Σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων ἀποκλείεις καὶ κατερύκεις, Ariſt. Veſp. 599.

Κατερύω, f. ύσω, detraho, deduco. Τήν γε κατείρυσεν εἰς ἅλα δῖαν, Odyſſ. 5, 251.

Κατέρχομαι, f. ελεύσομαι, deſcendo; ſc. in loca depreſſiora; (2) *de oratore, ſcriptore,* venire ad locum aliquem explicandum oratione; (3) redeo ex exſilio, poſtliminio redeo; (4) invehor, irrumpo. Ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ, Eur. Iph. in Tau. 39. ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, Act. 21, 10. πρὸς τοὺς ἁγίους, ib. 9, 32.

Κατέσβην, 3. ſ. a. 2. ind. act. v. κατασβέννυμι.

Κατέσειε, 3. ſing. imperf. ind. act. verbi κατασείω.

Κατεσθίω, edo, peredo, voro, devoro. Ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας, Luc. τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, Matt. 23, 14.

Κατεσκαμμένα, perf. part. paſſ. verbi κατασκάπτω.

Κατέσκαψα, *dirui*, a. 1. ind. act.

Κατεσκεύασε, 3. ſing. a. 1. ind. act. verbi κατασκευάζω.

Κατεσπευσμένως, *Adv.* feſtinanter, accelerate. A κατεσπευσμένος, part. perf. paſſ. verbi κατασπεύδω.

Κατεσπουδασμένως, *Adv.* bona fide. A κατεσπουδασμένος, part. perf. paſſ. verbi κατασπουδάζω.

Κατέσταθεν, *oppoſiti ſunt*, 3. pl. a 1. ind. paſſ. *Æol.* pro κατεστάθησαν, a καθίστημι.

Κατεστάθησαν, idem, sed communiter.

Κατέστασαν, 3. plur. a. 2. ind. act. *Dor.* pro κατέστησαν.

Κατεστεὼς, perfect. part. act. *Ion.* pro καθεστηκώς.

Καθεστήκεε, 3. sing. plusq. ind. act. *Ion.* pro καθεστήκει.

Κατέστην, *constitui*, a. 2. ind. act.

Κατεστράφατο, 3. pl. plusq. ind. pass. *Ion.* pro κατεστραμμένοι ἦσαν, a καταστρέφω.

Κατεστράφθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass.

Κατεστρέφετο, 3. s. imperf. ind. pass.

Κατέστρεψα, *subverti*, a. 1. ind. act.

Κατεστρώθησαν, 3. plur. a. 1. ind. pass. verbi καταστρώννυμι.

Κατέστυγε, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi καταστυγέω.

Κατέσχεθε, 3. sing. imperf. ind. act. verbi κατασχέθω pro κατέχω.

Κατέσχεν, *retinuit*, 3. sing. a. 2. ind. act.

Κατετάκετο, 3. sing. imperf. ind. pass. *Dor.* pro κατετήκετο, a κατατήκω.

Κατετόξευσαν, 3. plur. a. 1. ind. act. verbi κατατοξεύω.

Κατέτος, *Adv.* quotannis, annuatim, pro κατ᾽ ἔτος. Ex ἔτος, *annus.*

Κατέτριβον, 3. pl. imperf. ind. act. verbi κατατρίβω.

Κατέτριζε, 3. sing. imperf. ind. act. v. κατατρίζω.

Κατέτρωξαν, 3. plur. a. 1. ind. act. v. κατατρώγω.

Κατετρώσατο, 3. sing. a. 1. ind. med. verbi κατατιτρώσκω.

Κάτευγμα, ατος, τὸ, imprecatio, diræ; (2) res vota, donum votivum. A κατεύχομαι.

Κατευδαιμονίζω, f. ίσω, fortunatum dico, beatum prædico.

Κατευδοκέω, laudo quem.

Κατευημερέω, ῶ, proſpere ago; (2) gratia & auctoritate polleo; (3) auctoritate & gratia ſupero. Κατευημερηκὼς παρ᾽ ὑμῖν, Æſchin.

Κατευθικτέω, ῶ, f. ήσω, recta ſcopum tango, vel attingo; (2) rem acu tango; (3) adſequor. Ex εὔθικτος, *tactu facilis.*

Κατευθὺ, *Adv.* recta. Ex κατὰ, & εὐθὺς, *rectus.*

Κατευθύνω, dirigo; (2) rego, moderor; (3) compono, conſtituo; (4) mulcto; (5) commode ago ſeu vivo, felici ſucceſſu gaudeo; (6) recta incedo. Ὁ δὲ Κύριος, κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας, 2 Theſſ. 3, 5. τοὺς πόδας ἡμῶν, Luc. 1, 79. Hinc

Κατευθυντὴρ, ῆρος, ὁ, corrector, emendator.

Κατευθυντὴς, οῦ, ὁ, idem.

Κατευθυντηρία, ας, ἡ, amuſſis, regula fabrilis.

Κατευκαιρέω, occaſione dextrè utor.

Κατευκηλέω, permulceo, delinio, ſedo.

Κατευκτικῶς, optative, precandi cauſa. A κατεύχομαι.

Κατευλογέω, ῶ, prædico, laudibus extollo; (2) fauſta precor. Κατευλογοῦσι πρὸς τοὺς πολλοὺς, Plut.

Κατευμαρίζω, verbis aliquid levo; (2) levo, elevo; (3) complano; (4) facile aliquid efficio.

Κατευμεγεθεῖν, ſuperiorem eſſe, dominari. Ab εὐμεγέθης.

Κατευνάζω, f. άσω, ſopio; (2) ſedo, paco; (3) finio; (4) *in paſſ. & med.* quieſco, requieſco; (5) cubo, dormio. Ἐκτὸς αὐτὸν τάξεων κατεύνασεν Ἕκτωρ, Eur. Rheſ. 614. Τὸν ἄνδρα δ᾽ ἡμῖν ποῦ κατεύνασαι φράσον, ibid. 611. Hinc

Κατευνασμὸς, ὁ, dormitio.

Κατευναστὴς, οῦ, ὁ, cubicularius; (2) qui ſponſam ducit dormitum.

Κατευναστήριον, το, cubiculum, cubile.

Κατευναστικὸς, ἡ, ὸν, vim ſopiendi, ſedandi habens.

Κατευνάω, ῶ, unde a. 1. paſſ. κατευνηθέντα, ſopitum, idem quod κατευνάζω.

Κατευοδόω, ῶ, f. ώσω, proſperum iter præbeo, fortuno. Et *in Paſſ.* κατευοδοῦμαι, proſperor, proſpere ago.

Κατευόδωσις, εως, ἡ, proſperatio. Gl. V. A præc.

Κατευορκέω, ῶ, f. ήσω, ſancte & religioſe juro; (2) non pejero.

Κατευόροφος, v. εὐόροφος.

Κατευπορέω, abundo.

Κατευστοχέω, ῶ, f. ήσω, bene contra collimo; (2) conjecto bene.

Κατευτελίζω, f. ίσω, elevo, parvi facio. Ex εὐτελὴς, *vilis.*

Κατευτρεπίζω, f. ίσω, apparo, inſtruo. Καὶ μέν τοι σὺ μὲν ταύτας κατευτρέπιζ᾽, Ariſt. Conc. 508.

Κατευτυχέω, f. ήσω, feliciter ago in.

Κατευφημέω, ῶ, f. ήσω, fauſta acclamatione proſequor; (2) laudo, collaudo. Πολλὰ κατευφημοῦντες αὐτὸν, Plut.

Κατευφραίνω, exhilaro.

Κατευχειρίζω, idem quod εὐμαρίζω.

Κατευχὴ, ῆς, ἡ, precatio, obſecratio, votum; (2) imprecatio, Gl. V. A

Κατεύχομαι, f. ξομαι, imprecor, diras precor, devoveo; (2) magnopere precor; (3) precor; (4) votum facio; (5) opto; (6) glorior, me jacto. Ὅταν κατεύχῃ ταῦτ᾽ ὁμοῦ κἀμοὶ θανεῖν εὔχου, Soph. Aj. 392. Καὶ στᾶσα πρόσθεν ἑστίας κατηύξατο, Eur. Alc. 152.

Κατευωχέω, epulis excipio.

Κατευωχέομαι, οῦμαι, epulor.

Κατέφαγον, 3. plur. a. 2. ind. act. verbi καταφάγω.

Κατεφαίνετο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. verbi καταφαίνω.

Κατεφάμιξεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. *Dor.* pro κατεφήμιξεν, verbi καταφημίζω.

Κατεφάνην, a. 2. ind. paſſ. v. καταφαίνω.

Κατεφθαρμένος, perf. part. paſſ. verbi καταφθείρω.

Κατέφθειρα, *corrupi*, a. 1. ind. act.

Κατεφίστημι, inſurgo in aliquem. Κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, Act. 18, 12.

Κατεφόνευσε, aor. 1. indic. act. verbi καταφονεύω.

Κατέφυγον, a. 2. ind. act. v. καταφεύγω.

Κάτεχε, 2. ſing. præſ. imper. act. vel 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro κατεῖχε, a κατέχω.

Κατέχεεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. *per Sync.* pro κατέχευσε, a καταχέω.

Κατέχευσα, *effudi*, 1. ſing. a. ejuſd.

Κατέχευσεν, idem quod antecedens κατέχεεν.

Κατεχθραίνω, odio proſequor, inimicus ſum alicui.

Κατεχόμενος, præſ. part. paſſ. verbi

Κατέχω, f. καθέξω, vel κατασχήσω, detineo, retineo; (2) teneo, occupo, poſſideo; (3) ſuſtineo v. c. impetum; (4) contineo, cohibeo, coërceo; (5) applico, appellor, advenio, accedo, *cum ſubſ.* varias accipit ſignificationes, ut hiſtriones ſcenam, ſcurræ convivium κατέχειν dicuntur, qui placent, in quos omnes ſunt intenti: fama κατέχειν, quæ pervulgata eſt. *Ern.* Et ad hæc *in Paſſ.* numine ſum adflatus. Ἀλλ᾽ ἀγρίαις κατεῖχ᾽ ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις, implebat, Soph. Phil. 11. Κατέχουσι ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως, Ariſt. Av. 1321. Μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ᾽ ἡμᾶς ἐπὶ δυσκλείᾳ, Soph. Aj. 142. Καρδίαν κατείχετο ἔρωτι δεινῷ, Eur. Hipp. 27.

Κατηβολέω, ῶ, animam ago, linquor animo, Nicand.

Κατήγαγον, a. 2. ind. act. *Att.* pro κατῆγον, a κατάγω.

Κατηγεμὼν, *Ion.* pro καθηγεμὼν, dux.

Κατηγέομαι. *Ion.* pro καθηγοῦμαι.

Κατηγορέω, ῶ, f. ήσω, accuſo, reprehendo, adverſus aliquem loquor; (2) indico, arguo, deſero nomen, demonſtro, prædico, enuncio; *in logicis.* Ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ, Act. 24, 8. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα αὐτὴ κατηγόρηκεν οὗ, Ariſt. Θεσμ. 451. Ἐγὼ δ᾽ ἃ σ᾽ εἶδα διὰ λόγων ἰόντ᾽ ἐμοῦ κατηγορήσειν, ἀντιθεῖσ᾽ ἀμείψομαι, Eur. Tro. 918. Κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων, Act. 22, 30.

Κατηγορηθὲν, a. 1. part. paſſ. n. g.

Κατηγόρημα. ατος, τὸ, de quo quis accuſatur, crimen, quod objicitur; (2) accuſatio; (3) quod objicitur, vel prædicatur, prædicatum ap. Logicos. A κατηγορέω.

Κατηγορητέον, accuſandum. Ab eod.

Κατηγορία, ας, ἡ, accuſatio; (2) Categoria, Prædicamentum apud eoſd. Ab eod.

Κατηγορικὸς, ἡ, ὸν, accuſatorius; (2) ad Prædicamentum pertinens; (3) delator. A κατήγορος.

Κατηγορικῶς, accuſatorie, criminoſe.

Κατήγορος, ου, ὁ καὶ ἡ, accuſator. A κατηγορέω.

Κατηγορούμενος, præſ. part. paſſ.

Κατηγωνίσατο, 3. ſing. aor. 1. ind. med. v. καταγωνίζομαι.

Κατῄδεσα, a. 1. ind. act. v. καταιδέω.

Κατῃθαλωμένη, perf. part. paſſ. f. g. verbi καταιθαλόω.

Κατήϊεν, 3. ſing. perf. med. *Att.* pro κατεῖε, a κάτειμι.

Κατήκει, 3. ſing. præſ. ind. act. *Ion.* pro καθήκει, a καθήκω.

Κατῄκιζον, imperf. ind. act. v. καταικίζω.

Κατήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, dicto audiens, moriger; (2) imperio ſubjectus; (3) attentus; (4) explorator auritus, auſcultator; (5) auditor. A κατακούω.

Κατήκω, *Ion.* pro καθήκω, devenio, pertineo.

Κατήλασα, a. 1. ind. act. v. κατελαύνω.

Κατῆλθεν, 3. ſing. a. 2. ind. act. *per Syncop.* pro κατήλυθον, a κατέρχομαι.

ΚΑΤΗ῀ΛΙΨ, ιπος, vel ιφος, ἡ, tabulatum, trabs tectum ſuſtinens; (2) ſcala.

Κατηλλάγην, aor. 2. ind. paſſ. verbi καταλλάττω.

Κατηλογέω, ῶ, f. ήσω, contemno, nihili facio.

Κατηλοκίζω, f. ίσω, ſulco.

Κατηλόκισται, 3. ſing. perf. ind. paſſ.

Κάτηλυς, υδος, ὁ καὶ ἡ, declivis, Nonnus. A κατέρχομαι.

Κατηλυσία, ας, ἡ, deſcenſus. A κάτηλυς.

Κατήλυσις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Κατηλωκυῖα, part. perf. act. fem. gen. *Ion.* pro καθηλωκυῖα, a καθάλωμι.

Κατῆμαρ, indies, quotidie, ſingulis diebus.

Κατημελημένως, *Adv.* contemptim, neglectim, cum neglectu. A κατημελημένος, *neglectus, vilis*, perf. part. paſſ. [illegible] καταμελέω.

Κατημύχθη, 3. ſing. aor. 1. ind. paſſ. verbi καταμύσσω.

Κατημύω, demitto v. c. animum dolore, &c.

Κατηναγκασμένως, coacte, neceſſario.

Κατηναλωμένα, nom. pl. p. part. paſſ. n. g. verbi καταναλίσκω.

Κατήναρε, 3. ſing. a. 1. ind. act. verbi κατεναίρω.

Κατήνεγκα, a. 1. ind. act. v. καταφέρω.

Κατήνοχα, detuli, perf. ind. med.

Κατήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ventis obnoxius, ventis expoſitus, ventoſus.

Κατηντήσεν, 3. ſing. aor. 1. ind. act. cum ν ἐφελκ. a καταντάω.

Κάτηξις, ἡ, *Ion.* confractio. A κατάγω.

Κατηξιώθησαν, 3. plur. a. 1. ind. paſſ. verbi καταξιόω.

Κατῃόνων, *perfundebam*, imperf. ind. act. *contr.* pro κατῃόνεον, a καταιονάω.

Κατήορος, ου, ὁ καὶ ἡ, dependens, demiſſus. Ex κατὰ, & αἴρω, *tollo.*

Κατηπιάω, ῶ, mitigo, lenio, placo; (2) lenis & placidus ſum. Hinc Homericum, κατηπιόωντο, leniebantur, pro κατηπιάοντο, imperf. Il. 5, 417.

Κατηρᾶτο, 3. ſing. imperf. ind. med. *contr.* pro κατηράετο, a καταράομαι.

Κατηργήθη, 3. ſing. a. 1. conj. paſſ. verbi καταργέω.

Κατήργηκα, *abolevi*, perf. ind. act.

Κατήργησα, *inanem reddidi*, a. 1. ind. act.

Κατῆρε, 3. ſ. a. 1. ind. act. v. καταίρω.

Κατήρεε, 3. ſ. imperf. ind. act. *Ion.* pro καθήρεε, a καθαιρέω.

Κατηρέθετο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. verbi κατερέθω.

Κατηρεμέω, ῶ, f. ήσω, quieſcere facio, ſedo.

Κατηρεμίζω, f. ίσω, idem.

Κατηρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tectus. coopertus, opacus: item, plenus, redundans. Ex ἐρέφω.

Κατήριπε, 3. ſing. aor. 2. ind. act. verbi κατερείπω.

Κατήρραξαν, 3. plur. aor. 1. ind. act. verbi καταρράσσω.

Κατηρτίσθαι, perf. ind. paſſ. v. καταρτίζω.

Κατηρτίσω, *perfeciſti*, 2. ſing. aor. 1. med.

Κατήσθιον, imperf. ind. act. v. κατεσθίω.

Κατησχύνθην, aor. 1. ind. paſſ. verbi καταισχύνω.

Κατήσχυνον, *pudefaciebam*, imperf. ind. act.

Κατήφεια, ας, ἡ, vultus demiſſus, pudor cum mœrore.

Κατηφέω, ſum vultu demiſſo præ pudore. A

Κατηφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui eſt vultu præ pudore demiſſo, pudibundus, ſubtriſtis, mœſtus. Ex κάτω, & φάος, *vultus*.

Κατηφήσας, a. 1. part. act. v. κατηφέω.

Κατηφιάω, ῶ, f. άσω, erecto vultu intueri non audeo præ pudore. Hinc Poëtice κατηφιόων, part. pro κατηφιάων, κατηφιῶν. A κατηφής.

Κατηχέω, ῶ, f. ήσω, ſono, inſono; (2) inſono aliquid auribus alicujus, viva voce doceo aliquem; (3) doceo prima artis alicujus rudimenta; (4) doceo prima elementa Chriſtianiſmi, a. 1. paſſ. κατηχηθεὶς, edoctus, informatus. Ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, 1 Cor. 14, 19. Περὶ ὧν κατηχήθης, Luc. 1, 4.

Κατήχημα, ατος, τὸ, ſonitus. A κατηχέω.

Κατηχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſonorus, ſtreperus. Ex κατὰ, & ἦχος, *ſonus*.

Κατήχησις, εως, ἡ, catecheſis, inſtitutio in primis rei alicujus elementis, A κατηχέω.

Κατηχητὴς, οῦ, ὁ, qui prima tradit elementa, qui initiat. Ab eod.

Κατήχητοι, qui initiantur. Vulg. Lex. ex Dionyſ. Areop. Ab eod.

Κατήχθην, a. 1. ind. paſſ. v. κατάγω.

Κατηχίζω, f. ίσω, idem quod κατηχέω. Hinc

Κατηχισμὸς, οῦ, ὁ, catechiſmus, prima diſciplinæ, in primis Chriſtianiſmi, elementa.

Κατηχιστὴς, οῦ, ὁ, qui prima elementa rei, in primis Chriſtianiſmi ſive doctrinæ Chriſtianæ, docet. Ab eod.

Κατηχιστικὸς, ή, όν, ad inſtitutionem primam in re aliqua pertinens. Ab eod.

Κατηχούμενα, vel κατηχουμενεῖα, ων, τὰ, loca, in quibus ſtabant catechumeni, tabulæque item catecheticæ adſervabantur. A κατηχέω.

Κατηωρεῦντο, 3. plur. imperf. ind. paſſ. *Dor.* pro κατηωροῦντο, a καταιωρέομαι.

Κάτθανε, 3. ſing. aor. 2. ind. act. verbi καταθνήσκω.

Κατθέμεν, aor. 2. inf. act. *Æol.* & *Ion.* pro καταθεῖναι, a κατατίθημι.

Κάτθεο, 2. ſing. a. 2. imper. med. *Æol.* & *Ion.* pro κατάθεσο.

Κατιάπτω, f. ψω, lædo, corrumpo.

Κατίασι, 3. plur. præſ. ind. act. *Ion.* pro κατεῖσι, a κάτειμι.

Κατιδεῖν, aor. 2. inf. act. v. κατείδω.

Κατιδόντες, nom. plur. aor. 2. part. act.

Κατιέναι, præſ. inf. act. verbi

Κατίημι, *Ion.* pro καθίημι, demitto. Hinc

Κατιὰς, άδος, ſcapellum, quo fœtus, aut abſceſſus ex utero exſcinditur.

Κατίζω, *Ion.* pro καθίζω, colloco.

Κατιθὺ, *Adv.* recta, e regione, ex adverſo.

Κατιθύνω, dirigo.

Κατικετεύω, *Ion.* pro καθικετεύω, ſupplico.

Κατικμαίνω, *Ion.* pro καθικμαίνω, humecto; (2) mollio.

Κατιλλαίνω, diſtortis oculis irrideo.

Κατίλλω, contorqueo, convolvo; (2) implico, confundo, ut verba in pronunciando; (3) idem quod κατιλλαίνω; ut &

Κατιλλωπτέω, ῶ.

Κατιλλώπτω, idem; (2) ſtrabis ſeu contortis oculis intueor.

Κατιλύω, f. ύσω, limo obduco; unde aor. 1. paſſ. κατιλυθεὶς, oblimatus.

Κατιόντα, acc. ſing. aor. 2. part. act. verbi κάτειμι.

Κατιόω, ῶ, rubigine obduco, ſeu conſumo; κατιόομαι, οῦμαι, rubigine conſumor, perf. part. κατιωμένος.

Κατιππάζεσθαι, præſ. infin. med. *Ion.* pro καθιππάζεσθαι, a καθιππάζομαι.

Κατιρεῦν, præſ. inf. act. *Ion.* & *contr.* pro καθιερόειν, a καθιερόω.

Κατίστασθαι, præſ. inf. paſſ. *Ion.* pro καθίστασθαι, a καθίστημι.

Κατιστέατο, *conſtituebantur*, 3. pl. imperf. ind. paſſ. *Ion.* pro καθίσταντο.

Κατίσχεαι, 2. ſing. præſ. ind. med. v. ſeq. *Ion.* pro κατίσχῃ.

Κατίσχειν, præſ. inf. act. v. κατίσχω.

Κατισχναίνω, idem quod κατισχνόω.

Κάτισχνος, ου, ὁ καὶ ἡ, macer, gracilis.

Κατισχνόω, ῶ, fut. ώσω, attenuo, emacio; (2) diligenter examino, minutiſſima quæque perveſtigo.

Κατισχύουσι, 3. pl. præſ. ind. act. v.

Κατισχύω, f. ύσω, viribus valeo adverſus aliquem; (2) invaleſco; (3) poſſum; (4) roboro, corroboro; (5) conor, & (6) *in Paſſ.* viribus alicujus opprimor, vincor, cedo. Κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν, Luc. 23, 23.

Κατίσχω, coërceo, contineo, ſiſto; (2) appello. Λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, Herodot. deferri. Ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νῆας, idem.

Κατίωται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. v. κατιόω.

Κατοδυνάω, ῶ, dolore conficio, κατοδυνῶμαι, dolore conficior.

Κατοδύρομαι, deploro, defleo.

Κατοικὰς, άδος, ἡ, domeſtica, ædes inhabitans. A κάτοικος.

Κατοικίσια, ων, τὰ, feſta eo die quotannis celebrari ſolita, quo quis aliquo habitatum conceſſerat. Ab eod.

Κατοικέω, ῶ, f. ήσω, inhabito, incolo, habito. Κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, Eur. Med. 10. Ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς, Soph. Phil. 39.

Κατοικῆν, præſ. inf. act. *Dor.* pro κατοικεῖν. Hinc

Κατοίκησις, εως, ἡ, habitatio, domicilium.

Κατοικητήριον, ου, τὸ, idem, ab eod.

Κατοικία, ας, ἡ, habitatio, habitandi locus; (2) colonia; (3) præfectura; (4) oppidum; (5) pagus; (6) coloniæ deductio. A κάτοικος.

Κατοικίδιος, ία, ιον, vel κατοικίδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, domeſticus, domi noſtræ degens. Ab eod.

Κατοικίζω, f. ίσω, in domo colloco; (2) habitatum mitto; (3) condo, ædifico; (4) creo; (5) incolis frequento, κατοικίζομαι, habitatum mittor, collocor. Ὡς ἂν κατοικίζοιμι μετὰ σοῦ τὴν πόλιν, Ariſt. Av, 203.

Κατοικὶς, ίδος, ἡ, domeſtica, in domo habitans. A κάτοικος.

Κατοίκισις, εως, ἡ, collocatio in ædibus; (2) coloniæ deductio. A κατοικίζω.

Κατοικισμος, οῦ, ὁ, domicilium. Ab eod.

Κατοικιστὴς, οῦ, ὁ, deductor coloniæ.

Κατοικοδομέω, ædifico, inædifico.

Κατοικονομέω, ῶ, f. ήσω, diſpenſo.

Κάτοικος, ου, ὁ καὶ ἡ, inhabitor, incola. Ex οἶκος.

Κατοικοφθορέω, ῶ, f. ήσω, domum & familiam, ſ. rem familiarem conſumo ac perdo.

Κατοικτείρω, miſeror, a. 1. part. κατοικτείρας. Κατοίκτειρόν με τὴν παναθλίαν, Ariſt. Θεσμ. 1117. Ἀλλ' αἴδεσαί με, καὶ κατοίκτειρον βίον, Eur. Iph. in Au. 1274. τέκνα, id. Herac. 445.

Κατοικτίζω, & κατοικτίζομαι, commiſereor; (2) conditionem meam amarè defleo. Τὰς τῶνδ' ἀβούλους ξυμφορὰς κατοικτίσεις, Eur. Herac. 153. Hinc

Κατοίκτισις, ἡ, miſeratio, miſericordia.

Κατοίκτρισις, εως, ἡ, idem. Ab οἰκτρός.

Κατοιμάζω, in ejulatus erumpo.

Κατοινος, ου, ὁ καὶ ἡ, vinolentus, ebrius, vino obrutus. Ex οἶνος. Hinc

Κατοινόω, ῶ, fut. ώσω, vino inebrio, vino obruo.

Κατοίομαι, arroganter de me ſentio.

Κάτοισθα, 2. ſing, perf. ind. med. per *Sync.* pro κατοίδασθα, *Æol.* pro κατοίδας, a κατείδω.

Κατοίχομαι, morior, οἱ κατοιχόμενοι, mortui.

Κατοιωνίζομαι, f. ίσομαι, augurium capio, auguror.

Κατοκλάζω, fut. άσω, in genua procumbo, genua flecto.

Κατόκνει, *tergiverſare, pigeat te*, 2. ſing. præſ. imper. act. pro κατόκνεε. A

Κατοκνέω, ῶ, fut. ήσω, piget me, pigror; (2) timeo, vereor, gravor; (3) non poſſum, nequeo. Κατοκνέω περιϊδεῖν γῆν τμηθεῖσαν, vaſtari, Thuc.

Κατολιγωρέω, ῶ, fut. ήσω, prorſus negligo, prorſus parvi pendo.

Κατολισθαίνω, & κατολισθέω, ῶ, f. ήσω, delabor, κατολισθὼν, collapſus, aor. 2.

Κατολολύζω, exululo in vel ad.

Κατολοφύρομαι, deploro, defleo. Κατολοφύρομαί σε τῆς χερνίβων ῥανῖσι μελόμενον αἱμακταῖς, Eur. Iph. in Tau. 644.

Κατομβρέω, ῶ, fut. ήσω, imbre madefacio, rigo; (2) humecto, madefacio.

Κατομβρία, ἡ, diluvium, Gloſſ. V. A

Κάτομβρος, ου, ὁ καὶ ἡ, imbre madens; (2) humidus, madidus. Ex ὄμβρος.

Κατόμνυμι & **κατόμνυμαι**, dejero; (2) contra aliquem juro; (3) ſancte juro; (4) jurejurando confirmo; κατώμοσα, a. 1. juravi. Κατόμοσον νῦν ταῦτά μοι, Ariſt. Av. 450. Τὴν ἐμὴν ψυχὴν κατώμοσ', ἣν ἂν εὐορκοῖμ' ἐγὼ, Eur. Or. 1492.

Κατονειδίζω, f. ίσω, probris inceſſo, increpo, vitupero.

Κατονεύομαι, ſuculam verſo & circumago.

Κατονομάζω, f. άσω, nomino; (2) denomino. Κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι, ab, Philo. Hinc

Κατονομασία, ας, ἡ, denominatio, nomen.

Κατονόω, ῶ, & κατόνομαι, vitupero, carpo, vilipendo, ſperno, deſpicio, ut hinc ſit Herodoteum μή με κατονοσθῇς, in a. 1. conj. paſſ. ne me contemnas.

Κατοξύνω, acuo. A

Κάτοξυς, ξεῖα, ξυ, peracutus.

Κατοπάζω, a tergo premo, perſequor.

Κάτοπιν, *Adv.* a tergo, retro. Ex ὀπίσω.

Κατόπισθε, vel κατόπισθεν, idem.

Κατοπτάω, aſſo, torreo. A κάτοπτος.

Κατόπτευσις, εως, ἡ, adſpectus, inſpectio, ſpeculatio.

Κατοπτευτήριος, ον, ad ſpeculandum aptus. A

Κατοπτεύω, deſpicio, ſpeculor, adſpicio, oculis luſtro; (2) perſpicio, animadverto. Κράτιστος ἐγένετο ῥητόρων φύσιν ἀνθρώπων κατοπτεῦσαι, D. Hal.

Κατοπτὴρ, ῆρος, ὁ, ſpeculator; (2) ſpecillum, inſtrumentum, quo ſedes diducitur, ut vitium latens cognoſci poſſit. A κατόπτομαι. Hinc

Κατόπτης, ὁ, ſpeculator, explorator.

Κατοπτήριος, ον, idem quod κατοπτευτ. Eſt & nomen pr. rupis in Parnaſſo.

Κατοπτία, ἡ, ſpeculatio, contemplatio. A

Κατόπτομαι, fut. ψομαι, perſpicio, video, cerno. Μὴ καί τις ὄψεθ' ἡμᾶς χ' ἡμῶν ἴσως κατόπτῃ, Ariſt. Conc. 495. Παρθένον τε καὶ δάμαρτα, δύο νεκρὼ κατόψεται, Eur. Or. 1514.

Κάτοπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, conſpicuus, oculis expoſitus; (2) pertoſtus, valde aſſatus. A κατόπτομαι, vel ex κατὰ, & ὀπτὸς, *aſſus*.

Κατοπτρίζω, f. ίσω, imagines & reflexiones facio in modum ſpeculi; κατοπτρίζομαι, in ſpeculo me contemplor, intueor velut in ſpeculo. A κάτοπτρον. Unde

Κατοπτρικὸς, ὴ, ὸν, ſpecularis. Hinc ἡ κατοπτρικὴ, ſc. τέχνη, Catoptrica, diſciplina optices, quæ reflectiones radiorum contemplatur.

Κατοπτρικῶς, *Adv.* ſpeculari ratione.

Κάτοπτρον, ου, τὸ, ſpeculum. A κατόπτομαι.

Κατοράω, ῶ, *Ion.* pro καθορῶ, proſpicio, cerno.

Κατοργᾶν, vigere vel deflorere, vigorem amittere. Heſ.

Κατοργιάζω, f. άσω, Orgiis initio, ad Orgia præparo

Κατορθοῦσαν, acc. ſing. præſ. part. act. f. g. *contr.* pro κατορθόουσαν. A

Κατορθόω, ῶ, fut. ώσω, erigo, inſtauro; (2) felici ſucceſſu rem gero; item recte & laudabiliter; (3) perpetro, conſtituo, proſpero ſucceſſu uſus. Τοῖς θεοῖς μὲν εὔχομαι τυχεῖν κατορθώσασα τὰ βεβουλευμένα, dirigens, Ariſt. Conc. 172. Οὐδὲ πολλοστημόριον ἂν εὑρεθείη τῶν ἐκείνοις τοῖς ἥρωσι πάντῃ κατορθουμένων, Longin. 36. Hinc

Κατόρθωμα, ατος, τὸ, res feliciter geſta, facinus felici ſucceſſu patratum; (2) recte factum, bonum opus; (3) beneficium Dei erga homines; κατορθώματα, fortia facta, res feliciter geſtæ, ſtatus rerum (*inpr.* bellicarum) proſper, victoriæ.

Κατόρθωσις, εως, ἡ, perpetratio, rei felix geſtio, res feliciter geſta, proſper ſucceſſus; (2) recta effectio; (3) directio; (4) correctio. Ab eod.

ΚΛΗ͂ΡΟΣ, ου, ὁ, ſors ſ. nota, quæ in vas conjicitur ad ſortiendum, calculi, quibus ſortimur; (2) ipſa ſortitio; (3) ſors, quicquid ſortiendo obvenit, omninoque ſine opera noſtra, ut (4) portio agri colono data & κλῆροι, prædia, in quæ ager omnis ab initio diviſus & diſtributus fuit; (5) hereditatis pars, hæreditas, & hinc (6) facultates; (7) collegium eorum, qui ſacris funguntur velut poſſeſſio Dei; (8) vermiculus infeſtans apum favos.

Κληρουχέω, ῶ, f. ήσω, ſorte aſſignatum poſſideo, in ſortem accipio. Κληρουχεῖν τὰ χωρία, App.

Κληρουχία, ας, ἡ, adſignatio, qua colonis agri ſorte diſtribuebantur; (2) portio ipſa ſorte obtenta.

Κληρουχικὸς, ἡ, ὸν, pertinens ad eos, qui ſortiuntur, aut qui ſorte aliquid obtinuere, colonicus. A

Κληροῦχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſorte aliquid ſibi attributum poſſidet; (2) qui certam aliquam agri partem obtinuit, colonus; (3) qui agros poſſidendos ſorte attribuit, triumvir coloniæ deducendæ. Ex κλῆρος, & ἔχω.

Κληρόω, ſorte lego; (2) Clericum facio, Clericis adſcribo; & κληρόομαι, οῦμαι, ſortior, ſortes duco. Δελφῶν ἀριστεῖς, οὓς ἐκλήρωσεν πάλος, Eur. Ion, 417. Ἐν ᾧ ἐκληρώθημεν, Epheſ. 1, 11. A κλῆρος.

Κλήρωσις, εως, ἡ, ſortitio. A κληρόω.

Κληρώσομαι, f. 1. ind. med. v. κληρόω.

Κληρωτήριον, ου, τὸ, locus, ubi magiſtratus ſorte creantur; (2) locus in theatro, ubi magiſtratus ſorte lecti ſedebant. Ab eod.

Κληρωτὴς, οῦ, ὁ, qui ſorte legit. Ab eod.

Κληρωτικὸς, ἡ, ὸν, ad ſortiendum pertinens, ad ſortitionem faciendam aptus. Ab eod.

Κληρωτὶς, ίδος, ἡ, urna, ſ. ſitula, in quam conjiciebantur ſortes. Ab eod.

Κληρωτὸς, ἡ, ὸν, ſorte lectus, ſorte deſignatus, ſ. electus. Ab eod.

Κληρωτρὶς, ίδος, ἡ, urna, Ph. A κληρόω.

Κληρωτῶς, ſortito, Gl. V. A κληρόω.

Κλῆσις, εως, ἡ, vocatio; (2) *inpr.* ad cœnam; (3) in jus, diciturque interdum etiam pro προσκλησις; (4) in lib. Sac. dicitur de quovis beneficio divino, quod homini ſine ejus opera datur; item vitæ conditione, ſorte; in quo eſt Hebraiſmus. A καλέω

Κλῆσο, 2. ſ. a. 1. imper. act. *per Synæreſ.* a κληΐζω.

Κλητέος, έα, έον, vocandus. A καλέω.

Κλητεύω, in jus voco teſtimonii dicendi cauſa. teſtimonium renuncio. Γυναικὶ κλητεύειν ἐοικὼς Σθενέλῃ Ariſt. Veſp. 1402. Ab eod.

Κλητὴρ, ῆρος, ὁ, apparitor, qui in jus vocat; (2) anteſtatus, teſtis vocationis in jus. Ab eod.

Κλητικῆς, *appellativæ*, gen. ſing. f. g. A

Κλητικὸς, ἡ, ὸν, appellativus, vocativus.

Κλητὸς, ἡ, ὸν, vocatus; (2) conſtitutus ad aliquid beneficio alicujus per hebraiſmum. A καλέω.

Κλήτωρ, ορος, ὁ, vocator, accerſitor, invitator; (2) præco, nuncius, miniſter magiſtratus jus dicentis; (3) teſtis, nempe proprie in jus vocationis, qui poteſt eſſe ipſe κλητὴρ, viator, qui vocavit, item anteſtatus; (2) ſed deinde teſtis quivis, *Ern.*

ΚΛΙΒΑ'ΔΙΟΝ, ου, τὸ, Clibadium, herba quædam, quam nonnulli helxinen vocant.

Κλιβανίτης, ου, ὁ, in fornace coctus. A κλίβανος.

Κλιβανοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, clibani formam habens. Ex κλ.βανος, & εἶδος.

ΚΛΙ'ΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, clibanus, in quo hordeum coquitur; (2) clibanus quivis; (3) focus; (4) caminus.

Κλιβανωτὸν, teſtuaceum, Gl. V. A κλίβανος.

Κλίμα, ατος, τὸ, cœli inclinatio, clima; (2) terræ tractus, regio; (3) declivitas, devexitas. A κλίνω.

Κλιμακηδὸν, vel κλιμακιδὸν, *Adv.* gradatim, per gradus. A κλίμαξ.

Κλιμακίζω, f. ίσω, certo luctæ genere, quod κλίμαξ, appellatur; (2) perverto, detorqueo. Ab eod.

Κλιμάκιον, ου, τὸ, parva ſcala; (2) lignum in ſcala tranſverſum, Dim.

Κλιμακὶς, ίδος, ἡ, ſcalula; (2) femina adſentatrix, quæ reginæ in currus adſcenſuræ dorſum ſubſternebat. Ab eod.

Κλιμακίσκος, ου, ὁ, parva ſcala, Dim. ab eodem.

Κλιμακόεις, όεσσα, όεν, gradatus, ſcalæ inſtar factus. Ab eod.

Κλιμακοφόρος, ὁ, ſcabellum geſtans, per quod aſcenditur in equum, currum, genus apparitoris.

Κλιμακτὴρ, ῆρος, ὁ, κλιμακτῆρες, ſcalæ gradus; (2) anni ſcanſiles ſive climacterici. Ab eod. Hinc

Κλιμακτηρικὸς, ἡ, ὸν, climactericus.

Κλιμακώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, gradatus, ſcalaris.

Κλιμακωτὸς, ἡ, ὸν, idem. A

ΚΛΙ'ΜΑΞ, ακος, ὁ, climax, ſcala, gradus; (2) inſtrumentum tortorium; (3) gradatio, figura rhetorica; (4) palæſtræ genus; (5) pars currus.

Κλινάριον, ου, τὸ, lectulus. Dim. a κλίνη, *lectus.*

Κλίνειος, α ον, ad lectos pertinens, *Ern.*

Κλίνη, ης, ἡ, lectus, lectica. A κλίνω.

Κλινήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, lecto adfixus. Ab eod

Κλινηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lectum ferens, ſellam. Ex κλίνη, & φέρω.

Κλινθήτην, 3. dual. aor. 1. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐκλινθήτην, a κλίνω.

Κλινίδιον, ου, τὸ, lectulus; (2) lectica. A κλίνη.

Κλινικὸς, ἡ, ὸν, clinicus, morbo ita decumbens, ut adſurgere nequeat; medicus, qui empirico opponitur; unde ἡ κλινικὴ, ſ. τέχνη, medicina methodica.

Κλινὶς, ίδος, ἡ, lectulus; (2) ſellula. A κλίνη.

Κλινοκοσμέω, ῶ, f. ήσω, lectos orno.

Κλινοπετὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui in lectum procumbit. Ex κλίνη, & πίπτω, *cado.*

Κλινοπηγία, ας, ἡ, lectorum compactio. Ex κλίνη, & πήγνυμι, *compingo.*

Κλινοπήγιον, ου, τὸ, locus ubi lecti compinguntur. Ex iiſd.

Κλινοπόδιον, ου, τὸ, clinopodium, lecti pediculus, frutex quidam; κλινοπόδιον, lecti pes. Gl. V. Ex κλίνη, & πούς.

Κλινόπους, οδος, ὁ, pes lecti; κλινόποδες, lecti pedes, Gl. V.

Κλινοποιϊκὸς, ἡ, ὸν, ad lectorum fabricationem pertinens. Hinc κλινοποιϊκὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars fabricandi lectos. A

Κλινοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, lectos fabricans, Gl. V. grabbatarius, lectarius. Ex κλίνη, & ποιέω.

Κλινότροχον, ου, τὸ, vel κλινότροχος, ου, ἡ, lectirotaria; aceris genus, ex quo lecti torno fiebant; (2) rotula lecti pedi indita. Ex κλίνη, & τρέχω, *curro.*

Κλινοφόρος, ου, ὁ, lecticarius, Gl. Vet. Ex κλίνη, & φέρω.

Κλινοῦμεν, 1. pl. fut. 1. ind. act. v. κλίνω.

Κλινουργὸς, ὁ, idem quod κλινοποιός.

Κλινοχαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lectum amans, piger, deſes. Ex κλ. & χαίρω.

Κλιντὴρ, ῆρος, ὁ, ſella apta ad declinandum corpus; (2) lectus. A κλίνω.

Κλιντήριον, ου, τὸ, lectulus, vel ſella, in qua reclini capite recumbimus. A κλιντήρ.

ΚΛΙ'ΝΩ, f. ινῶ, inclino; (2) reclino; (3) acclino; (4) deprimo; (5) inclino me; (6) declino, deflecto; (7) reflecto, averto, a. 1. ἔκλινα, inclinavi. paſſ. ἐκλίνθην, inclinatus ſum, jaceo; κεκλιμένος, inclinatus, jacens. Κλῖνον εἰς εὐνὴν δέμας, Eur. Or. 301. Ἡμέρα κλίνει τε, κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια, deprimit, & attollit, Soph. Aj. 131. Κλινεῖ πρὸς οὖδας, ſternet, Lyc. 557. Ἔκλινε γὰρ κέρας τὸ λαιὸν ἡμῶν, Eur. Supp. 705. Κλιθεὶς ἐς οὖδας, id. Her. fur. 959.

Κλισία, ας, ἡ, locus in quo recumbitur, tabernaculum; (2) caſa, tugurium; (3) ſtabulum (4) ſella diſcubitoria, aut in qua reclini capite ſedemus; (5) lectus; (6) diſcumbentium claſſis. A κλίνω.

Κλισιάων, gen. pl. *Æol.* pro κλισιῶν.

Κλισιὰς, άδος, ἡ, feneſtra. Ab eod.

Κλισίηνδε, *Adv.* in κλισίαν. Ab eod.

Κλισίηθεν, *Adverb.* ex κλισία. A κλισίον.

Κλισίον, ου, τὸ, idem quod κλισία; (2) ovile, caula, ſtabulum. Ab eod.

Κλίσις, εως, ἡ, inclinatio, declinatio; (2) motus militum, in exercitationibus; (3) declinatio, in Gramm. A κλίνω.

Κλισμὸς, οῦ, ὁ, lectus, in quo recumbere poſſumus; (2) ſella recubitoria. Ab eod.

Κλίτος, εος, τὸ, declivitas, devexitas.

Κλιτὸς, ἡ, ὸν, qui declinatur, ſ. inclinatur; (2) latus. Ab eod.

Κλιτὺς, ύος, ἡ, declivitas. Πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι, Hom. Il. 16, 330. Ab eod.

Κλοιὸν, οῦ, τὸ, idem quod

Κλοιὸς, οῦ, ὁ, vinculum, quod collo circumdatur, boia, furca. A κλείω.

Κλοιωτὸς, ἡ, ὸν, collari incluſus; quaſi a κλοιόω, quod eſt collari induere.

Κλονέοντο, 3. pl. imperf. indic. med. *Ion.* pro ἐκλονέοντο, a

Κλονέω, ῶ, f. ήσω, commoveo; agito tumultuoſe, turbulentum reddo; (2) quatio, concutio. Ἀλλ' οὐ λάβρακας καταφαγὼν, Μιλησίους κλονήσεις; Ariſt. Eq. 360. Πάντοθεν βόρειος, ὥς τις ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται, Soph. Oed. Col. 1235. A κλόνος. Hinc

Κλόνησις, εως, ἡ, concuſſio, perturbatio; (2) confluxus cum vi aut ſtrepitu.

Κλόνιον, ου, τὸ, coxendix, ſpina dorſi, Heſ.

Κλόνις, εως, ἡ, venter. Ab eod.

Κλονόεις, όεσσα, όεν, tumultuoſus, turbulentus. Ab eod.

ΚΛΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, motus tumultuoſus; (2) tumultus; (3) ſtrepitus; (4) concuſſio; (5) tumultus bellicus.

Κλονώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem quod κλονόεις.

Κλοπαῖος, αία, αῖον, furtivus. A κλοπή.

Κλοπεία, ας, ἡ, furtum, ipſa furandi actio. A κλοπεύω.

Κλοπεὺς, εως, ὁ, fur. A κλοπή.

Κλοπεύω, f. εύσω, furor. A κλοπή.

Κλοπέω, ῶ, f. ήσω, idem & ab eod.

Κλοπὴ, ῆς, ἡ, furtum, ſubreptio. A κλέπτω.

Κλοπία, ας, ἡ, idem. A κλοπός.

Κλοπιμαῖος, αία, αῖον, furtivus. A κλόπιμος.

Κλοπιμαίας, furtim, Gl. V. A præc.

Κλόπιμος, ίμη, ιμον, furtivus, furto ablatus. Ab eod.

Κλόπιος, ου, ὁ, furax, furtivus; (2) ſubdolus. Ab eod.

Κλοποφορέω, ῶ, fut. ήσω, furto aufero, furtim expilo. Ex κλοπὴ, & φέρω.

ΚΛΟΤΟΠΕΥ'Ω, f. εύσω, latenter furor & ſubduco tempus; (2) ſubterfugio; (3) verba do, decipio. Οὐ γὰρ χρὴ κλοτοπεύειν ἐνθάδ' ἐόντας, Il. 19, 149.

ΚΛΥΒΑΤΙΣ, herba quæ & helxine, & Lat. parietaria dicitur.

Κλυδάζομαι, pro κλυδωνίζομαι, fluctuo.

Κλυδασμὸς, οῦ, ὁ, fluctuatio. A κλυδάζομαι.

Κλύδων, ωνος, ὁ, fluctus, unda; (2) æſtus, tempeſtas. A κλύζω.

Κλυδωνίζομαι, fut. ίσομαι, fluctuo, fluctibus agito. Κλυδωνιζόμενοι ϗ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας, Epheſ. 4, 14.

Κλυδώνιον, ου, τὸ, parvus fluctus, parva unda; (2) fluctus, unda; (3) æſtus, Dim.

Κλύεν, 3. ſ. imperf. ind. act. *Ion.* & cum ν ἐφελκ. pro ἔκλυε, a κλύω.

Κλύζεσκεν, 3. ſ. imperf. ind. act. *Ion.* & cum ν ἐφελκ. pro ἔκλυζε.

Κλυζομένῳ, dat. ſing. præſ. ind. paſſ.

ΚΛΥ'ΖΩ, fut. ύσω, abluo, eluo, lavo; (2) clyſtere perluo; (3) ſonum, ut fluctus, edo; ἐκλύθη θάλασσα, a. 1. paſſ. turbatum eſt mare; κλύζεσκον, imp. *Ion.* pro ἔκλυζον, lavabant. Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά, Eur. Iph. in Tau. 1196.

Κλῦθι, 2. ſ. præſ. imper. act. verbi

Κλῦμι, audio. Hinc κλῦθι, imperat. audi; κλῦτε, & per reduplicationem κέκλυτε; vide κλύω.

Κλύοιμι, *audiam*, præſ. opt. act. verbi κλύω.

Κλύον, 3. plur. imperf. vel aor. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔκλυον.

Κλύσις, εως, ἡ, lavatio; (2) infuſio, clyſter. A κλύζω.

Κλύσμα, ατος, τὸ, ablutio, lotio; (2) ipſa actio abluendi; (3) æſtuarium. Ab eod.

Κλυστὴρ, ῆρος, ὁ, id quo alvus eluitur; (2) ipſum inſtrumentum, quo elutio fit. Ab eodem.

Κλυστήριον, ου, τὸ, parvus clyſter, clyſteriolum. Dim.

Κλυτοεργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, inclytus artifex. Ex κλυτὸς, & ἔργον, *opus.*

Κλυτόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, præclarum fructum habens.

Κλυτόμαντις, εως, ὁ, inclytus vates.

Κλυτομήτης, ὁ, inclytus prudentia vel conſilio. Ex κλυτὸς, & μῆτις, *conſilium.* Hinc

Κλυτόμητις, εως, ἡ, inclyta prudentia.

Κλυτόμοχθος, ου, ὁ ϗ ἡ, inclytus laboribus.

Κλυτόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, clarus liberis.

Κλυτόπωλος, ου, ὁ ϗ ἡ, celeber equis.

Κλυτὸς, ἡ, ὸν, vel κλυτὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, inclytus, clarus; (2) vocalis, cujus vox audiri poteſt, ſtrepitum edens, obſtrepens. A κλύω.

Κλυτοτέχνης, ου, ὁ, celebris artifex, arte clarus. Ex κλυτὸς, & τέχνη, *ars.*

Κλυτότοξος, ου, ὁ ϗ ἡ, arcu & jaculis inſignis. Εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι Λυκηγενεῖ κλυτοτόξῳ, Hom. Il. 4, 101.

ΚΛΥ'Ω, audio; (2) exaudio; (3) auſculto, obtempero, obedio, morem gero; (4) percipio,

cipio, ſentio. Ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύοις, Soph. Phil. 23.

ΚΛΩΒΟ'Σ, οῦ, ὁ, cavea avium. Ex Epigr.

Κλωγμὸς, οῦ, ὁ, vox proprie graculorum, tum vero gallinaceorum etiam, itemque equitum; (2) ſonus, quo quis explodebatur e theatro. A κλώζω.

Κλώδωνες, ώνων, αἱ, Bacchæ ſ. Mænades. Vox Macedonica.

ΚΛΩ'ΖΩ clamo more graculorum; (2) explodo e theatro; (3) ſibilo.

ΚΛΩ'ΘΩ, f. ώσω, neo; (2) glomero; (3) torqueo; κλώθεσθαι, etiam dicuntur, quæ fato deſtinantur; κεκλωσμένα, p. fato deſtinata.

Κλωθὼ, όος, contr. οῦς, ἡ, Clotho, una Parcarum. A κλώθω.

Κλωμακόεις, όεσσα, όεν, clivoſus, adſcenſu difficilis. A κλώμαξ.

Κλώμαξ, ακος, ὁ, aſperitas.

ΚΛΩ'Ν, ωνὸς, ὁ, ramus, ſurculus; qui deputari ſolet.

Κλώναξ, ακος, ὁ. ſurculus parvus, Heſ. Dim.

Κλωνάριον, ου, τὸ, idem & ab eod.

Κλωνίζω, f. ίσω, ramulos ſeu ſurculos amputo, Suid. Ab eod.

Κλωνίον, ου, τὸ, idem quod κλωνάριον.

Κλῳὸς, οῦ, ὁ, boia. Attice pro κλοιός.

Κλωπᾶσθαι, furari, furtim, clanculum, ſine ſtrepitu incedere, aut aliquid agere, Heſ.

Κλωπεία, ας, ἡ, furtum. A κλωπεύω.

Κλωπεύω, f. εύσω, furor. A κλώψ.

Κλωπήϊος, α, ον, furtivus, clandeſtinus.

Κλωπικὸς, ἡ, ὸν, furax. Ab eod.

Κλωποπάτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, fure patre natus. Ex κλὼψ, & πατήρ.

Κλώσκω, neo, Heſ. A κλώθω.

Κλῶσμα, ατος, τὸ, filum, quod nendo deductum, glomus; (2) faſcia, quæ ornatus cauſa ſtolis talaribus addi ſolebat. Ab eod.

Κλωϛὴρ, ῆρος, ἡ, filum, nendo deductum; (2) filum Parcarum; (3) ipſa fili deductio; (4) fuſus. Ab eod.

Κλωϛὴς, οῦ, ὁ, qui ſtamina digitis torquet, qui fila deducit. Ab eod.

Κλωϛὸς, ἡ, ὸν, nendo vel digitis inter nendum tortus, connexus vel contortus. Ab eod.

Κλωϛόμαλλος, ον, lanoſus, laniger Ex μάλλος.

Κλὼψ, ωπὸς, ὁ, fur, prædo, graſſator, latro, qui vias obſidet, & viatores pecunia veſtibuſque ſpoliat. A κλέπτω.

Κμητὸς, ἡ, ὸν, elaboratus, factus. Ex Heſ. A κάμνω, *laboro*.

Κναίω, ſcindo; (2) radula caſeum rado; (3) contriſto. Ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν κνήϛει χαλκείῃ, Il. 11, 639. A κνάω.

Κνακὸς, ἡ, ὸν, flavus; (2) albus; (3) colore varius. A κνῆκος.

Κνάκων, ωνος, ὁ, Cneci colorem habens, i. e. album flavente miſtum. Ab eod.

Κνάμπτω, flecto; (2) robore vinco; κνάμπτομαι, malis frangor, ſuccumbo. A κάμπτω, *flecto*.

Κναμὼς, acc. plur. *Dor.* pro κνημοὺς, a κνημός, *collis*.

ΚΝΑ'ΠΤΩ, carmino, carpo, ut fullones, pecto, polio.

Κνᾶσαι, aor. 1. inf. act. *Dor.* pro κνῆσαι, a κνάω.

Κνάφαλον, ου, τὸ, floccus fullonico carduo detractus; (2) tomentum e floccis fullonicis. A κνάπτω.

Κναφεῖον, ου, τὸ, officina fullonis, fullonica.

Κναφεὺς, έως, ὁ, fullo, qui carduo pectit & diſtringit pannos. A

Κναφεύω, f. εύσω, fullonicam exerceo, ſum fullo. Ὁ μὲν κναφεύει τις, ὁ δὲ πλύνει κώδια, Ariſt. Plut. 166. A κνάπτω.

Κναφήϊον, τὸ, *Ion.* pro κναφεῖον.

Κναφικὸς, ἡ, ὸν, fullonicus, ad fullonem pertinens. A κνάφος.

Κνάφος, carduus fullonicus. A κνάπτω.

ΚΝΑ'Ω, & κνέω, vel κνῆμι, f. ήσω, rado, ſcalpo, ſcabo, pruritum moveo, titillo.

Κνεφάζω, obſcuro, tenebras obduco.

Κνεφαῖος, αία, αῖον, tenebricoſus, caliginoſus, obſcurus; (2) qui aliquid facit ſub tenebras matutinas, veſpertinas, aut nocturnas. A κνέφας.

Κνεφαίως, obſcure.

Κνέφαλον, τὸ, tomentum, pulvinus. Suid. Heſ.

ΚΝΕ'ΦΑΣ, τὸ, caligo, tenebræ; (2) crepuſculum; (3) diluculum ſeu ultima pars noctis. Hinc

Κνέφος, εος, τὸ, obſcuritas, umbra, caligo.

Κνέωρον, ου, τὸ, herba quædam linguam mordens. A κνέω.

Κνῆ, 3. ſing. aor. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔκνη, a κνῆμι.

Κνήδη, urtica; vid. κνίδη.

Κνηθιάω, ῶ, prurio. A κνήθω.

Κνηθμὸς, οῦ, ὁ, pruritus. A κνήθω.

Κνήθω, futur. ήσω, ſcalpo, ſcabo, frico; (2) prurire facio, pruritum moveo; (3) irrito, ad iram provoco, & (4) κνήθομαι, prurio. A κνάω.

Κνηκεῖος, niger aut fulvus, aquilæ epith. ap. Lyc.

Κνηκίας, ου, ὁ, lupus, a colore ut videtur. A κνῆκος.

Κνήκινος, ίνη, ινον, cnecinus, ex cneco confectus. Ab eod.

Κνηκοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cneci ſpeciem gerens, cneco ſimilis, Heſ. Ex κνῆκος, & εἶδος.

ΚΝΗ῀ΚΟΣ, ου, ὁ, Cnecus, herba quædam flore croceo, Ph. κνῆκος, ſemen candidum.

Κνηκὸς, ἡ, ὸν, flavus, rutilus, luteus, croceus, albidus. A κνῆκος.

Κνηκώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, cneco ſimilis, ad cnecum accedens. Ab eod.

Κνῆμα, ατος, τὸ, ramentum, id, quod abraditur; (2) pruritus. A κνάω.

Κνημαῖος, αία, αῖον, tibialis, ad tibiam ſpectans. A κνήμη.

Κνήμαργος, ου, ὁ, qui craſſas tibias habet, Heſ. forte ut λαίμαργος, guloſus.

ΚΝΗ'ΜΗ, ης, ἡ, tibia, crus; (2) ſura; (3) tibia in rota, radius.

Κνήμῃσι, dat. pl. *Ion.* pro κνήμαις.

Κνημία, ας, ἡ, radius rotæ. A κνήμη.

Κνημιδοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ocreas ſeu tibialia geſtat, ocreis armatus. Ex κνημὶς, & φέρω.

Κνημιδωτὸς, ἡ, ὸν, ocreatus, Gl. V. A κνημίς.

Κνημὶς, ῖδος, ἡ, tibiale; (2) ocrea; (3) rotæ radius. A κνήμη.

Κνημοπαχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cruris ſeu tibiæ craſſitudinem æquans. Ex κνήμη, & παχύς.

Κνημὸς, οῦ, ὁ, pars montis, quæ a pede ipſius adſcendit; (2) locus ſaltuoſus. Ab eod.

Κνηθείην, a. 1. opt. paſſ. v. κνάω.

Κνησιάω, ῶ, prurio. A κνήθω.

Κνῆσις, εως, ἡ, perfricatio, frictio. A κνάω.

Κνῆσμα, ατος, τὸ, idem quod κνῆμα.

Κνησμονὴ, ῆς, ἡ, fricatio, fricandi motus; (2) prurigo. A κνήθω.

Κνησμὸς, ὁ, pruritus, prurigo. Ab eod. Hinc

Κνησμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, pruritum excitans.

Κνηϛὴρ, ῆρος, ὁ, qui radit; (2) radula.

Κνηϛήριον, ου, τὸ, radula. A κνηϛήρ.

Κνηϛιάω, ῶ, prurio. A κνάω.

Κνηϛὶς, ῖδος, ἡ, lancinula; (2) fiſtula; (3) acus. Ab eod

Κνῆϛις, εως, ἡ, culter; (2) radula.

Κνηϛὸς, ἡ, ὸν, raſus; (2) ſectus, conciſus. A κνάω.

Κνῆϛρον, ου, τὸ, idem quod κνηϛήριον.

Κνήφη, ης, ἡ, pruritus, prurigo. A κνάω.

Κνιδάω, ῶ, mordeo. Ex Heſ. ubi κνιδᾶται, δάκνεται, mordetur. A κνίδη.

Κνιδέλαιον, ου, τὸ, oleum e Cnidio grano. Ex κνίδιον, & ἔλαιον, *oleum*.

Κνίδη, ης, ἡ, urtica; (2) piſcis nomen. A κνίζω.

ΚΝΙ'ΔΙΟΝ, ου, τὸ, atriplex; (2) granum Cnidium.

Κνίδωσις, εως, ἡ, punctura & pruritus, qualis ab urtica excitatur, prurigo ſive uredo, qualis urticæ herbæ piſciſve contactum ſequitur. A κνίδη.

Κνίζα, ης, ἡ, ſcalptura. A κνίζω.

Κνίζω, f. ίσω, ſeco; (2) rado; (3) per ſumma & leviter derado; (4) ſcalpo; (5) ſcarifico; (6) pruritum moveo; (7) urticæ in medum pungo, vel uro; (8) indignationem moveo, moleſtus ſum, ſolicitudine adficio; (9) perdo. Ὅμως δ' ἔκνιζέ μ' ἀεὶ τοῦθ', Soph. Oed. Tyr. 795. Καί με κακίϛαις ἔκνισε, Ariſt. Veſp. 1276. A κνάω.

Κνιπῆρα, ας, ἡ, folliculus ulmi vel vitis, in quo naſcuntur κνῖπες, quaſi κνιποπήρα. Ex κνὶψ, & πήρα.

Κνιπολόγος, ου, ὁ, nomen avis, culicibus, vel etiam vermibus ligna erodentibus infeſtæ, culicilega. Ex κνὶξ, & λέγω, *colligo*. Al. κνιπολόχος, quod iis inſidietur, a λοχάειν, *inſidiari*.

Κνιπεία, ας, ἡ, parſimonia. A κνιπός.

Κνιπὸς, parcus, neceſſariis etiam aliquid abradens; tenuiter vivens; κνιπος, cupidus. Ph. A κνίψ.

Κνιπότης, ητος, ἡ, pruritus, aut lippitudo ſicca, Galen. Lex. Hippocr. Ab eod.

Κνὶς, κνιδὸς, urtica, Ph. A κνίζω.

Κνίσα, ας, ἡ, nidor. Vid. κνίσσα.

Κνισᾶντι, dat. ſing. *contr.* pro κνισάεντι, & hoc *Dor.* pro κνισήεντι, a κνισήεις.

Κνίσδειν, infin. act. *Dor.* pro κνίζειν.

Κνίσμα, ατος, τὸ, vellicatio; (2) pruritus; (3) ignes, quibus amantum pectora uruntur. A κνίζω.

Κνισμὸς, οῦ, ὁ, pruritus, prurigo; (2) pruritus Venereus; (3) diſſidium & jurgium inter amantes. Ab eod.

Κνισμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, pruriens. A κνισμός.

Κνισολοιχὸς, idem quod κνισσολοιχός.

ΚΝΙ'ΣΣΑ, ſive κνίσα, ης, ἡ, nidor, arvinæ ſc. pinguedinis alius incenſæ fumus; (2) odor & vapor ex carnibus, quæ torrentur, aut aſſantur; (3) ipſa pinguedo, arvina, aut adeps.

Κνισσάριον, vel κνισάριον, ου, τὸ, exigua pinguedo, Suid. Dim. a κνίσσα, vel κνίσα.

Κνίσσαι, a. 1. inf. *Poet.* pro κνίσαι, a κνίζω.

Κνισσάω, vel κνισάω, ῶ, f. ήσω, nidore inficio ſeu repleo; (2) vaporo, ſuffio, de ſacrificantibus; (3) fumo corrumpo. Κνισσᾶν τ' ἀγυιὰς, Ariſt. Av. 1238. περὶ τοὺς βωμοὺς, Luc. A κνίσσα.

Κνισσήεις, vel κνισήεις, ήεσσα, ῆεν, nidore plenus, nidorem referens.

Κνισσηρὸς, vel κνισηρὸς, ρὰ, ρὸν, idem.

Κνισσοδιώκτης, ου, ὁ, qui nidorem ſectatur, paraſitus.

Κνισσοκόλαξ, ακος, ὁ, qui nidoris ſeu pinguedinis fruendi cauſa adulatur, paraſitus.

Κνισσολοιχία, vel κνισολοιχία, ας, ἡ, guloſitas, qua quis rebus pinguibus lingendis inhiat; (2) guloſitas quævis, liguritio. A

Κνισσολοιχὸς, vel κνισολοιχος, ἡ, ὸν, liguritor, guloſus, qui pinguedinem lambit, qui pinguibus inhiat. Ex κνίσσα, & λείχω

Κνισσότερος, ου, ὁ, nidoris appetentior, guloſior, quaſi a κνίσσος, quod eſſet, *guloſus*.

Κνισσόω, vel κνισόω, idem quod κνισσάω.

Κνισσώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, nidoroſus, nidore plenus. A κνίσσα.

Κνισσωτὸς, ἡ, ὸν, idem. A κνισσόω.

Κνιϛὸς, ἡ, ὸν, conciſus, abraſus. A κνίζω.

Κνίφος, εος, τὸ, urtica, apud Heſ.

Κνὶψ, ιπὸς, ὁ, vermiculus ligna erodens; (2) culex. A κνάω.

Κνοὴ, ῆς, ἡ, ſtrepitus axis, rotæ, vel pedum.

Κνόος, *contr.* κνοῦς, ὁ, idem, Heſ.

ΚΝΥ῀, res minima.

Κνύζα, ης, ἡ, ſcabies, prurigo; (2) conyza, cunilago. A κνύζω. Hinc

Κνυζάομαι, ῶμαι, gannio, proprie ut canis queribundum ululatum edens; (2) gannio queribunde & adulatorie; (3) vagio.

Κνυζάω, & κνυζέω, ῶ, gannio, garrio.

Κνυζεῦντι, 3. plur. præſ. ind. med. *Dor.* pro κνυζοῦνται, a κνυζέω.

Κνυζηθμὸς, ȣ͂, ὁ, gannitus canis adulatorius & queribundus; (2) ploratus ſeu vagitus infantis; (3) rugitus. A κνυζάω.

Κνύζημα, ατος, τὸ, vagitus. Ab eod.

Κνύζομαι, lamentabiliter & gemebunde gannio ſeu ululo. A κνύζα.

Κνυζόω, ῶ, f. ώσω, ſcabie infeſto ſeu deturpo; (2) deturpo, deformo. Ab eod.

Κνύζω, rado, ſcalpo; apud Hipp. ἔκνυζεν, a. 1. *Dor.* ſonuit; item gannio. A κνύω.

Κνῦμα, ατος, τὸ, ſculptura. A κνύω.

Κνῦος, εος, τὸ, ſcabies, prurigo; (2) perditio, corruptio. Ab eod.

Κνύω, f. υσω, rado, ſcalpo. Οὗτος πόθῳ μ' ἔκνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν, Ariſt. Θεσμ. 488. A κνάω.

ΚΝΩ΄ΔΑΛΟΝ, ȣ, τὸ, bellua, Ph.

Κνώδων, οντος, ὁ, mucro, cuſpis ſeu acies gladii; (2) dentale in venabulo, quod hominem ab apro tuetur. Ab ὀδὼς.

Κνώσσω, profunde dormio; (2) cubo; (3) ſterto. Ex κενὸς, i. e. ἀργὸς, *otioſus*, & ὄσσε, *oculi*, quoniam oculi inter dormiendum ſunt otioſi.

Κνὼψ, ωπὸς, ὁ ϗ ἡ, cæcus, Suid. At apud Nic. κνώπεσσι, quod eſt pro κνωψὶ, Schol. exponit φαλαγγίοις. Ex κενὸς, & ὤψ.

ΚΟΑ΄ΛΕΜΟΣ, ſtolidus, amens.

ΚΟΑΞ, vox ranæ clamantis.

Κοάω, ῶ, audio, intelligo; κοᾷ, audit.

Κοβαλεία, ας, ἡ, impoſtura, quæ fit joco, deceptio ludicri ſpeciem habens; (2) adulatio doloſa hominis improbi. A

Κοβαλεύω, decipio, impono, ſum κόβαλος.

Κοβαλία, ίας, ἡ, idem quod κοβαλεία.

Κοβαλίκευμα, τὸ, deceptio, impoſtura, verſutia; (2) aſtutum & doloſum facinus. A

Κοβαλικεύω, f. εύσω, idem quod κοβαλεύω.

ΚΟ΄ΒΑΛΟΣ, ȣ, ὁ, vafer, maleficus, blaterator, adulator, impoſtor, deceptor. Cobalus, dæmon quidam, qu. κοπόβαλος, a κόπος. *Ern.*

ΚΟ΄ΒΕΙΡΟΣ, ridiculus, ſcurra, dicax, convitiator, Heſ.

Κόγγρος, ȣ, ὁ, conger. A γόγγρος.

Κογχάριον, ȣ, τὸ, parva concha ſ. cochlea. Dim. a

ΚΟ΄ΓΧΗ, ης, ἡ, concha, oſtreum marinum & aquatile; (2) menſura conchæ capacitatem æquans; (3) vaſculum in modum conchæ concavum; (4) oculi cavitas.

Κογχίον, ȣ, τὸ, conchula. Dim. a κόγχη.

Κογχίτης, ȣ, ὁ, ſc. λίθος, conchites, lapis.

Κογχοειδὴς, ὲς, ob cavitatem conchæ ſimilis.

Κόγχος, ȣ, ὁ, vel ἡ, idem quod κόγχη.

Κογχύλη, ης, ἡ, murex. A κόγχη.

Κογχυλιευτὴς, ȣ͂, ὁ, qui conchylia venatur conchyliarius. Quaſi a κογχυλιεύω.

Κογχύλιον, ȣ, τὸ, conchylium, concha, murex; (2) conchæ genus, menſæ æque ac veſtibus inficiendis aptum; (3) lana ſ. veſtis conchylii cruore infecta; (3) teſta oſtrei. A κογχύλη.

Κογχυλιώδης, εως, ὁ ϗ ἡ, conchyliatus, conchylii formam referens. A κογχύλιον.

Κογχυλιωτός, ἡ, ὸν, muricatus, Gl. V. quaſi a κογχυλιόω, quod eſt a κογχύλιον.

Κοδομεῖον. ȣ, τὸ, inſtrumentum, quo ad frigendum hordeum utebantur veteres. A

Κοδομεὺς, έως, ὁ, qui hordeum frigit & torret. A κοδομεύω.

Κοδομεύτρια, ας, ἡ, quæ hordeum frigit ac torret. Ab eod.

ΚΟΔΟΜΕΥ΄Ω, hordeum frigo ac torreo; (2) in furno vel aliquo vaſe frigo, Heſ.

Κοδράντης, ȣ, ὁ, quadrans, ſ. quarta pars aſſis. Vox Latina.

Κοέω, ῶ, intelligo, ſentio, pro νοέω.

ΚΟ΄ΘΟΡΝΟΣ, ȣ, ὁ, cothurnus, calceamentum utrique pedi & utrique ſexui aptum.

Κοθȣρία, vulpes, Heſ. Ex κεύθω, & ȣ̓ρά.

Κόθȣρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, caudam abſcondens; (2) fucus, quia aculeum abſcondit. Ex iiſd.

ΚΟΪ, vox grunnientium porcellorum, apud Ariſtoph.

Κοίῃ, *qua via*, dat. ſing. *Ion.* pro ποίᾳ.

Κοΐζω, f. ίξω, grunnio, apud Ariſt. A κοΐ.

Κοικύλλειν, circumſpectare, apud Ariſtophan. Θεσμ. 859. ubi alii aliter.

Κοιλαίνω, f. ανῶ, cavo, curvo. Κοιλανεῖ δόμȣς, Lyc. 772. A κοῖλος.

Κοιλᾶναι, a. 1. inf. act. v. κοιλαίνω. Unde

Κοίλανσις, εως, ἡ, excavatio; (2) cavitas.

Κοιλὰς, άδος, ἡ, vallis cava, convallis, caverna, Ph. κοιλάδες, cavernæ, Ph. A κοῖλος.

Κοιλέμβολον, ȣ, τὸ, acies cava; aciei modus, cum duplicis phalangis poſteriora cornua conjuncta ſunt, ſed anteriora disjuncta. Ex κοίλος, & ἐμβολή.

Κοιλήναντα, acc. ſ. a. 1. part. act. v. κοιλαίνω.

Κοίλῃς, dat. pl. *Ion.* pro κοίλαις, a κοῖλος.

ΚΟΙΛΙ΄Α, ας, ἡ, venter, alvus, ventriculus. Hinc

Κοιλιακὸς, ἡ, ὸν, cœliacus, alvinus, qui excrementa ſemicocta & fluida ſubito reddit.

Κοιλίδιον, ȣ, τὸ, ventriculus. Dim. a κοιλία.

Κοιλιοδαίμων, cui venter Deus eſt, qui in gula & ventre ſummum bonum ponit. Ex κοιλία, & δαίμων.

Κοιλιόδεσμος, ȣ, ὁ, ventrale vinculum, quo venter revincitur. Ex κοιλία, & δεσμός.

Κοιλιόδȣλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ventris ſervus, ventri deditus.

Κοιλιολυσία, ίας, ἡ, ventris ſolutio ſ. reſolutio.

Κοιλιοπώλης, ὁ, qui vendit ventres & omaſa.

Κοιλιώδης, εως, ὁ ϗ ἡ, ventroſus, ventris ſpeciem habens. A κοιλία.

Κοιλόπεδος, ὸν, valles, cavitates habens, *Epith.* terræ, agri. A πέδον.

Κοιλογάστωρ, ὁ, magnum ventrem habens, *item* magnam cavitatem, flexum magnum ut circulus.

Κοιλοκρόταφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tempora capitis cavata habens, *Aret.*

ΚΟΙ͂ΛΟΣ, κοίλη, κοῖλον, cavus, concavus, dicitur etiam de partibus rerum, in quibus eſt cavitas, ut κοίλη ναῦς, ſentina, carina. Hinc τὸ κοῖλον, ȣ, cavitas, & τὰ κοῖλα, ων, ilia, cava lateris.

Κοιλοσταθμέω, fornico, camero. A

Κοιλόσταθμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cava habens ſtabula, i. e. ſtabula fornicata.

Κοιλοστομία, ας, ἡ, vitium, quo vox velut in ſpecu obſcuratur, & quaſi in receſſu auditur. A

Κοιλόστομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui cavo ore loquitur. Ex κοῖλος, & στόμα.

Κοιλοσυρία, ας, ἡ, Cæloſyria, regio Aſiæ.

Κοιλοσώματος, ον, valde capax, *Epith.* vaſis, &c.

Κοιλότης, ητος, ἡ, cavitas, concavitas. A κοῖλος.

Κοιλοφθαλμία, ίας, ἡ, oculorum cavitas.

Κοιλοφθαλμιάω, ῶ, cavis oculis ſum, oculi mihi recedunt. A

Κοιλόφθαλμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui cavis eſt oculis, cujus oculi ſubſidunt.

Κοιλόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, concava folia habens.

Κοιλόω. ώσω, cavo, Gl. V. A κοῖλος.

Κοίλωμα, ατος, τὸ, cavum, cavitas; (2) ulcus in cornea tunica oculi. A κοιλόω.

Κοιλῶπις, ἡ, cava adſpectu, Suid. A

Κοίλωπος, ȣ͂, ὁ, cavus adſpectu. Ex κ. & ὤψ,

ΚΟΙΜΑ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, facio dormire, ſopio; (2) in lecto colloco; κοιμάομαι, ῶμαι, cubo dormiendi gratia; (3) dormio, obdormio; (4) morior, κεκοιμημένοι, mortui, p. part. κοιμηθεὶς, ſopitus, aor. 1. (5) *dicitur & ſopire tropice*, v. κοιμίζω Φύλλον τί μοι πάρεστιν, ᾧ μάλιστ' ἀεὶ κοιμῶ τόδ' ἕλκος, mitigem, Soph. Phil. 650. Ἴσον ὕπνον κοιμᾶται, Epigr. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, Joann. 11, 11.

Κοιμηθεὶς, a. 1. part. paſſ. verbi κοιμάω.

Κοίμημα, ατος, τὸ, dormitio. A κοιμάω.

Κοιμήσαντο, 3. plur. a. 1. ind. med. *Ion.* pro ἐκοιμήσαντο.

Κοίμησις, εως, ἡ, ſomnus; (2) mors, obitus. Ab eod.

Κοιμητήριον, τὸ, cœmeterium, locus, in quo dormitur; (2) locus, in quo humana corpora mortua jacent, ſ. humantur. Ab eod.

Κοιμίζω, fut. ίσω, dormire facio, ſomnum induco, ſopio; (2) opprimere vim alicujus rei & frangere, ut iræ, venti, &c. Καλῶ δ' ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι, Soph. Aj. 843. A κοιμάω.

Κοιμιστὴς, ȣ͂, ὁ, ſopitor. A κοιμίζω.

Κοινάσαντες, nom. plur. a. 1. part. act. *Dor.* pro κοινώσαντες, a κοινόω.

Κοινεῖον, ȣ, τὸ, lupanar. A κοινός.

Κοινῇ, *Adv.* communiter, in commune.

Κοινηλογέομαι, colloquor cum aliquo, ſermones confero. A λόγος.

Κοινοβιακὸς, ἡ, ὸν, cœnobiacus. Hinc κοινοβιακοὶ, qui non ſolum ſimul habitant, ſed & eodem vitæ genere in univerſum utuntur. A κοινοβιον.

Κοινοβιάρχης, ȣ, ὁ, cœnobiarcha, abbas. Ex κοινόβιον, & ἄρχων, *princeps.*

Κοινόβιον, ȣ, τὸ, cœnobium, id eſt, vitæ communicatæ ſocietas, communis monachorum habitatio. Ex κοινὸς, & βίος, *vita.*

Κοινόβιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, conſors, Ph. Ex iiſd.

Κοινοβιότης, ητος, ἡ, conſortium, Gl. V. A præc.

Κοινοβȣ͂λαι, οἱ, ſenatores, Heſ.

Κοινοβȣλέω, ῶ, f. ήσω, communiter conſulto, conſilia communico. A

Κοινοβȣλία, ας, ἡ, commune conſilium, voluntatis communicatio. A κοινοβȣ́λης.

Κοινοβȣ́λιον, ȣ, τὸ, idem & ab eod.

Κοινογάμια, τὰ, communes & promiſcuæ nuptiæ. Ex κοινός, & γάμος.

Κοινογενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui communis eſt generis, ut mulus ex aſino & equa. Ex κοινὸς, & γένος.

Κοινογονία, ἡ, generatio prolis ex alieni generis animali.

Κοινοδημεὶ, *Adv.* vulgo, publice. Ex κοινός, & δῆμος.

Κοινοδήμιον, ȣ, τὸ, hoſpitium publicum, Suid.

Κοινοδίκαιον, ȣ, τὸ, concilium publicum. Ex δικαιος.

Κοινοδρομέω, ῶ, pari incitatione communiter decurro. Ex δρόμος, *curſus.*

Κοινοῖ, 3. ſ. præſ. ind. act. *contr.* pro κοινόει, vel 3. ſing. præſ. opt. act. vel 3. ſ. præſ. conj. a κοινόω.

Κοινολαΐτης, ȣ, ὁ, plebeius. Ex λαός.

Κοινόλεκτρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, communem lectum habens. *Epith.* conjugum. Ex λέκτρον.

Κοινολεχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex λέχος.

Κοινολέκτως, vulgari ſermone, communi lingua.

Κοινολογέομαι, v. κοινηλ. Κοινολογȣ͂νται γὰρ ἀλλήλοις περὶ τῆς κρίσεως, Ariſtot. Hinc

Κοινολόγημα, ατος, τὸ, colloquium.

Κοινολογία, ας, ἡ, collocutio, conſultatio.

Κοινονοημοσύνη, ἡ, civilitas, animus civilem & communem ſe præbens. Ex κ. & νόημα.

Κοινοπαθὴς, ὲς, qui alienis rebus commovetur, humanus. Ex κ. & πάθος.

Κοινόπλοος, *contr.* κοινόπλȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui cum aliquo navigatio eſt, navigationis ſocius. Ex πλόος.

Κοινοποιέομαι, ȣ͂μαι, commune facio, communico. Ex κοινός, & ποιέω.

Κοινόπȣς, οδος, ὁ ϗ ἡ, communi & ſocio pede iter faciens.

Κοινοπραγέω, ῶ, f. ήσω, communiter aliquid facio, auxiliatorem & conſortem me præbeo. Ex κοινὸς, & πράττω, *facio.*

Κοινοπραγία, ας, ἡ, conſpiratio, ſocietas in re aliqua peragenda. Ex iiſd.

ΚΟΙΝΟ`Σ, ἡ, ον, communis, publicus; (2) pervagatus, vulgaris, tralatitius; (3) ſocietate gaudens; (4) profanus, impurus, immundus; (5) facilis, comis, ut *Lat.* communis. Hinc & τὸ κοινὸν, vel τὰ κοινὰ, reſpublica, commune commodum.

Κοινότης, ητος, ἡ, communitas, conſortium; (2) ſocietas; (3) ſimplicitas, lenitas, facilitas. A κοινός.

Κοινότοκος, ὁ ϗ ἡ, communi partu editus.

Κοινοτροφικὸς, ὴ, ὸν, ad communem victum pertinens. A τρέφω.

Κοινοφαγία, ἡ, crimen Judaicum, ſiquis vetito cibo veſcitur. A φαγεῖν.

Κοινόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, concors, ſimilis animi. Ex κ. & φρήν.

Κοινοχρηστία, ας, ἡ, communis uſus, publica utilitas. Ex κοινὸς, & χρῆσις, *uſus*.

Κοινόω, ῶ, f. ώσω, communico, impertio, participem facio; (2) confero cum aliquo, communico cum aliquo; (3) inquino, polluo, *in ſac. lib.* Φέρε, κοίνασον μῦθον ἐς ἡμᾶς, Eur. Iph. in Au. 44. Κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον, Act. 21, 28. Συμφορὰν θέλω κοινωμένη τινὰ', ἢ θανεῖν, ἢ ζῆν καλῶς, Eur. Ion. 895. A κοινός.

Κοινὼν, ῶνος, ὁ, ſocius; ſociatus, conjunctus, copulatus, Ph. Ab eod.

Κοινωνείτω, 3. ſing. præſ. imper. pro κοινωνεέτω, a

Κοινωνέω, ῶ, f. ήσω, in commune venio, commune aliquid habeo, particeps ſum, communico; (2) conſueſco cum aliquo; (3) conſentio cum aliquo in re aliqua, velut opinione, &c. (4) ſacræ cœnæ particeps fio, ad ſacram cœnam accedo; (5) ad ſacram cœnam admitto; ſacram cœnam alicui miniſtro. Ἐγὼ δὲ κἀυτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης, Eur. Med. 302. Ἵνα ἀυτοῖσι κοινώνησω τι πραγμάτιον ἐμὸν, Ariſt. Nub. 197. Οὐχ ἑκοῦσα τῷ δ' ἐκοινώνηθην λέχει, Eur. Andr. 38. A κοινωνός. Hinc

Κοινώνημα, ατος, τὸ, commercium, communicatio, ſocietas; (2) commercium cum femina.

Κοινώνησις, ἡ, idem.

Κοινωνήσασι, dat. plur. a. 1. part. act. verbi κοινωνέω.

Κοινωνητικὸς, ὴ, ὸν, ſocietatis amans, qui aliquid alteri facile tradit, v. c. morbum, &c.

Κοινωνία, ας, ἡ, communio, communitas, conſortium, ſocietas, communicatio, participatio; (2) concubitus. ap. *Joſ.* (3) beneficentia, eleemoſyna, officium charitatis; (4) ſacra cœna. A κοινωνός. Unde

Κοινωνικῶς, communicatis inter ſe bonis ſuis, amice, concorditer.

Κοινωνοποιέω, ῶ, communico, ſocio, Gl. Vet.

Κοινωνὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, cui eſt communitas, ſocius, particeps. A κοινός.

Κοινῶς, *Adv.* communiter, vulgo, in commune, ſimul, una, publice, uno animo.

Κοινωφελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, communem adferens utilitatem reipublicæ, omnibus utilis. Ex κοινὸς, & ὠφελέω, *proſum*.

Κοινωφέλιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Κοινωφελία, & κοινωφελεία, ας, ἡ, communis utilitas. A præc.

ΚΟΊΞ, ικος, ὁ, Coix, ſpecies plantæ; (2) vas farinarium ex arborum corticibus contextum.

Κοιογένεια, ας, ἡ, Cœo genita, Latona. Ex Κοῖος, & γείνομαι.

Κοιρανέοντα, acc. ſing. præſ. part. act. verbi κοιρανέω.

Κοιρανέοντι, *Dor.* pro κοιρανέουσι.

Κοιρανέω, dominor, impero, principis, imperatoris, domini partibus fungor, principatum obtineo, excello. Οἳ ἐνθάδε κοιρανέουσι, Odyſſ. 20, 234. A κοίρανος.

Κοιρανίδης, ου, ὁ, idem quod κοίρανος.

Κοιρανίη, ης, ἡ, dominium, imperium.

Κοιρανικὸς, ὴ, ὸν, imperatorius, principalis. A

ΚΟΊΡΑΝΟΣ, ου, princeps, imperator, dominus.

ΚΟΙΣΎΡΑ, ας, ἡ, Cœſyra, femina Athenis, dives, ſed luxu diffluens & arrogans. Hinc

Κοισυρόομαι, οῦμαι, nobilitate & divitiis ſuperbio.

Κοιτάω, & κοιτάζω, cubare facio, in lecto colloco; & κοιτάζομαι, ſum in cubili, decumbo, cubo. Ἔγρεσθε, τί μέλλετε κοιτᾶν; Eur. Rheſ. 531. A κοίτη.

Κοιταῖος, αία, αῖον, qui lectum petit, qui it cubitum. Hinc τὸ κοιταῖον, ου, luſtrum ferarum. Ab eod.

Κοιτάξατο, 3. ſing. aor. 1. ind. med. *Ion.* & *Dor.* pro ἐκοιτάσατο, a κοιτάω, vel κοιτάζω.

Κοιτασία, ας, ἡ, concubitus. A κοιτάζομαι.

ΚΟΊΤΗ, ης, ἡ, cubile, lectus; (2) concubitus; (3) ipſum cubandi tempus; (4) ciſta.

Κοιτὶς, ίδος, ἡ, lectulus; (2) parva ciſta, arcula, capſula; (3) capſa veſtiaria, κοιτίδες, cunæ, Gl. V. A κοίτη.

Κοῖτος, ου, ὁ, idem quod κοίτη; (2) ſomnus; (3) piſculus quidam fluviatilis ſub ſaxis latens. Ab eod.

Κοιτωνητὴς, cubicularius. A κ. & νῆσαι.

Κοιτὼν, ῶνος, ὁ, locus domus, ubi ſunt cubilia, cubiculum, cubile. Ab eod. Hinc

Κοιτωνὶς, ίδος, ἡ, parvum cubiculum.

Κοιτώνιον, τὸ, idem.

Κοιτωνίσκος, ου, ὁ, idem; (2) parvus lectus, lectulus. Dim.

Κοιτωνίτης, ου, ὁ, cubicularius, Gl. V.

Κόκκαλος, ου, ὁ, ſtrobilus, nucleus nucis pineæ. A κόκκος. Unde

Κοκκάζω, accino, onomatopœia. *Ern.*

Κοκκίζω, f. ίσω, grana eximo.

Κοκκινοβαφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cocco tinctus. Ex κόκκινος, & βάπτω, *tingo*.

Κόκκινος, ίνη, ινον, coccinus, coccineus, cocco tinctus. Ab eod.

Κοκκίον, ου, τὸ, pilula, Dim. ab eod.

Κοκκοθραύστης, ου, ὁ, avis quædam, Heſ. Ex κόκκος, & θραύω, a frangendis baccis.

ΚΌΚΚΟΣ, ου, ὁ, granum pomorum & ſimilium, bacca; (2) pilula apud medicos; (3) granum ilicis arboris rubens, quo punicea inficiuntur; (4) ἡ, frutex ſurculoſus, cui grana adhærent, quibus tinctores utuntur.

ΚΟΚΚΎΑΙ, vel κοκύαι, ῶν, avi & majores, Heſ.

Κοκκύζω, f. ύσω, coccuzo, canto ut cuculus; (2) ut gallus gallinaceus. Ἐκόκκυζον, ὃ μόνον μοι τότε δυνατὸν ἦν, Luc. A κόκκυξ.

Κοκκυμηλέα, ας, ἡ, prunus.

Κοκκύμηλον, ου, τὸ, prunum.

Κοκκύμηλος, ου, ἡ, prunus, Gl. V. Hinc

Κοκκυμηλὼν, ῶνος, ὁ, prunetum. Gl. V.

ΚΌΚΚΥΞ, υγος, ὁ, coccyx, cuculus, avis clamans κοκκυ, cuccu; (2) piſcis quidam; (3) groſſus caprifici arboris; (4) galea, galerus; (5) collis; (6) herba quædam; (7) os in imo ſacri oſſis.

Κοκκύσδειν, pr. inf. act. *Dor.* pro κοκκύζειν.

Κόκκων, ωνος, ὁ, granum Cnidium, granum mali Punici. A κόκκος.

Κοκκωτὸν, baccatum, granatum, Ph. quaſi a κοκκόω, grano, unde granatus.

Κοκύαι, vide κοκκύαι.

ΚΌΛΑ, ης, ἡ, venter, Dat. pl. ταῖς κόλαις, Suid. At τὰ κόλα, Heſ. oſſa, membra.

Κολαβεῖν, buccellam devorare, deglutire. A

Κόλαβος, ου, ὁ, offula, buccea parva. A κόλον, *cibus*.

Κολαβροῦσθαι, ſaltare, quaſi ex κόλα, & ἀβρός.

Κολαβρίζειν, laſcive ſaltare, Heſ. A κόλαβρος.

Κολαβρίζεσθαι, infamari, contemni, Suid.

Κολαβρισμὸς, οῦ, ὁ, laſciva ſaltatio. A κολαβρίζω.

ΚΌΛΑΒΡΟΣ, ου, ἡ, porcellus; (2) cantio laſciva, qua κολαβρίζοντες utebantur.

ΚΟΛΆΖΩ, fut. άσω, punio, caſtigo; (2) reprimo, coërceo, moderor, fræno, tempero, ut vinum aqua infuſum; κεκολασμένος, perf. paſſ. punitus. Ὅτ' οὐδὲ κολάσ' ἔξεστί μοι τοὺς οἰκέτας, Ariſt. Nub. 7, 461. Παραινῶ τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα, id. Θεσμ. 461. Δέννοις κολασθεὶς, Lyc. 777. Πῶς κολάσονται ἀυτοὺς, Act. 4, 21.

Κολακεία, ας, ἡ, adulatio, adſentatio, blandimentum, illecebræ. A κολακεύω. Unde

Κολάκευμα, ατος, τὸ, adulatio, lenocinium.

Κολακεύσῃ, 3. ſing. aor. 1. conj. act. verbi κολακεύω.

Καλακευτίος, ία, ίον, cui blandiendum eſt.

Κολακευτὴς, οῦ, ὁ, blandus, Gl. V.

Κολακευτικὸς, ὴ, ὸν, adulatorius, adſentatorius, adulandi peritus. Ab eod.

Κολακευτικῶς, *Adv.* adſentatorie, adulatorie.

Κολακεύω, f. εύσω, adulor, adſentor, adulationibus capio vel decipio; κολακευθεὶς, a. 1. paſſ. blanditiis tentatus. Κολακεύειν τινὰ, Xen. A κόλαξ. Unde

Κολακικὸς, ὴ, ὸν, adulatorius, adſentatorius; (2) adulandi peritus, peritus adſentator.

Κολακικῶς, adſentatorie, adulatorie. A præc.

Κολακὶς, ίδος, ἡ, adſentatrix. Κολακίδες dicebantur mulierculæ quædam in aulis regum & principum, quæ reginis currum aſcendentibus aut de curru deſcendentibus dorſum ſcalæ loco ſubjiciebant.

ΚΌΛΑΞ, ακος, ὁ, adulator, adſentator; (2) paraſitus.

Κολαπτὴρ, ῆρος, ὁ, inſtrumentum lapicidarum, malleo ſimile, ſed roſtratum; ſcalprum. A

ΚΟΛΆΠΤΩ, f. ψω. tundo, tundendo excavo, incido, ſcalpo, ſculpo; κεκολαμμένος, perf. paſſ. excavatus, ſculptus. Τὸ ἧπαρ κολάπτειν, Lud. τὰ ὄμματα, Ariſtot.

ΚΌΛΑΡΙΣ, εως, ὁ, animal ululæ inimicum.

Κόλασις, εως, ἡ, punitio, caſtigatio, ſupplicium; (2) amputatio arborum luxuriantium. A κολάζω.

Κόλασμα, ατος, τὸ, pœna, vel quod pœnæ loco infligitur. Ab eod.

Κολαστήριον, ου, τὸ, locus ſupplicii, locus ubi ſontes torquentur; (2) inſtrumentum aptum ad pœnas inferendas; (3) carcer; (4) ipſa pœna, quodcunque temperando, coercendo, & reprimendo adhibetur, inſervit. Gl. V. κολαστήριον, carnificina. Ab eod.

Κολαστήριος, ου, ὁ ϗ ἡ, aptus ad infligendas pœnas. Ab eod.

Κολαστὴς, οῦ, ὁ, punitor, caſtigator; (2) vindex, ultor; (3) tortor. Ab eod. Hinc

Κολαστικὸς, ὴ, ὸν, q. d. punitorius, pœnas infligens, moderandi, coercendi vim habens.

Κολάσωνται, 3. plur. aor. 1. conj. med. verbi κολάζω.

Κολαφίζῃ, 3. ſing. præſ. conj. act. v.

Κολαφίζω, f. ίσω, alapam alicui infringo, colaphum infligo, Gl. V. κολαφίζειν, depalmare. Ἐκολάφισαν ἀυτὸν, Matt. 26, 67. Κολαφιζόμεθα, 1 Cor. 4, 11. A κόλαφος. Hinc

Κολάφισμα, ατος, τὸ, colaphi incuſſio; (2) ipſe colaphus, alapa.

Κόλαφος, ου, ὁ, colaphus, alapa. A κολάπτω.

Κολεοῖιν, gen. dual. *Poët.* pro κολεοῖν.

Κολεοῖο, *vaginæ*, gen. ſing. *Ion.* pro κολεοῦ.

Κολεόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus pennæ involucro cruſtaceo, velut vagina, includuntur. Ex κολεὸς, & πτερὸν, *ala*.

ΚΟΛΕΌΣ, οῦ, ὁ, vagina, culeus, loculus.

Κολεραὶ, ὄϊες, oves glabræ ſeu brevem lanam habentes, apud Ariſtot. Hiſt. An.

ΚΟΛΕΤΡΑΏ, ῶ, proculco. Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ, Ariſt. Nub. 552.

Κολίανδρον, coliandrum, Gl. V. Schol. Ariſtoph. κολίανδρον dictum ait τὸ κορίαννον, quod eſt coriandrum.

ΚΟΛΊΑΣ, ου, ὁ, piſcis quidam.

ΚΟΛΙΌΣ, οῦ, ὁ, avis quædam, galgulus.

ΚΌΛΛΑ, ης, ἡ, gluten, glutinum.

Κολλαβίζω, f. ίσω, impingo; (2) κολλαβίζειν, ludere ludum, quo unus manibus oculos tegit, alius percuſſum rogat, utra manu percuſſerit. A κόλλαβος. Hinc

Κολλαβισμὸς, οῦ, ὁ, luſus κολλαβιζόντων.

Κόλλαβος, ου, ὁ, epitonium chordarum; (2) verticillus lyræ; (3) panis genus. A κόλλοψ.

Κολλάω, ῶ, fut. ήσω, glutino; (2) adjungo firmius; unde κολλάομαι, ῶμαι, adjungo, adhæreſco, Partic. κολλώμενος, adhærens, κεκολλημένος, perf. paſſ. glutinatus. Ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης, Luc. 15, 15. Κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ, Act. 8, 29. τῷ ἀγαθῷ, Rom. 12, 9. A κόλλα.

Κολλήεις, ήεσσα, ῆεν, glutinatus, conglutinatus. Ab eod.

Κολλήθητι, 2. ſ. a. 1. imp. paſſ. v. κολλάω. Unde

Κόλλημα, ατος, τὸ, glutinamentum.

Κόλλησις, εως, ἡ, glutinatio, conglutinatio, concinnatura, Gl. Vet. (2) applicatio cucurbitulæ; (3) Figura rhetorica.

Κολλητήριον, ου, τὸ, glutinatorium. Ab eod.

Κολλητὴς, οῦ, ὁ, glutinator; (2) concinnator.

Κολλητικὸς, ἡ, ὸν, vim habens conglutinandi.

Κολλητὸς, ἡ, ὸν, glutinatus, glutine compactus. Ab eod.

Κολλικοφάγος, qui κόλλικας vocat, Ariſtoph. Comice. Vide ſeq.

Κόλλιξ, ικος, ὁ, panis rotundus; (2) paſtillus. A κόλλοψ.

Κολλομελέω, ῶ, carmina conglutino & concinno; verbum comicus Ariſtoph. Ex κόλλα, & μέλος, *carmen*.

Κολλοπίζω, f. ίσω, claviculis, ſ. verticillis intendo. A κόλλοψ.

Κολλοποδιώκτης, ου, ὁ, qui pueris exoletis & durioribus inhiat, Euſt.

Κολλύριον, ου, τὸ, medicamentum certa forma figuratum, in primis oblongum & teres, quo fiſtulis induci poſſit. Vid. κολλύριον.

ΚΟΛΛΟΨ, οπος, ὁ, corium durius in collis, ſ. cervicibus boum aut ovium; (2) puer exoletus & calloſus, ſ. ſupra ætatem libidinans; (3) verticillus in cithara aut lyra, quo chordæ intenduntur.

Κολλυβιστὴς, οῦ, ὁ, trapezita, nummularius, qui nummis permutandis quæſtum facit. A κόλλυβος. Hinc

Κολλυβιστικὸς, ἡ, ὸν, ad rem nummulariam pertinens.

ΚΟ'ΛΛΥΒΟΣ, ου, ὁ, vel κόλλυβον, ου, τὸ, genus numiſmatis minuti, cui bovis imago impreſſa erat; (2) permutatio pecuniæ; (3) fœnus permutatæ pecuniæ.

ΚΟΛΛΥ'ΡΑ, ας, ἡ, collyra, panis, qui pueris dabatur, fruſtulum panis; (2) panis cinere coctus.

Κολλυρίζω, fut. ίσω, opus piſtorium facio, placentas paro. A κολλύρα.

ΚΟΛΛΥ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, collyrium, medicamentum oculorum, ex ſpodio, coloris cinerei; (2) quodvis medicamentum oculorum; (3) quod adhibebatur ad reſignandas literas, ne fraus ſentiretur.

Κολλυρὶς, ίδος, ἡ, collyris, Dim. a κολλύρα.

ΚΟΛΛΥΡΙ'ΩΝ, ωνος, ὁ, avis quædam.

Κολλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, glutinoſus, tenax. A κόλλα.

Κολόβιον, ου, τὸ, ſubucula, Gl. V.

Κολοβοανθεῖν, florem minutulum aut ſectilem gerere. A

Κολοβοανθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, minutulum florem habens, edens. Ex κολοβὸς, & ἄνθος.

Κολοβόκερκος, ου, ὁ ϗ ἡ, cauda mutilatus.

Κολοβόπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, truncus pedibus.

Κολοβόῤῥιν, vel κολοβόῤῥις, ινος, ὁ ϗ ἡ, cui naſus præciſus, qui mutilo eſt naſo.

Κολοβὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, mutilus, truncus, recutitus. A κολούω, *amputo*.

Κολοβόσταχυς, υος, ὁ ϗ ἡ, ſpicis truncatus; (2) brevem ferens ſpicam.

Κολοβότης, ητος, ἡ, q. d. decurtatio, qua aliquid curtum, mancum, truncatum, aut mutilum eſt, delectio. A κολοβός.

Κολόβουρος, ου, ὁ ϗ ἡ, cauda truncatus, Heſ. Ex οὐρά.

Κολοβόω, ῶ, f. ώσω, decurto, mutilo, trunco, contraho. Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, Marc. 13, 20. Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, Matt. 24, 22. κολοβωθήσονται, ibid. A κολοβός. Unde

Κολοβώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, mancus, mutilus, imperfectum aliquod membrum habens.

Κολοβωθήσονται, 3. plur. f. 1. ind. paſſ. verbi κολοβόω.

Κολόβωμα, ατος, τὸ, id ipſum, quod mutilum aut truncum eſt, quidquid aliquo membro deficit. A κολοβόω.

Κολόβωσις, εως, ἡ, mutilatio, detruncatio, defectus. Ab eod.

Κολοβωτὴς, οῦ, ὁ, decurtator, detruncator; (2) loquendo ultimas ſyllabas ſupprimens. Ab eod.

Κολοιᾶν, dicuntur graculi clamantes, Poll.

Κολοιόρχης, ου, ὁ, præfectus excubitorum & cuſtodum, ap. Ariſtoph. *Ern.*

ΚΟΛΟΙΟ'Σ, οῦ, ὁ, graculus, monedula, parva cornix.

Κολοιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, graculo ſimilis, ad graculos proxime accedens. A κολοιός.

ΚΟΛΟΚΑΣΙ'Α, ας, ἡ, faba Ægyptia, colocaſia; (2) ejus fabæ radix.

Κολοκάσιον, ου, τὸ, idem.

Κολόκυμα, ατος, τὸ, fluctus ſurdus, qui nullum ſtrepitum edit, ſive nullam vim, quamvis magnus, habet, *Lat.* fluſtrum; (2) ap. Com. homo, qui magno molimine nihil agit; aliis fluctus magnus. Ex κολοβὸν, i. e. κυφὸν, vel κόλον, & κῦμα.

ΚΟΛΟ'ΚΥΝΘΑ, κολοκύνθη, & κολοκύντη, ης, ἡ, cucurbita, Plin. l. 20. §. 7, & 8, c. 3. *Angl.* Gourd. Hinc

Κολοκυνθὶς, ίδος, ἡ, cucurbita caprina, cucurbita Alexandrina, cucumer amarus.

Κολοκύντη, ης, ἡ, vide κολόκυνθα.

Κολοκύντιον, ου, τὸ, cucurbitula, parva cucurbita. Dim. a κολοκύντη.

ΚΟ'ΛΟΝ, ου, τὸ, cibus; (2) inteſtinum, pro κῶλον.

Κολὸς, mutilus, truncatus.

Κολοσσαὶ, ῶν αἱ, Coloſſæ, urbs Aſiæ minoris.

Κολοσσαῖος, αία, αῖον, coloſſæus, qui coloſſum æquat, coloſſo par. A κολοσσός.

Κολοσσεὺς, έως, ὁ, Coloſſenſis. A Κολοσσαί.

Κολοσσικὸς, ἡ, ὸν, Coloſſicus. Ab eod.

Κολοσσοβάμων, ὁ, ſtatuarius, ap. *Lyc.*

ΚΟΛΟΣΣΟ'Σ, οῦ, ὁ, coloſſus, ſtatua ingens.

Κολοσσουργία, ας, ἡ, coloſſi ſtructura. Ex κολοσσὸς, & ἔργον.

Κολοσυρτὸς, οῦ, ὁ, ſtrepitus ſarmentorum, quum per terram trahuntur; (2) turba, tumultus. Ex κόλον, & σύρω.

Κολουραῖος, α, ον, cavus. *Epith.* Petræ, ap. Call.

Κολούριον, cauda truncum. Ex Suid. Ab eod.

Κόλουρις, vulpes. Supra κοθοῦρις.

Κόλουρος, ου, ὁ ϗ ἡ, cauda mutilus; (2) circuli duo in doctrina ſphærica, ſecantes ſe mutuo in polis mundi, & per puncta æquinoctialia & ſolſtitialia tranſeuntes, ita dicti, quod eorum pars, ſ. cauda quaſi, ſemper ſub horizonte lateat. Ex κόλος, & οὐρά.

Κόλουσις, εως, ἡ, truncatio, amputatio, decurtatio. A κολούω. Unde &

Κόλουσμα, ατος, τὸ, decurtatum fragmentum reciſum & detruncatum, Heſ.

ΚΟ'ΛΟΙΤΕΑ, ας, ἡ, colutea, arbor.

ΚΟΛΟΥ'Ω, fut. ούσω, decurto, amputo, trunco, imminuo, retundo. Κολούειν ἀξίωμα, Plut. Τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολουμένος, Epigr.

ΚΟΛΟΦΩ'Ν, ῶνος, ὁ, faſtigium, apex; (2) ſumma manus, finis. Aſiæ minoris olim civitas potens.

Κολοφώνιος, ία, ίον, Colophonius.

Κολοφωνία, reſina, Gl. V. Κολοφωνία πίσσα, Colophonia pix. A κολοφών.

Κολπίας, ου, ὁ, ſinuatus. A κόλπος.

Κολπίζω, f. ίσω, ſinuo. Ab eod.

Κολποειδῶς, in formam ſinus.

ΚΟ'ΛΠΟΣ, ου, ὁ, ſinus, gremium. Hinc

Κολπόω, ῶ, f. ώσω, in ſinus contraho, ſinum efficio.

Κόλπω, gen. ſing. *Dor.* pro κόλπου.

Κολπώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſinuoſus. Ab eod.

Κόλπωμα, ατος, τὸ, ſinuatum, ſinuato volumine collectum.

Κόλπωσις, εως, ἡ, ſinuatio, in ſinum collectio.

Κολπωτὸς, ἡ, ὸν, ſinuatus. A κολπόω.

ΚΟ'ΛΥΘΡΟΝ, τὸ, colythrum, planta.

Κολυμβὰς, άδος, ἡ, urinatrix, natatrix; (2) oliva in muria natans, quæ & νηκτρὶς & φθινοπωρὶς, dicitur.

ΚΟΛΥΜΒΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, nato; (2) urinor, aquas ſubeo. Ἐκέλευσε τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾷν, Act. 27, 4. Hinc

Κολυμβήθρα, ας, ἡ, locus, ubi natare poſſumus, piſcina; (2) baptiſterium.

Κολυμβητὴς, οῦ, τὸ, natator, urinator.

Κολυμβητικὸς, ἡ, ὸν, natandi peritus.

Κολυμβὶς, ίδος, ἡ, urinatrix; (2) avis quædam. Ab eod.

Κόλυμβος, ου, ὁ, urinator; (2) natatio; (3) avis quædam. Ab eod.

ΚΟΛΥΤΤΕ'Α, ας, ἡ, Colytea, arbor.

ΚΟΛΧΙΚΟ'Ν, οῦ, τὸ, Colchicum, herba venenata.

Κολῳάω, ῶ, tumultuor, do turbas; (2) vociferando perſtrepo, more graculorum garrio. Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς, ἐκολῴα, Il. 2, 212. A κολοιός.

Κολώνη, ης, ἡ, collis, tumulus, locus editus; (2) montium faſtigium. A

ΚΟΛΩΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, idem.

Κολωνοειδὴς, ὲς, collis figuram habens.

Κολῳϊὸν, οῦ, τὸ, id. quod κολῳὸς, Heſ.

Κολῳδὸν, ου, τὸ, idem quod κολῳὸς, Heſ.

Κολῳὸς, οῦ, ὁ, tumultus, perturbatio. A κολοιὸς, *graculus*, quia graculi gregatim cum magno ſtrepitu ac garritu volant.

Κόμαιθος, ου, ὁ ϗ ἡ, flavam habens cæſariem. Ex κόμη, & αἶθος, *flamma*.

Κόμαρον, τὸ, fructus arbuti; (2) arbutum.

ΚΟ'ΜΑΡΟΣ, ου, ὁ ϗ ἡ, arbutus, *Angl.* *The* Straberry Tree.

Κομαροφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui arbutis veſcitur.

Κομάσαι, 3. ſing aor. 1. opt. act. *Dor.* pro κομήσαι A

Κομάω, ῶ, f. ήσω, comatus ſum; comam alo; (2) abundo, ornatus ſum; (3) effero me, glorior & me jacto, magnifice de me ſentio; ſuperbio; κομόωντες, *Poët.* pro κομῶντες, κομάοντες, comantes, part. præſ. κομόωσι *Poët.* pro κομῶσι, κομάουσι, 3. pl. præſ. ind. ſibi placent, gloriantur. Ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, 1 Cor. 11, 14. Εἰπέ μοι ἐπὶ τῷ κομᾷς, ϗ κομψὸς εἶναι προσποιεῖς, Ariſt. Veſp. 1306. A κόμη.

Κομβολύτης, ου, ὁ, marſupiorum amputator, Heſ. Ex κόμβος, & λύω, *ſolvo*.

ΚΟ'ΜΒΟΣ, ου, ὁ, nodus, in culmis & arundine; (2) ad ornatum in veſtitu; (3) marſupium. Hinc

Κομβόω, ῶ, f. ώσω, nodo, necto, Gl. Vet. (2) κομβώσασθαι, veſtiri, Heſ.

Κόμβωμα, ατος, τὸ, veſtitus, amictus, Heſ. (2) ornamentum, Suid. A κομβόω.

Κομείτην, 3. dual. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐκομείτην. A

ΚΟΜΕ'Ω, ῶ, curo, curam gero; (2) nutrio, alo; κομέεσκε, curabat, imperf *Ion.* pro ἐκόμεε, ἐκόμει. Κύνα καρχαρόδοντα κομεῖν, Heſiod. Ἔργ. 622.

ΚΟ'ΜΗ, ης, ἡ, coma, compta hominis cæſaries & curioſius culta; (2) coma, i. e. frondes arbores, herbarum, &c.; (2) herba quædam.

Κομήτης, ου, ὁ, comans, comatus, crinitus; ſc. ἀστὴρ, Cometa, ſtella comata. A κομάω.

Κομιδὴ, ῆς, ἡ, cura, curatio, qua alicujus rei cura geritur; (2) portatus, vectio, vectura; (3) advectio, importatio; (4) acceſſio; (5) recuperatio alicujus rei. A κομίζω.

Κομιδῇ, *Adv.* perquam, valde, admodum, nimis, oppido, Dat. adv. a κομιδή.

Κομιεύμεθα, 1. pl. f. 1. ind. med. *Ion. Dor.* & *Att.* pro κομισόμεθα, a κομίζω.

Κομίζω, curo, gero, alo, foveo; (2) porto, fero, apporto, adveho; (3) duco, deduco; (4) effero, ſc. ſepeliendi cauſa. At *in med.* etiam accipio, recipio, fero, velut præmium conſequor; (2) ſumo mihi, ut pœnam ex aliquo; (3) recipio me, revertor; (4) proficiſcor, f. 1. κομίσω, & κομίσομαι, *Attice* κομιοῦμαι, κομιεῖ, recipies, auferes; κομισθεὶς, a. 1. paſſ. portatus, vectus. Κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν, ὡς ἴδω, Soph. Aj. 530. Κομιούμεθα παντὶ τρόπῳ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν, Ariſt. Av. 556. Τὸ ζῶον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν, ϗ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται, Eur. Hipp. 436.

Κομίξαι, a. 1. inf. act. *Dor.* pro κομίσαι.

Κομιοῦμαι, f. 1. ind. med. *Att.* pro κομίσομαι.

Κομίσαντο, 3. pl. aor. 1. ind. med. *Ion.* pro ἐκομίσαντο.

Κομίσηται, 3. ſ. aor. 1. conj. med.

Κομιστὴ, ῆς, ἡ, commeatus, cibus, Heſ. A κομίζω.

Κομιστὴρ, ῆρος, ὁ, portator, bajulus; (2) deductor. Ab eod.

Κομιστὴς, οῦ, ὁ, curator. Ab eod.

Κομίστρια, ας, ἡ, curatrix. A κομιστής.

Κόμιστρον, ου, τὸ, præmium, quod datur portatori. A κομίζω.

Κομιῶ, f. 1. ind. act. *Att.* pro κομίσω.

Κόμμα, ατος, τὸ, ſegmen, fragmentum; (2) inciſum, inciſio; (3) pars periodi; (4) nota, ſ. ſignum, nummo impreſſa. A κόπτω.

Κομματικὸς, ὴ, ὸν, commaticus, commatis & inciſis conſtans, in quo crebra ſunt inciſa ſeu commata. A κόμμα.

Κομματικῶς, crebris commatibus.

Κομμάτιον, ου, τὸ, parvum ſegmentum, Dim. ap. Sch. Com. κομμάτιον χοροῦ.

ΚΟ'ΜΜΙ, τὸ, gummi. Nomen indeclinab. (2) *in ſpecie* gummi Arabicum.

Κομμιδώδης, ου, ὁ καὶ ἡ, gummoſus; gummi referens. A præc.

Κομμίζειν, gummi ſpeciem præbere. A κόμμι.

Κομμιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, gummoſus, gummi referens. Ab eod.

Κομμὸς, οῦ, ὁ, planctus, plangor. A κόπτομαι, *plango*.

ΚΟΜΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, ornatus nimis accuratus & ſupervacaneus; nitor fucatus & adſcititius, fucus, mangonium.

Κομμόω, ῶ, f. ώσω, ornatum curioſiorem adhibeo, fuco proprie & tropice; unde κομμοῦν, inf. præſ. & κομμῶσαι, a. 1. κομμωθεῖσα, a. 1. paſſ. ornata. A κομμός. Hinc

Κόμμωμα, ατος, τὸ, id, quod ad corpus mangonizandum adhibetur; (2) cultus muliebris exquiſitior; (3) ornatus orationis exquiſitior, & fere in deteriorem partem.

Κόμμωσις, εως, ἡ, ornatus & cultus corporis, orationiſve exquiſitior & mollior.

Κομμωτὴς, οῦ, ὁ, mangonizandi corporis artifex; mango. Ab eod. Hinc

Κομμωτίζω, f. ίσω, curioſius orno.

Κομμωτικὸς, ὴ, ὸν, aptus ad formæ lenocinia; (2) ad cultum exquiſitiorem pertinens; (3) tropice κομμωτικοὶ dicuntur in oratione omni modo ornatum exquiſitum captantes, & talis oratio κομμωτική.

Κομμωτικῶς, *Adv.* nimis compte.

Κομμώτρια, ας, ἡ, ornatrix.

Κομμωτρίδιον, ου, τὸ, calamiſtrum, ſ. aliud aliquod inſtrumentum aut medicamentum, quo crines ornantur. Ab eod.

Κομοτροφέω, comam alo. Ex κόμη, & τρέφω.

Κομόωντι, 3. plur. præſ. ind. act. *Dor.* pro κομῶσι, a κομάω.

Λῆμμα, ατος, τὸ, acceptum, ſumptio, res, quæ accipitur; (2) munus, quo quis corrumpitur; (3) lucrum, redditus, qui alicunde capitur, ſ. honeſte, ſive turpiter; (4) redditus, obventio; (5) ſumptio, adſumptio, *apud dialecticos*; (6) major propoſitio *apud eoſdem*; (7) titulus & argumentum ejus, quod tractatur; (8) apophthegma. A λαμβάνω.

Λημματικὸς, ἡ, ὸν, occaſione apte & dextre utens. A pr.

Λημμάτιον, τὸ, propoſitiuncula, Dim.

Λήμνιος, ια, ιον, Lemnius; (2) maximus, *de malo aliquo*. A Λῆμνος, *Lemnus*, inſula.

ΛΗΜΝΙ'ΣΚΟΣ, lemniſcus, faſciola e corona dependens; (2) linamentum oblongum, quod vulneri inditur.

Λημνόθεν, ex Lemno. A Λῆμνος.

Λῆμνος, ου, ἡ, Lemnus, inſula Vulcano ſacra.

Λῆναι, ῶν, αἱ, Lenæ, Bacchæ, mulieres bacchantes; (2) Nymphæ, torcularium præſides. A ληνός. Unde

Ληναΐζω, e Baccho furo, de Poëtis dicitur, in Bacchum carmen ſcribo, &c.

Ληναϊκὸς, ἀγὼν, ludi Baccho Lenæo ſacri.

Λήναιον, ου, τὸ, plur. Λήναια, Lenæa. Lenæum, feſtum in honorem Bacchi agitari ſolitum. A ληναῖος.

Ληναῖος, Lenæus Bacchus.

Ληναΐτης, ου, ὁ, ut Ληναΐτης ἀγὼν, ludi Baccho Lenæo ſacri.

Ληναιὼν, ῶνος, ὁ, menſis, in quo feſtum Lenæum in honorem Bacchi agitabatur. Quibuſdam idem eſt, qui Januarius noſter. A ληνός.

Λῆνις, ιδος, ἡ, eadem quæ ἰσοπίδη, ſcribitur etiam λῆνις, male, *Ern.*

Ληνοβάτης, ου, ὁ, calcator, torculator. Gl V. Ex ληνὸς, & βαίνω, *calco.*

ΛΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, lacus præli torcularii, ubi uvæ exprimuntur, torcular; (2) lacus ſ. concavus locus in prato; (3) alveus, in quo farina ſubigitur; (4) locus concavus in curru, quo ab aurigis reponebantur ſcuticæ; (5) mali nautici receptaculum; (6) canalis, aqualiculus; (7) ecclesia, *met.*

ΛΗ῀ΝΟΣ, εος, τὸ, lana.

Λῆξαν, 3 pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔληξαν, a λήγω.

Λήξεια, a. 1. opt. act. *Æol.* pro λήξαιμι.

Ληξιαρχικὸν, οῦ, τὸ, ſ. βιβλίον, liber, in quem puerorum nomina inſcribebantur, qui jam ſuæ tutelæ facti erant. A

Ληξίαρχοι, ων, οἱ, magiſtratus Athenis, qui pueros ſuæ tutelæ factos in ληξιαρχικὸν inſcribebant. Ex λῆξις, & ἄρχων.

Ληξιπύρετος, ου, ὁ ϗ ἡ, faciens ceſſare febrem.

Λῆξις, εως, ἡ, ſortitio; (2) ſors, id, quod ſortitione obtingit; (3) conditio; (4) hereditas; (5) ceſſatio; (6) regio, locus; (7) culmen, faſtigium. A λήχω, pro λαγχάνω, *ſortior,* vel λήγω, *deſino.*

Ληπτέος, έα, έον, capiendus, petendus, ſumendus. Hinc ληπτέον, capiendum, ſumendum, incipiendum eſt. A λαμβάνω.

Ληπτὴς, οῦ, ὁ, acceptor, qui capit, prehendens. Ab eod.

Ληπτικὸς, ἡ, ὸν, ad capiendum ſ. accipiendum proclivis. Ab eod.

Ληπτὸς, ἡ, ὸν, captus; (2) perceptus; (3) qui capi aut percipi poteſt. Ab eod.

Ληραίνω, nugor, deliro, ineptio. A λῆρος.

Ληρέω, ῶ, deliro, nugor, ineptio. Τὸ γὰρ νοσοῦντι ληρεῖν, ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος, Soph. Trach. 442. Λῆρον ληρεῖς, Ariſt. Plut. 516. A λῆρος.

Λήρημα, ήματος, τὸ, nugæ, deliramentum. A ληρέω.

Λήρησις, εως, ἡ, idem.

Ληρολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, nugator. Ex λῆρος, & λόγος.

ΛΗ῀ΡΟΣ, ου, ſeu pl. λῆροι, ων, οἱ, nugæ, ineptiæ, res nullius pretii, res vana, deliramentum; (2) nugax, nugator, vaniloquus.

Ληρῳδέω, ῶ, f. ήσω, nugor, deliro. Ex λῆρος, & ᾠδὴ, *cantus.*

Ληρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, nugatorius, nugax. A λῆρος.

Ληρῳδία, ἡ, nugæ.

Ληρωδῶς, inepte, nugatorie.

Λῇς, 2. ſing. pr. conj. act. *Dor. & contr.* pro λάῃς, ſ. λᾷς, vel *Dor.* pro θέλῃς, a λάω, vel θέλω.

Λήσεις, 2. ſ. f. 1. ind. act. verbi λήθω.

Λησιπαίγμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui ludi oblivionem inducit. *Epith.* Bacchi. al. λυσιπαίγμων. Ex λήθω, & παῖγμα.

Λῆσις, εως, ἡ, voluntas. electio. A λῶ, *volo.*

Λησμονὴ, ῆς, ἡ, oblivio, Gl. V. A λήσμων.

Λησμοσύνη, ης, ἡ, oblivio. A λήσμων.

Λήσμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, obliviosus, immemor. A

Λήσομαι, f. 1. ind. med. v. λήθω.

ΛΗ῀ΣΟΣ, ου, ὁ, ſtella ſplendida in ſpina ſcorpionis, Heſ.

Λῃστάρχης, ου, ὁ, princeps latronum. Ex λῃστὴς, & ἀρχή.

Λῄσταρχος, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Λῃστεία, ας, ἡ, latrocinium. A

Λῃστεύω, fut. εύσω, latrocinor, prædor, prædonem ago, ex rapto vivo, prædando infeſto, vaſto, corrumpo. Κώμαις τε ϗ ἀγροῖς ἐπιτρέχων ἐλῄστευεν, Herodian. A λῃστής.

Λῃστήριον, ου, τὸ, prædonum receptaculum; (2) prædonum agmen; (3) latrocinium. Ab eod.

Λῃστὴς, οῦ, ὁ, latro, prædo, prædator, pro ληϊστής, a λεία, *præda.*

Λῃστικὸς, ἡ, ὸν, prædatorius, ex rapto vivens. Hinc τὸ λῃστικὸν, οῦ, ſc. σύστημα, agmen prædonum. A λῃστής.

Λῃστικῶς, more prædonum.

Λῆστις, εως, ἡ, oblivio, Eur. C. 171. A λήθω.

Λῃστοκτόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, prædonum interfector. Ex λῃστὴς, & κτείνω.

Λῃστὸς, ἡ, ὸν, qui prædando captus eſt, vel capi poteſt. A λῃίζω.

Λῃστοτροφέω, e præda alo. Ex τροφή.

Λῃστρικὸν, οῦ, τὸ, prædones, vel prædonum agmen. A λῃστής.

Λῃστρικὸς, ἡ, ὸν, prædatorius. Ab eod.

Λῃστρικῶς, *Adv.* prædonum more.

Λῃστρὶς, ίδος, ἡ, prædatoria, prædatrix. A λῃστής.

Λησῶ, f 1. ind. act. *Dor.* pro λήσω, a λήθω.

Λητάρχος, ὁ, ſacerdos publicus, ap. Lyc. Ex λήϊτον, & ἀρχή.

Λητογένεια, ἡ, filia Latonæ.

Λητογενὴς, ὲς, Latona natus.

Λητοΐδης, Latonæ filius. A

Λητὼ, όος, *contr.* pro οῦς, ἡ, Latona.

Λητωῒς, ίδος, ἡ, filia Latonæ; ut Λητωῒς κούρη, Diana.

Λητῷον, τὸ, templum Latonæ.

Λητῷος, ου, ὁ, Latonius.

Ληφθεὶς, a. 1. part. paſſ. verbi λαμβάνω.

Ληφθήτω, 3. ſing. a. 1. imper. paſſ.

Λήψεσθε, 2. pl. f. 1. ind. med.

Λῆψις, εως, ἡ, acceptio; (2) captura, prehenſio, captio; (3) ſumptio; ſeu adſumptio apud Dialecticos. A λαμβάνω.

Λήψομαι, 1. ſing. f. v. λαμβάνω, pro λήβω.

Λήψονται, *accipient,* 3. pl. f. ejuſd.

Λι, in compoſitione eſt pro λίαν.

ΛΙΑ'ΖΩ, f. άσω, agito, jacto, turbo; (2) admodum propero, magnam adhibeo diligentiam; (3) ſeparo; & (4) λιάζομαι, ſeparo me, ſecedo; (5) egredior, exeo; (6) abeo, diſcedo; (7) eo, venio; (8) inclino, demitto me; (9) coëo, claudo me. Οἱ δ᾽ ὅσα γραίνης οὐγάλιμα χουμάδος ναῦται λίαζον, ſolvebant, Lyc. 20. Ἐπειδὴ πρός σ᾽ ἐλιάσθην, exii, Eur. Hec. 99. Ἀμφὶ δ᾽ ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης, Il. 24, 96.

ΛΙ'ΑΝ, *Adv.* valde, admodum.

Λιανθὴς, ὲς, valde floridus, pulcherrimus. Ex λίαν, & ἀνθὲς.

Λιαρὸς, ρὰ, ρὸν, tepidus, egelidus, calidus, ſuavis, placidus, pro χλιαρὸς. A χλιαίνω.

Λίασμα, τὸ, fomentum, medicamentum tepidum. Pro χλίασμα. Ab eod.

Λιασθεὶς, part. aor. 1. paſſ. verbi λιάζω.

Λιβάδιον, ου, τὸ, locus irriguus, pratum, centaurium minus, herba. A λιβάς.

Λιβάζω, f. άσω, ſtillo, gutto. Ab eod.

Λιβανικὸς, ἡ, ὸν, thureus, thus referens.

Λιβάνινος, thurinus, Gl. V. A λίβανος.

Λιβανοκαΐα, ας, ἡ, q. d. uſtio thuris, Ph. λιβανοκαΐα, atthuratio. A καίω.

Λιβανόμαντις, εως, ὁ ϗ ἡ, qui e thure incenſo vaticinatur.

ΛΙ'ΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, thus; at proprie (2) arbor thurifera, reperitur etiam τὸ λίβανον, & λιβάνη, ſed ap. recentiores; (3) Libanus, mons Syriæ.

Λιβανοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, thuriferus. A φέρω.

Λιβανόχροος, *contr.* λιβανόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, qui thureo colore eſt. Ex λίβανος, & χρόα.

Λιβανώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, thureus, thus referens, thuris modo odoratus. A λίβανος.

Λιβανωτίζω, f. ίσω, thus aduleo. A λιβανωτός.

Λιβανώτινος, ἡ, ὸν, e thure factus.

Λιβανώτιον, ου, τὸ, thuſculum, Gl. V. Dim.

Λιβανωτὶς, ίδος, ἡ, roſmarinus. A λίβανος, quoniam radix ejus thus redolet.

Λιβανωτὸν, οῦ, τὸ, thus, liquor arboris thuriferæ. Ab eod.

Λιβανωτοπωλέω, ῶ, f. ήσω, thus vendo. A

Λιβανωτοπώλης, ου, ὁ, qui thus vendit.

Λιβανωτὸς, οῦ, ὁ, thus; (2) thuribulum. A λίβανος.

Λιβανωτοφόρος, ὁ ϗ ἡ, thurifer. A φέρω.

Λιβανωτρὶς, ίδος, ἡ, planta thurea. A λιβανωτός.

Λιβὰς, άδος, ἡ, gutta, liquor, uligo.

Λίβηθρον, ου, τὸ, aquæ ductus, foſſa. A λείβω.

Λιβηρὸς, ρὰ, ρὸν, humidus, ſtillans. Ab eod.

Λιβόνοτος, ου, ὁ, Libonotus, ventus inter Africum & Auſtrum ſpirans. Ex λίψ.

Λίβος, εος, τὸ, gutta, ſtilla, ſtillatio humoris ex oculis; (2) libum, ap. Athen. Vox Lat. A λίβω.

Λιβοφοῖνιξ, ὁ, Carthaginienſis.

Λιβρὸς, ρὰ, ρὸν, humidus; (2) tenebroſus, niger. Ab eod.

Λιβύη, ης, ἡ, Lybia, regio Africæ, Africa.

Λιβυκὸς, ἡ, ὸν, Africus, Punicus, Libycus.

Λιβυρνὶς, ίδος, ἡ, Liburnica navis.

Λίβυρνον, ου, τὸ, Liburnum, ſpecies navigioli.

Λίβυς, βυος, ὁ, Libycus, Africus, Africanus, Punicus.

Λίβυσσα, ης, ἡ, Libyca, Punica; (2) femina e Libya.

Λιβυστικὸς, ἡ, ὸν, Libycus.

Λιβυστὶς, ίδος, ἡ, Libyca.

Λίβω, libo, ſtillo, Heſ. A λείβω.

Λίγα, *Adv.* ſtridule, argute. Pro λιγέα, a λιγύς.

Λιγαίνω, ſtridulum & argutum ſono; clare prædico. A λιγύς.

Λιγγούριον, τὸ, electrum, lincurius.

ΛΙ'ΓΓΩ, ſtrideo, ſtrido, ſtridorem edo; præſupponitur, ut hinc ſit Homericum λίγξε, a. 1. Λίγξε βιὸς, Il. 4, 125.

ΛΙΓΔΗΝ, *Adverb.* ſtrictim; in ſuperficie tantum, non profunde; (2) leviter.

ΛΙΓΔΟΣ, ου, ὁ, pila, mortarium; (2) fornacula, in qua metalla conflantur.

Λιγέα, nom. plur. n. g. a λιγύς.

Λιγεᾶν, gen. pl. f. g. *Dor.* pro λιγειῶν.

Λιγείῃ, dat. ſ. f. g. *Ion.* pro λιγείᾳ.

Λιγέως, *Adv.* ſtridule. A λιγύς.

Λίγνα, τὰ, veſtis partes quædam interiores, Pollux. At Ph. λίγνον, bandum.

Λιγνυόεις, όεσσα, όεν, fuliginoſus. A λιγνύς.

ΛΙΓΝΥ'Σ, ύος, ἡ, fuligo; (2) fumus; (3) flamma. Hinc

Λιγνυώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, fuliginoſus.

Λιγνατὸς, pingui ſimilis; λιγνατὰ, Nicand. ubi Schol. λιπώδη.

Λίγξε, *ſonuit,* 3. ſing. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔλιγξε a verbo λίγγω, *ſono, ſtrideo.* Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ᾽ ἴαχεν, ἆλτο δ᾽ οἰστὸς, Hom. Il. 4, 125.

Λιγυηχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſtridulum ſeu canorum reſonans, argutum tinniens. Ex λιγὺς, & ἠχέω, *ſono.*

Λιγύθροος, *contr.* λιγύθρους, ου, ὁ ϗ ἡ, argutum ſonans. Ex λιγὺς, & θρόος, *ſonus.*

Λιγύμολπος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſuaviter canens Ex λιγὸς, & μέλπομαι, *cano.*

Λιγύμυθος, ὁ ϗ ἡ, qui ſtridula voce loquitur.

Λιγυπνείων, οντος, ὁ, dulce ſpirans, argutum ſeu ſtridulum flatu ſonum reddens. Ex λιγὺς, & πνείω, pro πνέω, *ſpiro.*

Λιγύπνοος, λιγύπνους, ου, ὁ ϗ ἡ, ſtridulum, i. e. leniter, flans. Ex λιγὺς, & πνοή.

Λιγυπτέρυγος, ον, alis ſtridens. A πτέρυξ.

Λιγυρίζω, fut. ίσω, argute & concinne cano. A λιγύς.

Λιγυρία, ας, ἡ, Liguria. A Λίγυς.

Λιγύριον, ου, τὸ, lyncurius, lapis.

Λιγυρόθροος, *contr.* λιγυρόθρους, ου, ὁ ϗ ἡ, argutum ſonans. Ex λιγυρὸς, & θρόος.

Λιγυρόπνοος, *contr.* λιγυρόπνους, ου, ὁ ϗ ἡ, ſtridulum ſpirans. Ex λιγυρὸς, & πνέω.

Λιγυρὸς, ρὰ, ρὸν, ſtridulus, argutus, argutum ſtridens; (2) canorus; (3) jucundus. A λιγύς.

Λιγὺς, εῖα, ὺ, idem. A λίγγω.

ΛΙ'ΓΥΣ, υος, ὁ ϗ ἡ, Ligur.

Λιγυστικὸς, ἡ, ὸν, Liguſticus. A Λίγυς.

Λιγυστὶς, ίδος, ἡ, femina Liguſtica.

Λιγυφθόγγοισι, dat. pl. *Ion.* pro λιγυφθόγγοις.

Λιγύφθογγος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſtridulam & ſuavem vocem habens, argutus.

Λιγύφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex λιγὺς, & φωνὴ, *vox*. Hom. Il. 19, 350.

Λιθάζω, f. άσω, proprie in lapidem convertor; (2) lapido, lapidibus obruo, λιθάσαντες τὸν Παῦλον, Act. 14. 19. Ἐλιθάσθησαν, Heb. 11, 37. Λιθασθῶσιν, Act. 5, 26. A λίθος.

Λίθαξ, ακος, ὁ, vel ἡ, lapillus; (2) locus aſper; (3) petra lubrica vel aſpera; (4) *Adject.* lapidoſus. Ab eod.

Λιθάργυρος, ου, ἡ, ſpuma argenti; (2) medicamentum metallicum.

Λιθαρίδιον, ου, τὸ, lapillus, gemma, Gl. V. Dim. A ſeq.

Λιθάριον, ου, τὸ, lapillus, Ph. λιθάριον, gemma, Dim. A λίθος.

Λιθὰς, άδος, ἡ, lapillus, lapis. Ab eod.

Λιθάσας, a. 1. part. act. verbi λιθάζω.

Λιθασθῶσιν, 3. pl. aor. 1. conj. paſſ. cum ν ἐφελκ.

Λιθαστὴς, οῦ, ὁ, lapidator, Ph. A λιθάζω.

Λιθάσωσιν, 3. pl. a. 1. conj. act.

Λιθεῖος, εία, ειον, vel λίθειος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapideus, ſaxeus. A λίθος.

Λίθιος, ία, ιον, vel λίθιος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.

Λιθία, ſ. λιθεία, ἡ, copia lapidum, lapides.

Λιθιακὸς, unde λιθιακὰ, τὰ, liber de lapidibus. A λίθος.

Λιθίασις, εως, ἡ, calculi generatio in veſica, Gl. V. calculoſitas; (2) morbus oculorum in exteriori palpebrarum parte. A

Λιθιάω, ῶ, fut. άσω, calculo laboro, Part. λιθιῶν, calculoſus, Ph. A λίθος.

Λιθίδιον, ου, τὸ, lapillus, Dim. A λίθος.

Λίθινος, ίνη, ινον, vel λίθινος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapideus, ſaxeus. Ab eod.

Λιθίνως, *Adv.* ad inſtar lapidis vel ſaxi.

Λιθὶς, ίδος, ἡ, lapillus, parvus lapis, Dim.

Λιθόβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapidibus petitus, ſ. impetitus, lapidatus, lapidibus obrutus. Ex λίθος, & βάλλω, *jacio*.

Λιθοβολέω, ῶ, f. ήσω, lapidibus peto, lapidibus obruo. Λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, Luc. 13, 34. Ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι, Joan. 8, 5. Λιθοβοληθήσεται, Heb. 12, 20.

Λιθοβολία, ας, ἡ, lapidatio. A

Λιθοβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapidibus jaculans, lapidibus impetens. Ex λίθος, & βάλλω.

Λιθογλύπτης, ου, ὁ, lapicida.

Λιθογλυφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, in lapide inſculptus. Ex λίθος, & γλύφω, *ſculpo*. Unde

Λιθογλύφος, ου, ὁ, qui lapides ſculpit, ſtatuarius, ſculptor marmorarius, Ph.

Λιθόδενδρον, ου, τὸ, corallium.

Λιθοδερκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *Epith.* Gorgonis, quaſi lapideo adſpectu, qui vim habeat convertendi in lapides. Ex λίθος, & δέρκω.

Λιθόδερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pelle lapidea tectus, corio duritie ad lapidem accedente munitus. Ex λίθος, & δέρμα, *corium*.

Λιθοδόμητος, ον, e ſaxo ſtructus.

Λιθοδόμος, ου, ὁ, faber, ſ. architectus lapidarius; (2) qui ex lapidibus ædificia ſtruere novit. Ex λίθος, & δέμω, *ædifico*.

Λιθοειδὴς. έος, ὁ καὶ ἡ, lapidis ſpeciem, ſ. formam habens. Ex λίθος, & εἶδος.

Λιθοθλάω, ῶ, lapidem, aut lapide frango. Ex λίθος, & θλάω.

Λιθοκάρδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui lapideo corde eſt. immiſericors, Ex λίθος, & καρδία.

Λιθοκέφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapideum & durum caput habens. Ex λίθος, & κεφαλή.

Λιθοκόλλα, ας, ἡ, glutinum, quo lapides conglutinantur. Ex λίθος, & κόλλα.

Λιθοκόλλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, e lapidibus conglutinatus & compactus; (2) cui lapides pretioſi adglutinati ſunt; (3) gemmis & lapidibus diſtinctus ac picturatus.

Λιθοκοπία, ας, ἡ, ictus lapide factus, Suid. ἡ ἐκ λίθων βολὴ, percuſſio quæ fit lapidibus conjectis. A

Λιθοκόπος, ου, ὁ, lapicida. Ex κόπτω.

Λιθολευστέω, lapido.

Λιθολεύστης, ου, ὁ, lapidator. A λιθολεύω.

Λιθόλευστος, ὁ καὶ ἡ, lapidibus obrutus, lapidatus; (2) per lapidationem factus. Λιθόλευστος Ἄρης, Soph. Aj. Ab eod. Hinc

Λιθολευστῶ, lapido, Guil. Bud.

Λιθολεύω, lapido, Vet. Lex.

Λιθολογέω, ῶ, fut. ήσω, lapides lego, ſeu operi faciendo idoneos lapides ſeligo. A λιθολόγος, Hinc

Λιθολόγημα, ατος, τὸ, ædificium ex lectis lapidibus exſtructum; ſtrues lapidum.

Λιθολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui lapides legit, ſ. colligit, ſ. ſeligit, operi faciundo idoneos. Ex λίθος, & λέγω.

Λιθομυλία, ἡ, lapides molares, ſaxa, cæmenta. Ex λ. & μύλη.

Λιθόξεστος, ον, e lapide ſcalptus.

Λιθοξοεῖον, είου, τὸ, lapicidina, Gl. Vet. Ex λίθος, & ξέω, *polio*.

Λιθοξοϊκὸν ἐργαλεῖον, inſtrumentum radendis aut ſcalpendis lapidibus idoneum. A

Λιθοξόος, ου, ὁ, qui lapides ſcalpit, ſ. polit, aut radendo complanat. Ex λίθος, & ξέω.

Λιθοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, calculum gignens, ſaxificus. Ex λίθος, & ποιέω.

Λιθοπρίστης, ου, ἡ, ſerrarius lapidarius, Gl. V. Ex λίθος, & πρίω, *ſerra ſeco*.

Λιθόρρινος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapidea pelle tectus, corio fere lapideo munitus, *Epith.* teſtudinum. A ῥινός.

ΛΙ'ΘΟΣ, ου, ὁ, vel ἡ, lapis, ſaxum; (2) lapis pretioſus, gemma.

Λιθοσόος, vel λιθοσσόος, ου, ὁ, lapidum jactu fugans; (2) lapidator, lapides jaciens. Ex λίθος, & σόω.

Λιθοσπαδὴς, ὲς, lapide ſtructus. A σπάω.

Λιθόσπερμον, ου, τὸ, Lithoſpermum, herba, quæ ſic dicitur ob ſeminis duritiem. Ex λίθος, & σπέρμα.

Λιθοστεγὴς, ὲς, lapide tectus, e lapide ſtructus. A στέγος.

Λιθόστρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapidibus ſtratus. Τὸ λιθόστρωτον, *Subſt.* pavimentum teſſellatum.

Λιθοτομεῖον, είου, τὸ, lapicidina, Gl. V. Ex λίθος, & τέμνω.

Λιθοτομέω, lapides exſcindo.

Λιθοτομία, ας, ἡ, lapicidina. A

Λιθοτόμος, ου, ὁ, lapicida, cæmentarius; (2) chirurgus calculum exſcindens. A τέμνω.

Λιθότομος, ου, ὁ, inciſus a lapide. Ex iiſd.

Λιθοτράχηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, duram, rigidam habens cervicem,

Λιθοτριβικὴ, ῆς, ἡ, ſc. τέχνη, ars lapides elaborandi ad operum ornamenta. Ex λίθος, & τρίβω, *tero*.

Λιθουλκέω, lapides traho, extraho. A

Λιθουλκὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, lapides extrahens e lapicidina. Ex λίθος, & ἕλκω, *traho*.

Λιθουργέω, ῶ, f. ήσω, lapides elaboro; (2) in lapidem converto. A λιθουργός.

Λιθουργία, ας, ἡ, opus lapidarium. Ab eod.

Λιθουργικὸς, ὴ, ὸν, lapides incidens. Hinc ἡ λιθουργικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars incidendi lapides. Ab eod.

Λιθούργιον, ου, τὸ, lapicidina. Ab eod.

Λιθουργὸς, οῦ. ὁ καὶ ἡ, qui lapides elaborat, qui lapides ſcalpit & operi aptat; lapidarius, Gl. V. Ex λίθος, & ἔργον.

Λιθοφορέω, ῶ, fut. ήσω, lapides fero, lapides porto, lapides comporto. A

Λιθοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, lapides ferens ſ. portans; λιθοφόρος, ſc. μηχανὴ, catapulta, quæ lapides mittit. Ex λίθος, & φέρω.

Λιθόω, ῶ, fut. ώσω, in lapidem verto ſ. converto, lapidem reddo; λιθόομαι, οῦμαι, lapideſco. A λίθος.

Λιθώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, lapidoſus, ſaxoſus, lapideus, ſaxeus. Ab eod.

Λιθωδία, ας, ἡ, ſaxoſitas, ſaxea durities.

Λιθωμέται, qui ad lapidem in concione jurabant, Heſ. Ex λίθος, & ὄμνυμι, *juro*.

Λίθωσις, εως, ἡ, mutatio in lapidem, ſ. in naturam ſaxeam. A λιθόω.

Λικμάω, ventilo, evanno, ventilabro purgo; (2) cribro. Il. 5, 500. A λικμός.

Λικμήσει, 3. ſing. f. 1. ind. act.

Λικμητὴρ, ῆρος, ὁ, ventilator, qui vanno frumentum purgat. A λικμάω.

Λικμητήριον, ου, τὸ, ventilabrum, vannus, qua frumentum purgatur. Ab eod.

Λικμητρὶς, ίδος, ἡ, qualus, per quem fæx percolatur. Ab eod.

Λικμητὴς, οῦ, ὁ, ventilator. A λικμάω.

Λικμήτωρ, ορος, ὁ, idem & ab eod.

Λικμητικὸς, ὴ, ὸν, ad ventilandum factus.

Λικμίζω, trituro, tero, Heſ. ubi λικμίζει, ἀλοᾷ.

ΛΙΚΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, ventilabrum, vannus.

Λικμοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, vannum ferens; Vid. λικνοφόρος. Ex φέρω.

Λικμώντων, gen. pl. part. præſ. pro λικμαόντων, a λικμάω.

Λικνάριον, ου, τὸ, vannulus, Gl. Vet.

Λικνίζω, vanno, vannio, Gl. V. A λίκνον.

Λικνίτης, ου, ὁ, Bacchi epitheton, ἀπὸ τῶν λίκνων ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται, a cunis, Heſ.

Λικνοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vanno ſimilis; (2) ſordidus. Ex λίκνον, & εἶδος.

Λίκνον, ου, τὸ, vannus; (2) cribrum; (3) cunabulum, Gl. V. cunæ.

Λικνοφορέω, ῶ, vannum geſto. A

Λικνοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui vannum geſtat in Bacchicis ſacris. Ex λίκνον, & φέρω.

Λικριφὶς, *Adv.* oblique, ex obliquo, Hom. Il. 14, 463.

ΛΙΚΡΟΙ', rami cornuum cervorum, Heſ.

Λίκτης, ου, ὁ, linctor, Gl. Vet. E λείχω.

Λιλαίεαι, 2. ſ. præſ. ind. med. *Ion.* pro λιλαίῃ a

ΛΙΛΑΙ'ΟΜΑΙ, cupio, appeto, deſidero. Οὐδέ τι αὐτὸς Ἧσθαι ἐνὶ κλισίῃσι λιλαίομαι, Il. 13, 253. Ὀλοοῖο λιλαιόμενοι πολέμοιο, ib. 3, 133.

Λιμαγχέω, ῶ, inedia neco. Ex λ. & ἄγχω.

Λιμαγχικὸς, ὴ, ὸν, fame vexans.

Λιμαγχονάω, ῶ, fame neco; (2) fame ango & adfligo. Ex iiſd.

Λιμαγχονέω, ῶ, f. ήσω, idem & ex iiſd.

Λιμαίνω, fame laboro. A λιμός.

Λιμακώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, herbidus, humidus. Ex Hippocr. A λείμαξ.

Λιμβρὸς, obſcurus, tenebroſus, Heſ. Suid. A λιβηρός.

Λιμενάρχης, ου, portus, ſ. portuum præfectus, cuſtos, Gloſſ. Vet. portitor. Ex λιμὴν, & ἀρχὴ, *principatus*. Hinc

Λιμεναρχία, ας, ἡ, portus præfectura, cuſtodia.

Λιμενήοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui portum continet. Ex λιμὴν, & ἔχω.

Λιμενίοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui portu continetur. Ex iiſd.

Λιμενίζω, fut. ίσω, recipio, colloco in portu, *paſſ. ſ. med.* ſum in portu. A λιμήν.

Λιμένιον, ου, τὸ, parvus portus, Dim.

Λιμενίσκος, ου, ὁ, porticulus, Gl. V.

Λιμενίτης, ου, ὁ, in portu verſans, qui portum incolit. Fœm. λιμενῖτις. Ab eod.

Λιμενοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, portui ſimilis, portuoſus. Ex λιμὴν, & εἶδος.

Λιμενορμίτης, ου, ὁ, qui ad portum applicat, applicatur. Ex λιμὴν, & ἐνορμίτης.

Λιμενοσκόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, portuum inſpector.

Λιμενοφυλακία, ας, ἡ, portuum cuſtodia. A

Λιμενοφύλαξ, ακος, ὁ, portus ſ. portuum cuſtos. Ex λιμὴν, & φύλαξ.

ΛΙΜΗ'Ν, ένος, ὁ, portus.

Λιμηρὸς, ρὰ, ρὸν, famelicus, fame laborans, pauper. A λιμός.

Λίμνα, *Dor.* pro λίμνη, mare apud Soph.

Λιμνάζω, f. άσω, ſtagno, reſtagno; (2) ſtagnare facio. Λιμνάζει τὰς ἀρούρας, Philo. A λίμνη.

Λιμναῖος, αία, αῖον, paluſter, lacuſter. A λίμνη. At Λιμναῖος, Bacchus. A Λίμναι, loco Atticæ.

Λιμνακὶς, ίδος, ἡ, paluſtris, *Epith.* Nympharum.

Λιμνασία. ἡ, ſtagnatio, ſtagnum. A λιμνάζω.

Λιμνὰς, άδος, ἡ, paluſtris, lacuſtris. A λίμνη.

Λιμνᾶτις, *Dor.* pro λιμνῆτις, paluſtris.

ΛΙ'ΜΝΗ, ης, ἡ, palus, ſtagnum, lacus; (2) mare. At Λίμναι, locus Atticæ.

Λιμνήτης, ου, ὁ, idem quod λιμναῖος.

Λιμνῆτις, νήτιδος, ἡ, paluſtris, lacuſtris.

Λιμνοειδῶς, ſpecie lacus. Ab εἶδος.

Λιμνοθάλαττα, ης, ἡ, lacus ingens, maris inſtar.

Λιμνομάχαι παῖδες, pueri pugilatu certantes in loco, qui Λίμναι dicebatur, Heſ. Ex Λίμναι, & μάχη, *pugna*.

Λιμνόομαι, οῦμαι, in paludem ſ. lacum abeo & exundo, in paludem redundo, aqua ſtagnante repleor. A λιμνη.

Λιμνόστρεα, αν, τὰ, paludis ſ. paludum oſtrea. Ex λίμνη, & ὄστρεον.

Λιμνοστόματος, ον, *Epith.* piſcis paluſtris.

Λιμνουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui circa paludes opus facit. Ex λίμνη, & ἔργον.

Λιμνοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in palude ſ. ſtagno natus. Ex λίμνη, & φύω, *naſcor*.

Λιμνοχαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, paludibus gaudens, qui in eo vivit. Ex λίμνη, & χαίρω. Unde

Λιμνόχαρις, Limnocharis, ranæ nomen in Batrachom. q. d. paludibus gaudens.

Λιμνώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, paludoſus, paluſtris, paludem imitans. A λίμνη.

Λιμοδωριεῖς, qui fame adacti aliquo demigrant, ut Dorienſes e Peloponneſo, qui Rhodum & Cnidum incoluerunt; aut qui relicto Dorio Peloponneſum incoluerunt, Heſ. A λιμὸς. & Δωριεύς.

Λιμοδωριέω, fame compulſus aliquo commigro, V. Lex.

Λιμοθνὴς, ὁ ϗ ἡ, fame mortuus. Ex θνήσκω.

Λιμοκίμβιξ, κος, ὁ, ἡ, τὸ, qui ad famem uſque parcus eſt. Ex λιμὸς, & κίμβιξ.

Λιμοκτονέω, ῶ, fame eneco.

Λιμοκτονία, ας, ἡ, q. d. cædes, quæ fit fame, ſumma fames, ſumma eſuritio; (2) abſtinentia ab omni cibo. A

Λιμοκτόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, fame enecans, famem mortiferam adferens. Ex λιμὸς, & κτείνω.

Λιμόξηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, famelicus, Gl. V. Ex λιμὸς, & ξηρὸς, *aridus*.

Λιμοξήρως, famelice, Ph. A præc.

ΛΙΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, fames.

Λιμοφορεὺς, έως, ὁ, famem afferens. Gen. plur. poet. λιμοφορήων, in Epigr. pro λιμοφορέων. A ſeq.

Λιμοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex λ. & φέρω.

Λιμόψωρος, ου, ὁ, ſtrigoſitas & ſcabies e fame orta, ſive qua homines jumentaque in fame corripiuntur, Suid. Ex ψώρα.

Λιμπάνω, linquo. A λείπω.

Λιμφεύω, ſ. εύσω, fallo. decipio. A λιμφός.

ΛΙΜΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, ſycophanta, delator rerum contra leges commiſſarum, Heſ.

Λιμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, famelicus. A λιμός.

Λιμώττω, eſurio, fame laboro. Ἄσιτος ϗ λιμώττων ἐν αὐτοῖς πολιτεύεται, Luc. Ab eodem.

Λιναγρέτης, ου, ὁ, piſcator. A λίνον & ἀγρ.

Λιναῖος, lino factus, V. Lex. A λίνον.

Λινάριον, ου, τὸ, funiculus, parvum filum, V. Lex. (2) rete, Euſt. Dim. ab eod.

Λίνειος, μίτος, lineum ſtamen, Suid. Ab eodem.

Λίνεος, έα, εον, *contr.* λινοῦς, ῆ, οῦν, lineus. Ab eod.

Λινεργὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, e lino factus. Ex λίνον, & ἔργον.

ΛΙΝΕΥ'Σ, έως, ὁ, mugil, piſcis, Heſ.

Λινίσκος, ου, ὁ, parvum filum lineum, funiculus, V. Dex, Dim. a λίνον.

Λινόδεσμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex lino vinculum habens; (2) vinculum lineum.

Λινόδετος, ου, ὁ ϗ ἡ, lino vinctus. Ex λίνον, & δέω, *vincio*.

Λινόδρυς, herba, quæ alio nomine χαμαίδρυς, triſſago, Dioſc. Ex λίνον, & δρυς.

Λινόζωστις, herba mercurialis, Dioſc.

Λινοθώρηξ, θώρηκος, ὁ ϗ ἡ, lineum thoracem habens.

Λινοκαλάμη, ης, ἡ, lini ſtipula, Joſ. 2, 6.

Λινόκλωστος, ου, ὁ ϗ ἡ, e lino netus. Ex λίνον, & κλώθω, *neo*.

Λινόκρεκος. ου, ὁ ϗ ἡ, e lino textus.

ΛΙ'ΝΟΝ, ου, τὸ, linum, herba quædam. *Angl.* 𝔉𝔩𝔞𝔵. (2) filum lineum; (3) filum quodvis; (4) chorda citharæ; (5) rete; (6) linea piſcatoria; (7) textum e lino; (8) linteum velum.

Λινόπεπλος, ου, ὁ ϗ ἡ, lineam veſtem indutus. Ex λίνον, & πέπλος.

Λινοπληγὴς, ὲς, rete terendo, mordendo, feriendo perrumpens. *Epith.* piſcis. Ex λ. & πληγή.

Λινοπλόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, retia plicans ſ. complicans, piſcator. Gl. V. linarius. Ex λίνον, & πλέκω, *plico*.

Λινοπλύνας, ου, ὁ, q. d. lini lotor. Ex πλύνω.

Λινοποιὸς, οῦ, ὁ, linarius, Gl. V. Ex ποιέω.

Λινοπόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, per linum tranſiens, per velum tranſiens Ex λίνον, & πόρος.

Λινοπτάζω, retia ſpecto, defixos in retia oculos habeo, Heſ. A λινόπτης.

Λινοπτάω, ῶ, & λινοπτάομαι, ῶμαι, retia ſpeculor, retia ſervo. A λινόπτης.

Λινόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, lineas habens alas, i. e. vela. Ex λίνον, & πτέρον.

Λινόπτης, ου, ὁ, qui retia ſpeculatur, ſervat. Ex λ. & ὄπτομαι.

Λῖνος, ου, ὁ, foſſorum & agricolarum cantilena.

Λινόσαρκος, ου, ὁ ϗ ἡ, q. d. lineam, i. e. ex lino carnem habens, tenuis & mollis. Ex λίνον, & σάρξ.

Λινόσπαρτον, ου, τὸ, genus quoddam lini, quo ad ligandum utebantur, Theophr.

Λινόσπερμον, ου, τὸ, lini ſemen, Gl. V. Ex λίνον, & σπέρμα.

Λινοστασία, ας, ἡ, retium collocatio. Ex λίνον, & στάσις.

Λινοστατέω, ῶ, retia pono, ſeu colloco. Et *in paſſ.* λινοστατέομαι, οῦμαι, in retia incido; illaqueor. Ex λίνον, & στατέω.

Λινοστολία, ας, ἡ, amictus lineus. Ex λίνον, & στολή.

Λινόστροφον, ου, τὸ, marrubium, herba, Ph. Ex λίνον, & στρέφω, *verto*.

Λίνουλκος, ὁ ϗ ἡ, e lino ductus ſ. factus, niſi leg. λινουργός *Ern.*

Λινουργεῖον, ου, τὸ, lanificium. A λινουργός.

Λινουργία, ας, ἡ, lini apparatio, confectio. A

Λινουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui linum elaborat, ſ. apparat. Gl. V. lintearius. Ex ἔργον.

Λινοῦχος, ου, ὁ, retiarius, Gl. V. Ex ἔχω.

Λινοφθόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, linum corrumpens. Ex λίνον, & φθείρω.

Λινοχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, lineam veſtem habens.

Λινοχλαίνης, ου, ὁ, idem. Ex λίνον, & χλαῖνα.

Λινόω, ῶ, lino vincio. A λίνον.

Λίνωσις, εως, ἡ, ligatio. A λινόω.

Λίπα, indecl. pingue. A λίπος.

Λιπαίνω, f. ανῶ, pinguefacio, pinguem reddo, paſſ. λιπαίνομαι, pingueſco. a. 1. part. λιπανθεὶς, pinguefactus. Ἣν τίγρων ῥόθος νασμοῖς λιπαίνει, Lyc. 886. Ab eod.

Λιπαράμπυξ, υκος, ὁ ϗ ἡ, pulcro redimiculo ornatus, *Ern.* Θασίαν λιπαράμπυκα, apud Ariſtoph. phialam vino Thaſio quaſi coronatam, plenam

Λιπαραυγὴς, ὲς, ſplendidus. Ex αὐγή.

Λιπαρέω, ῶ, ſ. ήσω, adſiduus ſum, perſevero, adſto; (2) adſidue rogo, flagito, efflagito. Καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν; quid petis? Soph. Oed. Tyr. 1434. Ὅσα νῦν λιπαρεῖς ἐμοῦ μανθάνειν, Xen. A λιπαρής.

Λιπαρέως, ῶ, *Adv.* jugiter, adſidue; (2) flagitanter, ambitioſe, inſtanter. A λιπαρής.

ΛΙΠΑΡΗ'Σ, έος, ὁ ϗ ἡ, adſiduus, ſedulus, qui inſtanter aliquid facit.

Λιπαρητέον, *Adv. poſit.* rogandum eſt, poſtulandum. Τὸ γὰρ μὴ ἀποθανεῖν οὐ φαῦλο λιπαρητέον εἶη, Plat.

Λιπαρία, ας, ἡ, Ion. λιπαρίη, ης, ἡ, adſiduitas, ſedulitas; (2) adſidua obteſtatio. A λιπαρὴς, vel λιπαρός. Unde

Λιπαρία, ας, ἡ, pinguedo, Gl. Vet.

Λιπαρόγεως, ω, ὁ ϗ ἡ, pinguem terram habens. Ex λιπαρὸς, & γῆ.

Λιπαρόζωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, nitidam ac ſplendidam & velut unctam zonam habens, ſplendide cinctus. Ex λιπαρὸς, & ζώνη.

Λιπαροκρήδεμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, pulchram habens vittam. Ex λιπαρὸς, & κρήδεμνον.

Λιπαρόθρονος, ον, pulcram ſedem habens.

Λιπαρόμματος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt nitentibus & pulchris oculis. Ex λιπαρὸς, & ὄμμα.

Λιπαροπλόκαμος, ὁ ϗ ἡ, cui nitida eſt coma.

Λιπαρὸς, ρὰ, ρὸν, pinguis, obeſus, adipoſus, nitidus, unctus; (2) opimus, opiparus, opulentus; (3) pulcher, præclarus, inſignis; (4) beatus, felix; (5) eſt & *Epith.* precum; ambitioſus, vehemens, aſſiduus, ap. *Joſ.* A λίπος.

Λιπαρότης, ρότητος, ἡ, pinguedo, pinguitudo. A λιπαρός.

Λιπαρῶς, *Adv.* adſidue, jugiter; (2) flagitanter, inſtanter orando; pro λιπαρέως, a λιπαρής; (3) pinguiter, nitide; (4) beate, feliciter. A λιπαρός.

Λιπαρόχροος, *contr.* λιπαρόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, nitido corpore præditus. Ex χρόος.

Λιπαρόχρως, ὁ ϗ ἡ, idem.

Λιπαρῶψ, ut λιπαρῶπα τράπεζαν, menſam pinguem. Ex λιπαρὸς, & ὤψ.

Λίπας, πατος, τὸ, Oleum. Τέγγειν τὴν κεφαλὴν, ἐς ἔμψυξιν, λίπαϊ ἐλαίης ὄμφακος τετριμμένης, Aret. De curat. acut. morb. 1, 1.

Λίπασμα, πάσματος, τὸ, res, quæ pinguefacit. A λιπαίνω. Unde

Λιπασμὸς, οῦ, ὁ, pinguefactio, ſaginatio.

Λιπαυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſplendore ſeu lumine defectus, obſcurus. Ex λείπω, & αὐγή.

Λιπάω, ῶ, pingueo, pinguis & obeſus ſum. A λίπος.

Λίπε, 3. ſing. a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔλιπε, a λείπω.

Λιπέειν, a. 2. inf. act. *Poet.* pro λιπεῖν.

Λιπερνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ex agro in urbem fugit; ex divite pauper, Ph. & al. Gl. V. λιπερνῆς, pupillus, orbus. Ex λείπω, & ἔρνος, *planta*, *germen*.

Λιπερνήτης, & λιπερνίτης, ου, ὁ, egenus, mendicus, Lexicogr. Gr. A præc.

Λιπεσάνωρ, ορος, ἡ, maritum deſerens, adultera. Ex λείπω, & ἀνήρ.

Λιπέσθαι, a. 2. inf. med. verbi λείπω.

Λιπήμερος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſtatutum diem deſeruit, qui ſtatuto die non præſto fuit. Ex λείπω, & ἦμαρ, *dies*.

Λιπητὸς, οῦ, ὁ, tempus; quo germinantia ſucco turgere incipiunt. A λιπέω.

Λιπόβιοι, qui vitam deſeruerunt, mortui, Heſ. Ex λείπω, & βίος, *vita*.

Λιποβλέφαρος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui palpebræ deſunt: ap. Nonn. oculo deſtitutus. Ex λείπω, & βλέφαρον.

Λιπόγυιος, ου, ὁ ϗ ἡ, deſtitutus artubus, pedibus, mancus. Ex γυῖον.

Λιπόδερμος, ου, ὁ, cui deeſt præputium, apella, recutitus. Ph. λιπόδερμος, curtus. Ex δέρμα.

Λιπόζυγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui excuſſit jugum, ſolitarius.

Λιποθυμέω, deficio animo. A θυμός.

Λίποι, 3. ſ. aor. 2. opt. act. v. λείπω.

Λίποιεν, 3. pl. aor. 2. opt. act.

Λιπομήτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, qui matrem reliquit.

Λίπον, aor. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔλιπον, a λείπω.

Λιπόναυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, navis deſertor. Ex λείπω, & ναῦς.

Λιπονεὼς, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Λιπόνηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, eximie improbus, inſigniter nequam, Heſ. Ex λίαν, & πονηρός.

Λιπόπνοος, ον, ουν, quem ſpiritus deficit.

Λιπόρρινος, ου, ὁ ϗ ἡ, pelle deſtitutus dura, uvidam & lubricam habens pellem. Ex λείπω, & ῥινός.

ΛΙ'ΠΟΣ, εος, τὸ, pinguedo, adeps, ſebum.

Λιποσαρκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, macilentus. Ex λ. & σάρξ.

Λιπόσαρκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Λιπόσκιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tenebras relinquens, qui umbram ſuam relinquit, clarus, Nonnus. Ex λείπω, & σκιά.

Λιποστέφανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, e corollis ſeu ſertis defluens, ſ. decidens.

Λιποστρατία, ας, ἡ, deſertio militiæ. A

Λιποστράτιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, deſertor militiæ. Ex λείπω, & στρατός.

Λιποταξιέω, ῶ, deſero. A λιποτάξης.

Λιποτάξης, ȣ, ὁ, v. λειποτάξης.

Λιποτάξιον, ȣ, τὸ, v. λειποτάξιον.

Λιποτριχὴς, έος, depilis, cui pili defluunt. Ex λείπω, & θρίξ.

Λιποφεγγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, linquens lucem. Ex λείπω, & φέγγος, lux.

Λιπόφθογγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, quem vox deſtituit, mutus.

Λιποψυχέω, animam efflo. Ex λ. & ψυχή.

Λιπόων, præſ. part. act. *Poët.* pro λιπῶν, *contr.* ex λιπάων, a λιπάω.

ΛΙ'ΠΤΩ, cupio, deſidero, appeto.

Λιπώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, pinguis. A λίπος.

Λίρινος, ίνη, ινον, idem quod λείρινος.

Λιριόεις, όεσσα, όεν, idem quod λειριόεις.

Λίριον, ȣ, τὸ, idem quod λείριον.

Λιρόφθαλμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui oculis eſt impudentibus & audacibus, Suid. Ex λίρος.

ΛΙ'ΡΟΣ, & λῖρος, ȣ, ὁ, vel λιρὸς, ȣ̃, ὁ, impudens, inverecundus, audax, Heſ.

Λῖς, acc. λῖν, leo.

Λὶς, Dat. λιτὶ, Acc. λῖτα, tenue & ſubtile linteum. Vid. λῖτον.

Λὶς, ἡ, lævis, glabra; pro λισσὴ, quod id.

Λίσαι, 2. ſing. aor. 1. imper. med v. λίσσομαι.

ΛΙΣΓΑ'ΡΙΟΝ, ȣ, τὸ, ligo. Schol. Theocriti per hoc exponit vocem σκαπάνη. Et videtur linguæ fuiſſe vulgaris.

Λισπόπυγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, attritas & exiles nates habens. Ex λίσπος, & πυγή.

Λισπόπυξ, idem, ap. Sch. Ariſtoph.

Λίσπος, ſ. λίσπη, attritus, ſ. detritus uſu.

Λισσὰς, άδος, ἡ, lævis, glabra. A λισσός.

Λίσσεσθαι, præſ. inf. med. verbi λίσσομαι.

Λίσσομαι. f. 1. ind. med. *Poët.* pro λίσομαι. A

ΛΙ'ΣΣΟΜΑΙ, ſupplico, ſupplex oro, precor; λισσέσκετο, 3. ſing. imperf. *Ion.* pro ἐλίσσετο. Πρὸς νῦν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν, Soph. El. 430. Οἱ λισσόμεθ' ἐλθεῖν, Eur. Supp. 60.

ΛΙΣΣΟ'Σ, ἡ, όν, lævis, glaber.

Λιστραίνω, complano, fodio.

Λιστρίζω, f. ίσω, idem. A

ΛΙ'ΣΤΡΟΝ, ȣ, τὸ, ſcaphula ſ. ventilabrum ad complanandum ſolum; (2) radula.

Λιστρόω, pavio, complano, æquo. A λίστρον. Hinc

Λιστρωτὸς, ἡ, ὸν, pavitus, complanatus.

Λῖτα, acc. ſing. a λῖς.

Λιτάζομαι, ſupplico, ſupplex oro, Heſ. A λιτή

Λιταίνω, ſupplico. Τέκνον ἐμὸν λιταίνω, Eur. El. 1231. Ab eod.

Λιταῖσι, dat. plur. f. g. *Poët.* pro λιταῖς, a λιτός.

Λιτανεία, ας, ἡ, ſupplicatio.

Λιτάνευε, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐλιτάνευε. A

Λιτανεύω, f. εύσω, ſupplex oro, ſupplico. Κατεδέξατο, ϗ λιτάνευσε Τὰν πομπὰν θάσασθαι, Theoc. 2, 72. A λίσσομαι.

Λιταργίζω, feſtino, celeri gradu proficiſcor. f. λιταργίσω, Att. λιταργιῶ. 1. pl. λιταργιεῦμες, properabimus. Εἶθ' ὅπως λιταργιεῦμεν οἴκαδ' ἐς τὰ χωρία, Ariſt. Pace, 560. A λίταργος.

Λιταργισμὸς, ȣ̃, ὁ, rapidus curſus, fuga. A λιταργίζω.

Λίταργος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, velox, celer, Suid. Quaſi ex λίαν, & ἀργὸς, *celer.*

Λιτάων, gen. pl. *Æol.* pro λιτῶν, a λιταί.

Λιτέσθαι, a. 2. inf. med. verbi λίτομαι.

Λίτη, ἡ, janua, ap. Sch. Ariſt. ſi locus ſanus. *Ern.*

Λιτὴ, ῆς, ἡ, ſupplicatio, ſupplices preces, precatio, obſecratio. Hinc Λιταὶ, ῶν, Deæ præſides ſupplicationum. A λίσσομαι.

Λιτήσιος αὐχὴν, ſupplex cervix, Nonnus. A λιτή.

Λιτόβιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vili & tenui victu vivens. Ex λιτὸς, & βίος, *victus.*

Λιτόβορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tenui & vili victu vivens. Ex λιτὸς, & βορά.

Λιτοδίαιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex λιτὸς, & δίαιτα, *victus.*

Λίτομαι, ſupplico, ſupplex oro. a. 1. ἐλλισάμην, poet. pro ἐλισάμην, a. 2. inf. λιτέσθαι. Τὰς δὲ ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν Ἐλλισάμην, Odyſſ. 11, 36. Πρότερον δή κεν ἔπειτα Δία Κρονίωνα λιτοίμην, ib. 14, 406. A λίσσομαι.

Λῖτον, τὸ, tenue & ſubtile linteum; ut hinc ſit λῖτα apud Homerum in pl. Il. 8, 441. Vid. λῖς. A λιτός.

ΛΙΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, ſimplex, nudus, vilis; (2) tenuis, exiguus; (3) non elaboratus, incultus.

Λιτότης, ητος, ἡ, vilitas, tenuitas, frugalitas, ſimplicitas; (2) Fig. rhetorica, qua res magna modeſtiæ cauſſa extenuatur.

Λιτοφαγία, ἡ, tenuis victus. A φαγεῖν.

Λιτουργὸς, maledicus, maleficus, &

Λιτουργεῖν, maledicere.

ΛΙ'ΤΡΑ, ας, ἡ, libra, pondus duodecim unciarum; (2) numiſmatis genus exigui pretii.

Λιτραῖος, & λιτριαῖος, libralis, Gl. V. A λίτρα.

Λίτρον, ȣ, τὸ, Att. pro νίτρον, nitrum.

Λιτροσκόποι, qui λίτρας ſpeculantur; (2) nummularii, Heſ. fœneratores. Ex λίτρα.

Λιτρώδης, εος, ȣς, ὁ ϗ ἡ, nitroſus. A λίτρον.

Λιτυέρσης, & λιτυέρσας, ȣ, ὁ, foſſorum & agricolarum cantilena.

Λιτῶς, *Adv.* tenuiter, ſuppliciter.

Λιφαιμέω, ῶ, ſanguinem amitto; (2) deficio corpore, Heſ. Ex λείπω, & αἷμα.

Λιχάζειν, per prærupta dejicere, Cretenſibus, Heſ. (2) cupere, Heſ.

ΛΙΧΑΝΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, index digitus; (2) nomen ſonitus harmonici.

Λιχὰς, άδος, ἡ, menſura interſtitii inter pollicem & indicem digitos diſtentos, Pollux. A λιχανός.

Λιχὴν, ῆνος, ὁ, impetigo. Gl. V.

Λιχηνωτὸς, ἡ, ὸν, impetigoſus. Gl. V. Quaſi a λιχηνόω, quod eſſet impetigine afficio.

Λίχμαζον, imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐλίχμαζον, a

Λιχμάζω, f. άσω, lambo, ligurio. Λίχμαζον δ' ἄρα τώγε, Heſ. Ἀσπ. 235. A λείχω.

Λιχμὰς, άδος, ἡ, quæ lambitur ſeu lingitur.

Λιχμάω, ῶ, & λιχμάομαι, ῶμαι, lambo, lingo. Δέρματα ἕψοντες ἐλιχμῶντο, App.

Λιχμήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, exſerta lingua os lingens, Nicand. in Alex. 37. Ab eod.

Λιχνεία, ας, ἡ, liguritio, guloſitas, catillatio.

Λίχνευμα, ατος, τὸ, cupediæ, delicatæ dapes, quibus avido ore inhiamus.

Λιχνεύω, & λιχνεύομαι, ligurio; (2) avide capio. A

Λίχνος, η, ον, qui ita cupediis deditus eſt, ut digitos ſ. catinos lingat, liguritor, catillo, guloſus, avidus. A λείχω.

Λιχνοφιλάργυρος, ȣ, ὁ, guloſus ſimul & avarus. Ex λίχνος, & φιλάργυρος.

Λίχνως, *Adv.* guloſe, avide, voraciter, more catillonum. A λίχνος.

Λὶψ, λιβὸς, ἡ, petra, unde aqua deſtillat, Heſ. (2) gutta, ſtilla.

Λὶψ, λιβὸς, ὁ, Africus ventus.

Λιψουρία, ἡ, defectus urinæ, ap. Æſc. ſed lectio vitioſa videtur.

Λιψύδριον, ȣ, τὸ, locus quidam Atticæ, aqua deſtitutus, ex re nomen habens. Ex λείπω, & ὕδωρ.

Λόβιον, τὸ, gibba pars hepatis, fibra. Dim. a

ΛΟΒΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, ima pars auris; (2) extrema pars hepatis; (3) ſiliqua, leguminum integumentum, quo plura ſimul involvuntur.

Λοβώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſiliquæ ſ. folliculo leguminum ſimilis, ſiliquaceus. A λοβός.

Λογάδες, oculi, Suid, album in oculo, Schol. Nicandri. At λογάδες, electi, vid. λογάς.

Λογάδην, *Adv.* lecte, electe. A λογάς.

Λογαῖος, αία, αῖον, lectus, delectus. Ab eod.

Λογαριάζω, f. άσω, rationem ineo, computo. A λογάριον.

Λογαριασμὸς, ȣ̃, ὁ, computatio. A λογαριάζω.

Λογαριαστὴς, ȣ̃, ὁ, computator. Ab eod.

Λογάριον, ȣ, τὸ, verbulum, dictiuncula, vocula; (2) oratiuncula; (3) diſputatiuncula; (4) ratiuncula, computatiuncula. Dim. a λόγος.

Λογὰς, άδος, ὁ ϗ ἡ, delectus, pl. λογάδες, electi, delecti, λίθοι λογάδες, temere reperti, non exciſi e lapicidina. A λέγω.

Λογάω, ῶ, dicturio, dicere ſ. diſſerere cupio, Luc. Lexiph. λόγος.

ΛΟ'ΓΓΗ, ης, ἡ, ſepulcrum, buſtum, Heſ.

ΛΟΓΓΩ'Ν, ῶνος, ὁ, lapis in portu pertuſus, ut per ejus foramen fune trajecto navis religari poſſit, Etym.

Λογεῖον, ȣ, τὸ, pulpitum in theatro, ſuper quo hiſtriones fabulam recitant; (2) quibuſdam & os, quoniam per illud ſermo exit, Pollux. (3) in Sacris Literis oraculum, quod ſacerdos in pectore geſtabat, duodecim in primis gemmis, pro numero tribuum Iſraelitarum, conſtans. Vetus verſio: rationale. Nova, pectorale. A λόγος.

Λογέμπορος, ȣ, ὁ, verborum venditor, qui mercaturam verborum exercet; de Sophiſtis. Ex λόγος, & ἔμπορος, *mercator.*

Λογεὺς, έως, ὁ, tabularius, ſcriba. A λόγος.

Λογία, ας, ἡ, collectio, collecta, id, quod in eccleſia colligebatur, ad pauperum ſuſtentationem. A λέγω, *colligo.*

Λογίατρος, ȣ, ὁ, verbis tenus medicus. Ex λόγος, & ἰατρός.

Λογίδιον, ȣ, τὸ, verbulum, dictiuncula; (2) oratiuncula, (3) fabella. Dim. a λόγος. Unde

Λογιεὺς, έως, ὁ, orator, qui cauſas dicit, ὁ ῥήτωρ, ut exponit Pollux ex Critia.

Λογιζέσθω, 3. ſ. præſ. imper. med. v.

Λογίζομαι, f. ίσομαι, rationem ineo ſeu ſubduco, computo, ſupputo; (2) collatis utrimque rationibus certi aliquid concludo; (3) mecum reputo, conſidero, perpendo, cogito, cenſeo, arbitror, exiſtimo, opinor, æſtimo; (4) imputo, tribuo. Ὥς εἴ τις δύο ἢ ϗ πλείους τις ἡμέρας λογίζεται, μάταιός ἐστιν, ſibi promittit, Soph. Trach. 960. Τούτου τὴν σωτηρίαν ἐν οὐδενὶ λογίζεται, nihili ducit, Chryſ. Τὸν καθ' ἡμέραν βίον λογίζου σὸν, Eur. Alc. 780. A λόγος.

Λογιστεύομαι, f. εύσομαι, ratiocinor, ratione utor. A

Λογικὸς, ἡ, ὸν, rationalis, ratione præditus, ratione utens; (2) dialecticus, pertinens ad diſſerendi methodum; (3) qui ſermocinari poteſt, ſermocinator; (4) eloquens, facundus, diſertus; (5) doctus; (6) in oratione proſa uſitatus. Hinc τὸ λογικὸν, ȣ̃, ratio, & ἡ λογικὴ, ſc. τέχνη, Logica, ars ratiocinandi. A λόγος.

Λογικῶς, *Adv.* cum ratione, more eorum, qui ratione utuntur; (2) diſſerendi & ſermocinandi modo. A λογικός.

Λόγιμος, ίμη, ιμον, vel λόγιμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, mentione dignus, memorabilis, celebris, nobilis. A λόγος.

Λόγιον, ȣ, τὸ, eloquium; reſponſum; oraculum; pulpitum in theatro; rationale, in Sacris Literis. Ab eod. Unde

Λόγιος, ία, ιον, celebris, memorabilis; (2) hiſtoriæ & antiquitatis peritus; (3) eloquens, diſertus, facundus, elegans, doctus; (4) fatidicus, vates. Unde

Λογιότης, ητος, ἡ, eloquentia, facundia.

Λόγισαι, 2. ſing. a. 1. imper. med. v. λογίζομαι. Unde

Λόγισμα, ατος, τὸ, quod in rationibus ſupputandis alicui imputatur.

Λογισμὸς, ȣ̃, ὁ, ſupputatio, computatio, ratiocinium; (2) ratiocinatio, reputatio; cogitatio;

gitatio; (3) conſilium, deliberatio; (4) ipſa ratio ac mens; (5) Syllogiſmus; (6) confeſſio, apud med. ætatis Græcos. Ab eodem.

Λογιστέον, ratiocinandum, conſiderandum, cogitandum. Ab eod.

Λογιστεύω, computo. Philoxen. λογιστεύει, curat. A λογιστής.

Λογιστήριον, ου, τὸ, locus, ubi ſedebant λογισταὶ. Gl. V. tabularium; (2) λογιστήρια, ſcholæ calculatoriæ, ſcholæ ratiocinatorum. Item ſcholæ, in quibus diſſeritur.

Λογιστὴς, οῦ, ὁ, ratiocinator, ſupputator, calculator; (2) cui reddenda eſt ratio adminiſtratæ reipublicæ; (3) æſtimator. Gl. V. curator; tabularius; penſitator. A λογίζομαι,

Λογιστικὸς, ὴ, ὸν, calculatorius, ſeu ratiocinatorius, artis calculatoriæ peritus; (2) rationalis, rationis compos, qui ratione uti poteſt. A λογιστής.

Λογίως, diſerte, eloquenter, eleganter. A λόγιος.

Λογογραφέω, ῶ, f. ήσω, ſcribo orationes forenſes, aut hiſtoriam; (2) ſcriptito, ſcribo. Λογογραφῶν κρύφα τοῖς ἀντιδίκοις, Plut.

Λογογραφία, ας, ἡ, orationum aut etiam hiſtoriæ ſcriptio. Ab eod.

Λογογραφικὸς, ὴ, ὸν, ad ſcribendi artem pertinens. Hinc ἡ λογογραφικὴ, ῆς, ſc. τέχνη; ars ſcribendi orationes. A

Λογογράφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui orationes ſcribit, orator; (2) tabularius; ſcriba, Gl. V. Ex λόγος, & γράφω, *ſcribo*.

Λογοδαίδαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, orationum ingenioſus concinnator, orationum peritus artifex, qui orationes vario artificio elaborat. Ex λόγος, & Δαίδαλος, *Dædalus*, ſ. *artificioſus*.

Λογόδειπνον, ου, τὸ, cœna verbis magis ac ſermonibus, quam cibo aut ferculis conſtans. Ex λόγος, & δεῖπνον.

Λογοδηρία, ας, ἡ, verborum contentio, altercatio inanis. Ex λόγος, & δῆρις, *pugna*.

Λογοδιάῤῥοια, ας, ἡ, verborum profluvium, profluentia loquendi. Ex διάῤῥοια.

Λογοδιδάσκαλος, ὁ ϗ ἡ, dicendi magiſter.

Λογοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſolutæ orationi ſimilis; (2) rationis ſpeciem habens. Ex λόγος, & εἶδος.

Λογοειδία, vitium poematis, cum nihil cultus ſplendoriſque habet, ſed futile eſt & nugax.

Λογοθεσία, ας, ἡ, diſcuſſio, Ph. Ex θέσις.

Λογοθέσιον, ου, τὸ, rationum exactio. Ex λ. & τίθημι.

Λογοθετέω, ῶ, f. ήσω, rationem repoſco; (2) ratiocinor, computo. A

Λογοθέτης, ου, ὁ ϗ ἡ, rationum exactor, diſcuſſor, Ph. cancellarius. Ex τίθημι.

Λογοθήρας, ου, ὁ, qui verba aucupatur, verborum captator. Ex λόγος, & θήρα.

Λογολεσχεῖν, blaterare, nugari. A

Λογολέσχης, ου, ὁ, blatero, blaterator, nugator, loquax. Ex λόγος, & λέσχη.

Λογομανέω, ῶ, literis & diſciplinis vehementer incumbo, inſano quaſi amore earum teneor. Ex λόγος, & μαίνομαι.

Λογομαχέω, ῶ, verbis pugno, rixor, 2 Tim. 2, 14.

Λογομαχία, ας, ἡ, pugna, quæ fit verbis, rixa. A

Λογομάχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui verbis pugnat, argutator. Ex λόγος, & μάχομαι.

Λογόμιμος, ὁ, ſcurra, qui aliorum dicta imitando exprimit.

Λογομύθιον, ου, τὸ, fabuloſa narratio. Ex λ. & μῦθος,

Λογοποιέω, ῶ, fabulas fingo, ſeu ſcribo, more poetarum fingo; (2) fingo, mentior, rumorem falſum ſpargo; (3) dictito, perhibeo; (4) diſſero, ſermones confero. Καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας ἐλογοποίησαν κατὰ τῶν θεῶν, Iſocr. A λογοποιός. Hinc

Λογοποίημα, ποιήματος, τὸ, fabula, commentum, mendacium; (2) rumor.

Λογοποιητικὴ τέχνη, ars oratoria. Ab eod.

Λογοποιΐα, ἡ, fabularum confictio, fabularum ſcriptio; (2) mendaciorum confictio.

Λογοποιϊκὸς, ὴ, ὸν, idem quod λογοποιητικός.

Λογοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, fabularum confictor ſeu ſcriptor; (2) qui mendacia confingit, qui falſos rumores ſpargit, mendax, fabulator; (3) orator, orationis artifex; (4) hiſtoriarum ſcriptor, hiſtoricus. Ex λόγος, & ποιέω.

Λογοπραγέω, ῶ, confingo, mentior, falſum rumorem ſpargo; (2) rationem exigo, ad rationem reddendam adigo, Suic. Lex. Ex λόγος, & πράσσω.

Λογοπράτης, ου, ὁ, verborum venditor, cauſidicus, rabula; (2) Λόγου venditor, Judas proditor. Ex λόγος, & πράτης.

Λόγος, ου, ὁ, dictum, verbum; (2) ſermo, oratio, item poteſtas dicendi, unde λόγον διδόναι; (3) rumor, fama; (4) opinio; (5) liber, tractatus; (6) definitio; (7) ratio; (8) cauſſa; (9) proportio; (10) mentis conceptus, cogitatio; (11) fabula, mendacium; (12) ratio, unde reddere rationem; (13) verbum eſſentiale Dei, ſive Chriſtus; (14) λόγοι, ſtudia artium liberalium, literæ. A λέγω.

Λογοτόπος, ου, ὁ, Syllogiſmus hypotheticus, ſ. conditionalis apud Dialecticos.

Λογόω, ῶ, f. ώσω, rationalem facio; λογόομαι, οῦμαι, rationalis fio; naturam τοῦ λόγου quodammodo induco. A λόγος.

Λογχάριον, ου, τὸ, parva lancea. Dim. a

Λόγχη, ης, ἡ, lancea, ſpiculum; (2) Ionum idiomate, ſors, portio, παρὰ τὸ λαγχάνειν, ſortiri. A λαγχάνω, *ſortior*.

Λογχαῖος, ου, ὁ, haſtatus, Suid. A λόγχη.

Λόγχαισι, dat. pl. *Ion.* pro λόγχαις.

Λογχήρης, εος, ὁ, ϗ ἡ, lanceatus, qui fert lanceam. Ab eod.

Λογχίδιον, τὸ, parva lancea. Dim.

Λόγχιμος, η, ον, haſtatus.

Λογχὶς, ίδος, ἡ, haſta. A λόγχη.

Λογχίτης, ου, ὁ, haſtatus, lanceatus.

Λογχοδρέπανον, τὸ, haſta falcata.

Λογχόομαι, οῦμαι, mucronatim, ſive in acutum deſino. Ab eod.

Λογχοποιὸς, οῦ, ὁ, lancearum fabricator. Ex λόγχη, & ποιέω.

Λογχοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui lanceam fert, levis armaturæ miles; lancearius. Ex φέρω.

Λογχωτὸς, ὴ, ὸν, mucronatus, mucroni aut cuſpidi vel lanceæ ſimilis. A λογχόομαι.

Λόγω, gen. ſing. *Dor.* pro λόγου.

Λόγωσις, εως, ἡ, verbificatio, quum quis quodammodo ad naturam Verbi ſive Filii Dei accedit. A λογόω.

Λόεν, *lavit*, 3. ſing. aor. 2. ind. act. *Ion.* & cum ν ἐφελκ. pro ἔλοε, a poet. λοέω.

Λοεσσάμενος, part. aor. 1. med. *Poët.* pro λουσάμενος, quaſi a λοέω, a λούω.

Λόεσσαν, 3. plur. a. 1. ind. act. *Ion.* & *Poet.* pro ἐλόεσαν.

Λοετρὸν, οῦ, τὸ, lavacrum, balneum; (2) aqua lavationi parata. A λούω, unde λουτρὸν, & ab hoc per διάλυσιν, λοετρόν.

Λοετροχόος, ου, ὁ ϗ ἡ, aquam ad lavandum fundens, aquam lavantibus affundens. Eſt autem dialyſis pro λουτροχόος.

Λοέω, lavo. Ponitur ut hinc fit λοέσσαι, Odyſſ. 19, 320. vid. λούω.

Λοιβᾷ, dat. ſing. *Dor.* pro λοιβῇ, a λοιβή. Unde

Λοιβάομαι, libo; Heſ. λοιβᾶται, σπένδει, θύει.

Λοιβάσιον, ου, το, vas, quo libatur. A λοιβή.

Λοιβεῖον, ου, τὸ, libamen; (2) vas, quo libatur.

Λοιβὴ, ῆς, ἡ, libatio, libamen; ſacrum, quod vino fit. A λείβω.

Λοιβὶς, ίδος, ἡ, calix, quo vinum in ſacris deorum libatur. A λοιβή.

Λοιγαῖος, αία, αῖον, lugubris; ut λοιγαία ἐσθὴς apud Lycoph. veſtis lugubris. A λοιγός.

Λοιγήεις, ήεσσα, ῆεν, idem & ab eod.

Λοίγιος, ία, ιον, exitialis, pernicioſus. A

ΛΟΙΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, pernicies, exitium.

Λοιδορέω, ῶ, & λοιδορέομαι, οῦμαι, convicior, maledico, probris inſector; (2) reprehendo, objurgo. Λοιδορῆσαι τοὺς πονηροὺς, οὐδέν ἐστ' ἐπίφθονον, Ariſt. Eq. 1270. Ὁ μιαρὸς οὗτος ταῦτ' ἄρ' ὑπὲρ Εὐριπίδου ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο; id. Θεσμ. 657. Ἀτὰρ ἰοὺ Κέφαλός σοι λοιδορῆται προσφθαρεὶς, id. Conc. 241. A λοίδορος. Hinc

Λοιδόρημα, ατος, τὸ, convicium, probrum, id ipſum, quod alicui probroſe objicitur.

Λοιδορημάτιον, ου, τὸ, conviciolum, Dim. a

Λοιδορησμὸς, οῦ, ὁ, objurgatio. A λοιδορέω.

Λοιδορία, ας, ἡ, convicium, maledictum, maledictio, obtrectatio. A

ΛΟΙ'ΔΟΡΟΣ, ου, ὁ, conviciator, qui probro adficit, maledicus. Hinc τὸ λοίδορον, ου, maledicentia.

Λοιδόρως, *Adv.* conviciando, maledicendo.

Λοιμικὸς, ὴ, ὸν, peſtilens. A λοιμός.

Λοιμοῖο, *peſtis*, gen. ſing. *Ion.* pro λοιμοῦ.

ΛΟΙΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, peſtis, peſtilentia, lues, contagium; (2) homo peſtilens & exitialis.

Λοιμοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, peſtifer. Ex φέρω.

Λοιμώδης. εος, ὁ ϗ ἡ, peſtilens.

Λοιμάττειν, peſte laborare, peſte infeſtari, Lucian. A λοιμός

Λοιπαδάριον, ου, τὸ, reliquarium, Gl. V. A

Λοιπὰς, άδος, ἡ, reliquarium, Gl. V. λοιπάδες, reliqua, Guil. Bud.

Λοιπάζεσθαι, reliquari, Guil. Bud. Ab eod.

Λοιπογραφία, ας, ἡ, reliquatio, Ph.

Λοιπογραφῶ, reliquo, Gl. V.

Λοιπὸς, ὴ, ὸν, reliquus. Hinc τὸ λοιπὸν, quod ſupereſt, & λοιπὸν, *Adv.* cæterum, alioquin, (poſtea; (2) ad extremum, *poteſt tamen iis locis ubi* ad extremum *vertitur, melius plerumque verti* jam, *Ern.*) (3) in poſterum & τοῦ λοιποῦ, de cætero. A λείπω.

Λοισθεὺς, λοισθῆος, λοισθῆϊ, poet. poſtremus, in primis in certamine. A λοῖσθος.

Λοισθήϊα, Ionice pro λοισθεῖα, præmia, quæ ultimo certatori dantur. A λοῖσθος.

Λοίσθιος, ία, ιον, ultimus, poſtremus. A

ΛΟΙ͂ΣΘΟΣ, ου, ὁ, ultimus, poſtremus.

ΛΟ'ΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, ciconia; Conſtantinus ex Ariſtot.

Λοξὰ, *Adv.* oblique. A λοξός. Unde

Λοξόω, obliquo, obliquum reddo.

Λοξίας, ου, ὁ, obliquator, epith. Apollinis, quia obliqua dabat reſponſa, vel quia ſol obliquis flexibus cœlum percurrit.

Λοξοβάμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, oblique incedens. Ex λοξὸς, & βαίνω.

Λοξοβάτης, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Λοξοκίνητος, ον, qui oblique movetur, obliquus. A κινέω.

Λοξοπολέω, ῶ, oblique vagor, tranſverſus feror. Ex λοξὸς, & πολέω, *vagor*.

Λοξοπορέω, ῶ, oblique incedo. Ex πόρος.

ΛΟΞΟ'Σ, ὴ, ὸν, obliquus, tranſverſus.

Λοξότης, ητος, ἡ, obliquitas. A λοξός.

Λοξοτροχὶς, ίδος, ἡ, oblique currens; (2) oblique verba volvens. Ex λ & τρέχω.

Λοξοχρήσμων, ὁ ϗ ἡ, ambigua oracula edens, *Epith.* Apollinis & Pythiæ.

Λοξόω, ῶ, obliquo, obliquum reddo. Ab eod.

Λοξῶς, *Adv.* oblique. Ab eod.

Λόξωσις, εως, ἡ, obliquatio. A λοξόω.

Λοπαδαρπαγίδης, ου, ὁ, patellarum raptor, cum ſcommate dictum in voracem. Ex λοπὰς, & ἁρπαγὴ, *raptio*.

Λοπάδιον, ου, τὸ, patella. Dim. A λοπάς.

Λοπαδοφυσητὴς, οῦ, ὁ, helluo. Ex λοπὰς, & φυσάω, *inflo*.

ΛΟΠΑ'Σ, άδος, ἡ, patina, patella.

Λοπάω, ῶ, cortiee turgeſco, tum cortice turgido. A λοπός. Hinc

Λοπητὸς, οῦ, ὁ, tempus anni, quo arborum cortices turgeſcunt & exemptiles fiunt.

Λοπία, ας, ἡ, corticis turgiditas, corticis tumor, quum humor ſub eo eſt.

Λοπιάω, ῶ, idem quod λοπάω.

Λοπίζω, f. ίσω, decortico. A λοπάς.

Λόπιμος, ου, ὁ, decortabilis, qui decorticari poteſt.

poteſt; ut κάρυον λόπιμον, nux, Gl. V. λόπιμα, caſtaneæ. Ab eod.

Λοπὶς, ίδος, ἡ, ſquama; (2) cortex, putamen. Ab eod.

Λόπισμα, ατος, τὸ, cortex, putamen. A λοπίζω, *decortico*.

Λοπὸς, οῦ, ὁ, cortex. A λέπω.

Λορδαίνω, f. άνω, incurvo in anteriora. A

ΛΟΡΔΟ'Σ, ἡ, ὸν, curvus, cernuus, incurvus in anteriora; mancus, Ph.

Λορδόω, incurvo; trunco, debilito, λορδοῦμαι, incurvor. A λορδός.

Λόρδωσις, εως, ἡ, incurvatio, inclinatio in anteriora, debilitatio. A λορδόω.

Λουδοτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, laniſta, Ph. Ex τρέφω.

Λουκᾶς, ᾶ, ὁ, Lucas. Nomen viri.

Λοῦμαι, præſ. ind. paſſ. *Att.* pro λούομαι, a λούω.

ΛΟΥΝΟ'Ν, Heſ. λαμπρὸν, lucidum, ſplendidum.

Λοῦσεν, 3. ſing. a. 1. ind. act. *Ion.* & cum ν ἐφελκ. pro ἔλουσε, a λούω.

Λοῦσις, εως, ἡ, lavatio, Gl. V. A λούω.

ΛΟΥ͂ΣΣΟΝ, ου, τὸ, luſſum, album quiddam in abiete naſcens; apud Theophr.

Λουσῶ, f. 1. ind. act. *Dor.* pro λούσω.

Λουτὴρ, ῆρος, ὁ, pelvis, vas ad lavandum; labrum. A λούω.

Λουτηρίδιον, ου, τὸ, labellum, Dim. a λουτρόν.

Λουτήριον, ου, τὸ, idem.

Λουτηρίσκος, ου, ὁ, idem. Gl. Vet.

Λουτιάω, ῶ, lavare cupio. Luc. Lex.

Λούτριον, ου, τὸ, aqua ſordida balnei, in quo quis lavit, Heſ. A λουτρόν.

Λοῦτρον, ου, τὸ, aqua ſordida in qua quis lavit.

Λουτρὸν, οῦ, τὸ, lavacrum, ipſa aqua in balneo; (2) balneum; (3) lavacrum ſacrum, ſ. baptiſma. A λούω.

Λουτροφορέω, ῶ, lavacrum fero, ſponſo loturo fero aquam. A

Λουτροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, aquam ferens ad lavandum. Ex λοῦτρον, & φέρω.

Λουτροχοέω, aquam ad lavandum affundo. A

Λουτροχόος, ου, ὁ ϗ ἡ, aquam ad lavandum fundens, aquam lavantibus adfundens. Ex λοῦτρον, & χέω.

Λουτρὼν, ῶνος, ὁ, balneum, lavacrum, Gl. V. A λουτρόν.

ΛΟΥΩ, f. λούσω, lavo, & quidem proprie alterum; λούομαι, lavor, lavo me, f. λουσόμενος, lavaturus, a. 1. λούσασθαι, lavari, p. paſſ. λελουμένος, lotus; λοῦμαι, lavor, part. λούμενος, qui lavatur, poëtice pro λοῦται dicitur λοέσσαι, a. 1. λοεσσάμενος, part. lavans, lotus. Κὰκ τῆς καλπίδος ἔλουσαν ἡμᾶς, Ariſt. Lyſ. 404. Ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα ἐλούσατ', Eur. Alc. 157.

Λόφαλοι, ων, οἱ, ſcutula ſplendida, quæ galeis adfigi ſolebant, V. Lex. A λόφος.

Λοφάω, ῶ, criſtatus ſum, criſtam in capite gero; (2) criſtam appeto. Ab eod.

Λοφεῖον, ου, τὸ, criſtarum repoſitorium; (2) theca ſpeculi. Ab eod.

Λοφιὰ, ᾶς, ἡ, *Ion.* λοφιὴ, ῆς, ἡ, cervix, dorſum, ſ. eminentia dorſi; (2) juba, ſeta; (3) ſummitas, cacumen. Ab eod.

Λοφιῇ, dat. ſing. *Ion.* pro λοφιᾷ, a λοφιά.

Λοφίζω, exalto, Vulg. Lex. A λόφος.

Ὁμοιολεπτομερὴς, ὁ ϗ ἡ, in partes tenues, ſimileſque diviſus, Sch. Ariſt.

Ὁμοιολογία, ας, ἡ, dictio ſimilis, ſimilia verba. Ex ὅμοιος, & λόγος.

Ὁμοιομέρεια, ας, ἡ, ſimilitudo partium, partes ſimiles. Vox Anaxag. Lucret. homœomeria. Ab

Ὁμοιομερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, conſtans ex partibus ſimilibus, partes habens ſimiles. Ex ὅμοιος, & μέρος.

Ὁμοιομοȣ́σιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimilis & ejuſdem eſſentiæ. Ex ȣ̓σία.

Ὁμοιόμορφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimilem formam habens, R. Ex μορφή.

Ὅμοιον, ſimilitudo, *Adverb.* ſimiliter; ὅμοια, *Adv. cum Dat.* perinde ut, pariter ac.

Ὁμοιοȣ́σιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimilis eſſentiæ, ſimilem eſſentiam habens. Ab ȣ̓σία.

Ὁμοιοπάθεια, ας, ἡ, adfectuum ſimilitudo, ſimiles adfectus, naturæ ſimilitudo.

Ὁμοιοπαθέω, ῶ, fut. ήσω, ſimiliter adficior, iidem mihi ſunt adfectus, eadem natura ſum. Ὁμοιοπαθεῖν τινι, Ariſtot. Ab

Ὁμοιοπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cui ſimiles ſunt adfectus, iiſdem adfectibus obnoxius, *it.* ſimilis naturæ. Ex ὅμοιος, & πάθος.

Ὁμοιοπαθῶς, *Adv.* ſimilibus adfectionibus.

Ὁμοιόπιστος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ejuſdem fidei. A πίστις.

Ὁμοιοπρεπὴς, ὲς, ſimiliter ornatus. A πρέπει.

Ὁμοιοπροσωπεῖν, ejuſdem eſſe perſonæ.

Ὁμοιοπρόσωπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ejuſdem perſonæ eſt, *Gramm.* A πρόσωπον.

Ὁμοιόπτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſimiles habet pennas; ὁμοιόπτεροι, qui ſunt æqualis dignitatis & ætatis, Heſ. A πτερὸν.

Ὁμοιόπτωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimiliter cadens, ſimiles caſus habens. A πτόω, vel πίπτω.

Ὁμοιοπτώτως, iiſdem caſibus.

Ὁμοιόπυρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, tritico ſimilis.

Ὅμοιος, οία, οιον, ſimilis; (2) par, æqualis; aliquando & ὁμοῖος. Ab ὁμός.

Ὁμοιόσημος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem ſignificans. Ex ὅμοιος, & σῆμα.

Ὁμοιόσκευος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimili cultu ſeu habitu utens. Ex ὅμοιος, & σκευή.

Ὁμοιόστομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ore ſimilis. Ex ὅμοιος, & στόμα.

Ὁμοιοσύντακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimilis & ejuſdem conſtructionis. Ex συντάσσω.

Ὁμοιοσχημονέω, ῶ, ejuſdem figuræ ſum, eumdem habitum ſervo. Ab

Ὁμοιοσχήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui ejuſdem figuræ eſt, conformis. Ex Ὅμοιος, & σχῆμα.

Ὁμοιοσχημόνως, eadem forma.

Ὁμοιοταχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſimili celeritate præditus, æque velox. Ex ταχύς.

Ὁμοιοταχῶς, *Adv.* ſimili celeritate.

Ὁμοιοτέλευτον, ȣ, τὸ, ſimilem clauſulam habens, ſimiliter deſinens. A τελευτή.

Ὁμοιότης, ητος, ἡ, ſimilitudo; item æqualitas, parilitas, Gl. V. Ab ὅμοιος.

Ὁμοιότονος, ον, ſimilem tonum habens.

Ὁμοιοτόνως, ſimili tono.

Ὁμοιοτροπία, ας, ἡ, ſimilis & idem prope modus; (2) morum ſimilitudo. Ab

Ὁμοιότροπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſimilis & ejuſdem modi eſt; (2) qui ſimilibus præditus eſt moribus, ejuſdem ingenii.

Ὁμοιοτρόπως, *Adv.* eodem modo.

Ὁμοιοτύπωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimili forma expreſſus.

Ὁμοιούσιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimilis naturæ, ſimilem eſſentiam habens. Ab ȣ̓σία.

Ὁμοιοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimiliter germinans, Suic. Ex ὅμοιος, & φέρω.

Ὁμοιόφωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimilem vocem habens. Ex ὅμοιος, & φωνή.

Ὁμοιόχροια, ας, ἡ, ſimilitudo coloris.

Ὁμοιόχρονος, ον, ejuſdem intervalli, durationis, temporis, *Epith.* pedum, ut Dactylus, & Anapæſtus.

Ὁμοιοχρώματος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, colore ſimilis. A χρῶμα.

Ὁμοιόω, ῶ, f. ώσω, adſimilo, ſimilem reddo; (2) comparo, confero; ὁμοιȣ̃μαι, adſimilor; ὡμοιάθην, aor. 1. ſimilis factus ſum, inf. ὁμοιαθῆναι, *Poet.* ὁμοιαθήμεναι, exæquari. Alicubi & ὁμοιῶ, ſimilis ſum. Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃; Marc. 4, 30. Ἄστροις ὁμοιαθῆναι, Eur. Hel. 139. Ab ὅμοιος.

Ὁμοιαθήμεναι, *adſimilatum eſſe,* aor. 1. inf. paſſ. *Dor.* pro ὁμοιαθῆναι, ab ὁμοιόω.

Ὁμοίωμα, ατος, τὸ, ſimilitudo; ſimulacrum, figura expreſſa ad alicujus ſimilitudinem. Ab ὁμοιόω. Hinc

Ὁμοιωματικὸς, ἡ, ὸν, ſimilitudinem ſignificans, ut ὁμοιωματικὸν ὄνομα, nomen ſimilitudinis.

Ὁμοίως, *Adverb.* ſimiliter, ſimili modo, perinde, pariter, æque.

Ὁμοίωσις, εως, ἡ, ſimilitudo, ſimulacrum, effigies; (2) nomen figuræ rhetoricæ, quum res ſimilitudine explicatur. Ab ὁμοιόω.

Ὁμοιωτὴς, ȣ̃, ὁ, qui rerum ſimulacra imitatur & exprimit. Ab eod.

Ὁμόκαπνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ad eumdem fumum ſive focum degens cum aliis, contubernalis.

Ὁμόκαπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem præſepe, vel eamdem menſam habens, commenſalis. Ex ὁμὸς, & κάπη.

Ὁμοκάτοικος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſub eodem tecto habitans.

Ὁμοκέλευθος, ον, comes viæ.

Ὁμόκεντρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem centrum habens. A κέντρον.

Ὁμοκλάω, vel ὁμοκλέω, hortor vociferando, minaciter clamo, increpito; ὁμόκλεον, imperf. minabuntur, & *Ion.* ὁμοκλήσασκε, 3. ſing. a. 1. increpabat. Οἱ δ' ἅμα ἵπποις ὁμοκλήσαντες, Soph. El. 714. Ab

Ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, exhortatio cum vociferatione, increpatio & comminatio. A κέλω.

Ὁμοκληρία, ας, ἡ, conſortium, Gl. V. Ab

Ὁμόκληρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cohæres, particeps. Ex ὁμȣ̃, & κλῆρος.

Ὁμοκλήσαντες, nom. pl. a. 1. act. part. v. ὁμοκλάω.

Ὁμοκλητὴρ, ῆρος, ὁ, increpator, objurgator, qui magno cum clamore, minatur. Ab ὁμοκλέω.

Ὁμόκλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſimul vocatus cum alio. Ex ὁμȣ̃, & καλέω.

Ὁμοκλινὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſimul accumbens, Nonn. ubi ὁμοκλινέες. Ex ὁμȣ̃, & κλίνη.

Ὁμόκλινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui eodem lecto eſt; (2) qui eadem menſa fruitur, Rob. Ex iiſdem.

Ὁμόκλιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, eodem tecto utens, ſimul manens cum alio. Ab

Ὁμοκοίλιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, uterinus frater. Ex κοιλία.

Ὁμοκοιτία, ας, ἡ, concubitus. Ab

Ὁμόκοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem lecto cum aliquo utens, ſimul cubans. A κοίτη.

Ὁμόλεκτρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejuſdem tori ſ. lecti conſors, conjux. Ex ὁμοῦ, & λέκτρον.

Ὁμολεξία, ἡ, conſenſus. A λέγω.

Ὁμόλεχος, ου, ὁ ϗ ἡ, conjux.

Ὁμολογέω, ῶ, fut. ήσω, conſentio, adſentior, fateor; (2) ſpondeo, roganti promitto, deſpondeo, Gl. V. (3) præs fio; (4) conditiones, v. c. pacis accipio; (5) confiteor, profiteor, palam dico, adfirmo, teſtor; (6) ſimilis ſum, reſpondeo; (7) laudo, celebro, gratias ago, aor. 1. ὡμολόγησα, confeſſus ſum, Gl. Vet. paſſ. ὁμολογεῖται conceſſum eſt, convenit, part. ὁμολογούμενον, quod in confeſſo eſt, conſentaneum, aor. 1. part. ὁμολογηθεὶς, votivus, Gl. V. perf. ὡμολογημένον, confeſſum, Gl. V. & ſine augmento ὁμολογημένον, condictum, Gl. V. ὡμολόγηται, conſtat, Ph. 3. ſing. p. Ὁμολογῶ σοι καταλύσειν, Thuc. τῆς εὐχῆς ἀπολαβέσθαι, Plut. πρὸς σὲ, Plato. μετὰ τῶν βαρβάρων, Æſchin. Ὡμολογήθη νῶϊν πλεύσαι οἴκαδε ἐμὲ, Plato.

Ὁμολογηθέντα, acc. ſ. aor. 1. paſſ. v. ὁμολογέω.

Ὁμολόγημα, ατος, τὸ, id, de quo convenit inter aliquos, inter diſputantes, quod in confeſſo eſt.

Ὁμολογησία, ας, ἡ, confeſſio.

Ὁμολόγησις, ἡ, idem & ab eod.

Ὁμολογητὴς, οῦ, ὁ, ſponſor, Ph. (2) confeſſor, omnis vere Chriſtianus; ſtricte ὁμολογηταὶ, qui tormenta propter Chriſtum perpeſſi ſunt, ac liberati. Ab ὁμολογέω.

Ὁμολογία, ας, ἡ, confeſſio; (2) conſenſus; (3) conventio, pactum, pactio; (4) deditio, deditionis conditio, Gl. V. confeſſio, profeſſio, ſtipulatio, ſponſio, pactio; (5) concinnitas. Ab

Ὁμόλογος, ου, ὁ ϗ ἡ, conſentiens, adſentiens, ejuſdem ſententiæ, conſentaneus; & ὁμόλογον, compromiſſum, pactum, Ph. Ex ὁμὸς, & λέγω.

Ὁμολογουμένως, *Adverb.* ex confeſſo, omnium conſenſu, manifeſte, citra controverſiam, indubitanter; (2) convenienter, congrue. Ab ὁμολογέομαι.

Ὁμολόγως, idem.

Ὁμόλοχοι, ων, οἱ, qui ejuſdem ſunt cohortis. Ex ὁμὸς, & λόχος.

Ὁμομαστιγίας, ου, ὁ, particeps verberum; conſervus. Ab

Ὁμομάστιξ, γος, ὁ, idem.

Ὁμομήτριος, ία, ιον, eadem matre natus; uterinus, Gl. V. Ex ὁμὸς, & μήτηρ.

Ὁμομήτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, Poll. ubi ὁμομήτορες, iidem qui ὁμομήτριοι.

Ὁμόναος, ου, ὁ ϗ ἡ, communi templo colitur.

Ὁμόνεκρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul, pariter mortuus; æque corruptus ac mortuorum cadavera.

Ὁμονήδυος, ου, ὁ, frater germanus, frater uterinus. Ex ὁμὸς, & νηδύς.

Ὁμονοεῖον, ου, τὸ, templum concordiæ. Ab ὁμόνοια.

Ὁμονοέω, ῶ, f. ήσω, concors ſum, concorditer vivo, conſentio, Gl. Vet. concordo. Ab ὁμόνοος. Hinc

Ὁμονοητικὸς, ὴ, ὸν, ad concordiam pertinens; (2) ad concordiam efficiendam aptus, propenſus.

Ὁμονοητικῶς, *Adv.* concorditer, conſenſu.

Ὁμόνοια, ας, ἡ, concordia, conſenſus, conſpiratio; (2) Deæ nomen. Ab

Ὁμόνοος, *contr.* ὁμόνους, ου, ὁ ϗ ἡ, eandem mentem habens, concors, unanimis.

Ὁμόνομος, ον, iiſdem legibus utens Plat.

Ὁμουσιαστὴς, οῦ, ὁ, ὁμουσιασταὶ, ab hæreticis vocabantur, qui τὸ ὁμούσιον defendebant. Ab

Ὁμοούσιος, ὁ ϗ ἡ coëſſentialis, conſubſtantialis, ejuſdem eſſentiæ. Ex οὐσία. Hinc

Ὁμοουσιότης, ητος, ἡ, conſubſtantialitas.

Ὁμόπαγοι, οἱ, qui ejuſdem ſunt pagi, V. L.

Ὁμοπαθέω, adſentio, obtempero, Plut. Ab

Ὁμοπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, iiſdem adfectibus obnoxius, eodem modo adfectus in re aliqua. Ex πάθος.

Ὁμοπαθῶς, cum ſimilitudine adfectuum, vel iiſdem adfectibus. A præc.

Ὁμόπαιδες, ων, οἱ, pueri eodem partu editi, gemelli.

Ὁμοπάτριος, ου, ὁ, frater. Ex πατήρ.

Ὁμόπατρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. Sed pro eo dicitur ὄπατρος apud poët.

Ὁμοπάτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ὁμόπεδος, ον, planus, ut ὁμαλὸς. A πέδον.

Ὁμοπιστία, ας, ἡ, fidei conſpiratio, eadem fides. Ab

Ὁμόπιστος, ου, ὁ ϗ ἡ, in fide conſentiens, ejuſdem fidei. Ex ὁμὸς, & πίστις.

Ὁμοπλεκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in unum nexus, in unum plicatus. Ex ὁμοῦ, & πλέκω.

Ὁμόπλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex iiſd.

Ὁμοπλοέω, ῶ, ſimul navigo.

Ὁμόπλοια, ας, ἡ, navigationis ſocietas. Ab

Ὁμόπλοος, *contr.* ὁμόπλους, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul navigans, navigationis ſocius.

Ὁμοπλωτὴρ, ῆρος, ὁ, idem; (2) qui ſimul natat.

Ὁμόπολις, εως, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ex eadem urbe eſt; (2) conterraneus, popularis.

Ὁμοπόρευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul iter faciens. Ex ὁμοῦ, & πορεύομαι.

Ὁμοπραγέω, ſocius, conſocius ſum alicujus rei.

Ὁμοπράγμων, ονος, ſocius, adjutor. A πράσσω.

Ὁμοπροσκύνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejuſdem adorationis, eadem adoratione dignus. Ex ὁμὸς, & προσκυνέω.

Ὁμόπτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimiliter alatus, ſimiliter volans, eodem vento utens, de navi. Ex ὁμοῦ, & πτερόν.

Ὁμοπτέρως, pari curſu, celeritate.

Ὁμόπτολις, idem quod ὁμόπολις.

Ὁμοπτώτως, *Adv.* eodem caſu. Ex πτόω.

Ὁμόργμα, ατος, τὸ, macula, labes.

Ὁμόργνυ, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ὠμόργνυ, ab

ΟΜΟ'ΡΓΝΥΜΙ, f. ξω, tergo, abſtergo, imprimo, inuro, a. 1. med. inf. ὀμόρξασθαι, abſtergere, part. ὀμορξάμενος, tergens. Δάκρυ ὀμορξάμενος, Odyſſ. ο, 88.

Ὁμορέω, ῶ, f. ήσω, confinis ſeu conterminus ſum. Ὁμοροῦν χωρίον ἐκείνῳ, Plut. Ab ὅμορος.

Ὁμόρησις, εως, ἡ, ὁμούρησις, confinitas, vicinitas, adfinitas, Rob. Suic. Ab ὁμορέω.

Ὀμορξάμην, a. 1. ind. med. v. ὀμόργνυμι.

Ὀμόρξω, *tergam*, f. 1. indic. act.

Ὁμόριος, ον, idem quod.

Ὅμορος, ου, ὁ ϗ ἡ, finitimus, confinis, conterminus. Ex ὁμοῦ, & ὅρος.

Ὁμοροφία, ας, ἡ, contubernium, Gl. V.

Ὁμορόφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſub eodem tecto habitans, contubernalis. Ex ὁμοῦ, & ὀροφή.

Ὁμόροφος, vel ὁμόῤῥοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ὁμόῤῥεθρος, ου, ὁ ϗ ἡ, communia fluenta habens, ex eodem rivo aquas ducens. Ex ὁμοῦ, & ῥεῖθρον.

Ὁμόῤῥητος, ου, ὁ ϗ ἡ, uno eodemque ore dictus, concors, Nonn.

Ὁμοῤῥοή, ῆς, ἡ, confluvium, V. Lex.

Ὁμοῤῥοθέω, ῶ, f. ήσω, conſtrepo; (2) conſentio. Δέδρακα τοὔργον εἴπερ ἥδ᾽ ὁμοῤῥοθεῖ, Soph. Antig. 542. Ab ὁμόῤῥοθος.

Ὁμοῤῥόθιος, ὁ ϗ ἡ, ſimul agitatus fluctibus.

Ὁμόῤῥοθος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul ſtrepitum aut ſonitum edens.

Ὁμόῤῥοια, ἡ, confluentia, confluxus. Ab

Ὁμόῤῥοος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul fluens.

Ὁμόῤῥοφος, ου, ὁ ϗ ἡ, compotor. Ex ὁμοῦ, & ῥοφέω.

Ὁμορυσμίη, ης, ἡ, vicinitas, ap. Hipp. Ab

Ὁμορυσμὸς, οῦ, ὁ, idem ib.

ΟΜΟ'Σ, ὴ, ὸν, ſimilis, par.

Ὀμόσαι, aor. 1. inf. act. v. ὄμνυμι.

Ὁμόσαρκος, ου, ὁ ϗ ἡ, ejuſdem carnis, una caro cum alio. Ex ὁμὸς, & σάρξ.

Ὁμόσε, *Adv.* ſimul, eumdem in locum, eodem; ὁμόσε ἰέναι, ὁμόσε χωρεῖν, concurrere, pedem conferre, manum conſerere. Ab ὁμός.

Ὀμόσῃς, 2. ſing. a. 1. conj. act. v. ὄμνυμι.

Ὁμοσθενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, æque fortis ſeu validus. Ex σθένος.

Ὁμοσίπυοι, ων, οἱ, conjuges, quaſi ex uno penu victitantes. Ex ὁμὸς, & σιπύη.

Ὁμοσιτέω, una cibum capio. Ab

Ὁμόσιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cibum una cum alio capit, convictor.

Ὁμόσκευος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui iiſdem armis utitur.

Ὁμοσκηνία, ας, ἡ, contubernium, habitatio in eodem tentorio. Ab

Ὁμόσκηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, in eodem tentorio degens, contubernalis. Ex σκηνή. Hinc

Ὁμοσκηνόω, vel ὁμοσκηνέω, ῶ, contubernalis ſum, in eodem tentorio habito.

Ὁμόσπλαγχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, cognatus, conſanguineus, frater. Ex σπλάγχνον.

Ὁμοσπονδέω, fœderis particeps ſum.

Ὁμόσπονδος, ου, ὁ ϗ ἡ, libaminum conſors; ejuſdem fœderis particeps, Gl. V. fœderatus. Ex ὁμὸς, & σπονδή.

Ὁμόσπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul ſeminatus, una ſatus; (2) eadem ſtirpe ortus frater vel ſoror. Ex ὁμοῦ, & σπείρω.

Ὁμοσπόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui cum eadem, quacum alius, rem habet, Suic. Ex iiſd.

Ὀμόσσῃ, 3. ſing. aor. 1. conj. act, *Poët.* pro ὀμόσῃ.

Ὄμοσσον, 3. ſing. a. 1. imper. act. *Poët.* pro ὄμοσον.

Ὁμόστεγος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſub eodem tecto habitans, contubernalis. Ex ὁμοῦ, & στέγη.

Ὁμοστιβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, iiſdem veſtigiis incedens, *metaph.* conſentiens, concors. Ex στείβω.

Ὁμοστιχάω, ῶ, f. ήσω, ſimul procedo, una eo, comitor, Il. 15, 635. Ex στείχω.

Ὁμοστιχέω, ῶ, f. ήσω, idem & ex iiſd.

Ὁμοστιχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſimul incedens, vel cadens. Ex iiſd.

Ὁμόστοιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, vel ὁμόστιχος, in eodem verſu ſeu ordine locatus; (2) comes, qui ejuſdem eſt ordinis. Ex ὁμοῦ, & στοῖχος, vel στίχος.

Ὁμόστολος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſimul mittitur, ſeu proficiſcitur, ejuſdem viæ comes. Ex ὁμοῦ, & στέλλω.

Ὁμόστοργος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem amore proſequens, concors in amore. Ex στοργή.

Ὁμόσφυρος, ὁ ϗ ἡ, cum alio iter facit, comes; exponitur & frater. Ex σφυρόν.

Ὁμοσχήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, eamdem formam ſeu habitum eumdem habens, uniformis. Ex ὁμὸς, & σχῆμα.

Ὀμόσω, *jurabo*, f. 1. ind. act. v. ὄμνυμι.

Ὀμοῦμαι, jurabo, f. 2. indic. med.

Ὁμοταγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui ejuſdem eſt ordinis. Ex ὁμὸς, & τάσσω, *ordino.*

Ὁμοταγῶς, eodem ordine.

Ὁμοτάλαντος, ον, ejuſdem pretii, magnitudinis, ponderis. Ex τάλαντον.

Ὁμόταφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem ſepulchrum habens.

Ὁμοταχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, æque velox. Ex ὁμὸς, & ταχύς.

Ὁμοταχῶς, *Adv.* ſimili celeritate.

Ὁμοτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui idem tributum cum aliis pendit. Ex ὁμὸς, & τέλος.

Ὁμοτέλευτος, ον, eodem modo deſinens. A τελευτή.

Ὁμοτέρμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, conterminus, vicinus, finitimus. Ex ὁμοῦ, & τέρμων.

Ὁμοτεχνέω, eamdem artem factito. Ab

Ὁμότεχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eamdem artem exercet, profitetur, ſeu factitat, Gl. Vet. ejuſdem artis. Ex ὁμὸς, & τέχνη.

Ὁμότηθος, ὁ ϗ ἡ, eadem nutrice uſus, eodem ubere lactatus. A τήθη.

Ὀμοτὴς, οῦ, ὁ, jurator, juratus, Gl. V. Ab ὄμνυμι, *juro.* Unde

Ὀμοτικὸς, ἡ, ὀν, jurativus, qui jurantis eſt, ut ὀμοτικὰ ἐπιῤῥήματα, adverbia jurandi.

Ὀμοτιμία, ας, ἡ, honoris æqualitas, par dignitas. Ab

Ὁμότιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in pari habetur honore; qui paris eſt conditionis, Gl. V. collega, conſors. Ex ὁμὸς, & τιμή.

Ὁμοτίμως, pari dignitate.

Ὁμότιτθος, ου, ὁ ϗ ἡ, eadem nutrice uſus. Ex τιτθή.

Ὁμότοιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, communem parietem habens, vicinus.

Ὁμότονος, ου, ὁ ϗ ἡ, eumdem tenorem ſervans; (2) æqualiter tentus, contentus. Ex ὁμὸς, & τείνω.

Ὁμοτόνως, *Adv.* æquali ſeu eodem tenore.

Ὁμοτράπεζος, ου, ὁ ϗ ἡ, eadem utens menſa. Ex τράπεζα.

Ὁμότρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, una perſoratus, una penetrabilis, Nonnus.

Ὁμότριχος, ου, ὁ ϗ ἡ, eoſdem pilos habens. Ex ὁμὸς, & θρίξ.

Ὁμοτροπέω, iiſdem moribus ſum præditus, ſimilis ſum.

Ὁμοτροπία, ας, ἡ, morum ſimilitudo ſeu conformitas, ſimilitudo ſimp. Ab

Ὁμότροπος, ὁ ϗ ἡ, ſimilibus moribus præditus; (2) ejuſdem modi, ſimilis.

Ὁμοτρόπως, *Adv.* ſimiliter, eodem modo.

Ὁμοτροφία, ἡ, communis educatio. Ab

Ὁμότροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimul nutritus, una educatus; (2) convictor. Ex τρέφω.

Ὁμοτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui aliquos ſimul alit. Ex iiſd.

Ὁμοῦ. *Adv.* una, ſimul, pariter; (2) eumdem in locum; (3) eodem in loco; (4) prope; (5) fere, ferme, propemodum, circiter. Ὁμοῦ τι, prope, παρετάξαντο πάσαις ὁμοῦ τι πολιτικαῖς δυνάμεσι, Plut. in Philopœm. cap. 10. Ὀλιγανδρίαν αἱ πρότερον στάσεις ϗ οἱ πόλεμοι περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τι οἰκουμένην ἀπειργάσαντο, Id. de Oracul. defect. Ab ὁμός.

Ὁμουπόστατος, ου, ὁ ϗ ἡ, eamdem hypoſtaſin habens. Ex ὁμοῦ, & ὑφίστημι, *ſubſiſto.*

Ὁμουρέω, ῶ, f. ήσω, idem quod ὁμορέω.

Ὅμουρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὁμόριος.

Ὁμούσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ὁμοούσιος.

Ὁμουσιότης, ητος, ἡ, idem quod ὁμοουσιότης.

Ὁμοφήτωρ, ορος, ὁ, omnibus pariter vaticinans; *Epith.* Apollinis. A φημί.

Ὁμόφθογγος, ὁ ϗ ἡ, conſonans, ejuſdem ſoni.

Ὁμόφλοιος, ὁ ϗ ἡ, ſimilem corticem habens.

Ὁμόφοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſimul it, comes. Ex ὁμοῦ, & φοιτάω, *eo.*

Ὁμοφραδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, unanimis, concors.

Ὁμοφράδμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui una cum alio conſultat, conſilii particeps; (2) unanimis, concors.

Ὁμοφρονέω, eadem ſum mente, conſentio.

Ὁμοφροσύνη, ης, ἡ, concordia, conſenſio, unanimitas. Ab

Ὁμόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, unanimis, ejuſdem mentis, animi, ſeu ſententiæ, idem ſentiens. Ex ὁμὸς, & φρήν.

Ὁμοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ejuſdem naturæ; (2) conſanguineus, cognatus. Ex ὁμὸς, & φυή. Hinc

Ὁμοφυΐα, ας, ἡ, naturæ communitas.

Ὁμοφυλία, ας, ἡ, ſimilitudo; cognatio. Ab

Ὁμόφυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejuſdem eſt gentis, generis, vel ſexus; (2) in eadem terra genitus, Gl. Vet. tribulis, gentilis. Ex ὁμὸς, & φῦλον.

Ὁμοφωνέω, ῶ, f. ήσω, eamdem vocem edo; (2) voce & lingua eadem utor.

Ὁμοφωνία, ας, ἡ, vocis convenientia, concentus; (2) ejuſdem linguæ uſus. Ab

Ὁμόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, eamdem vocem ſeu eumdem ſonum edens; (2) eadem lingua utens. Ex ὁμὸς, & φωνὴ, *vox.*

Ὁμοφώνως, *Adv.* eadem voce, vocibus concordibus; (2) una eademque lingua.

Ὁμόφωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, eodem lumine lucens. Ex ὁμὸς, & φῶς.

Ὁμοχοίνιξ, ικος, ὁ ϗ ἡ, eadem chœnice victitans, conſervus, commilito, quia milites & ſervi dimenſum acceptum conferebant & communes ex eo ſumptus faciebant.

Ὁμοχροια, ας, ἡ, coloris ſimilitudo, idem vel ſimilis color. Ab ὁμόχροος.

Ὁμοχρονέω, eodem tempore ſum, æqualis. Ab

Ὁμόχρονος, ου, ὁ ϗ ἡ, æqualis, contemporaneus.

Ὁμόχροος, *contr.* ὁμόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, ejuſdem coloris, concolor. Ex χρόα.

Ὁμοχρώματος, ον, idem. A χρῶμα.

Ὁμοχώριος, ου, ὁ, conterraneus, Gl. V. Ex ὁμοῦ, & χώρα. Unde

Ὁμόχωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ex eadem regione eſt, popularis, vicinus.

Ὁμόψηφος, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus idem ſuffragium eſt, eamdem fovens ſententiam; (2) qui una ſuffragium fert; (3) idem jus ſuffragii ferendi habens.

Ὁμοψυχέω, ῶ, f. ήσω, eodem ſub animo, concors ſum, conſentio.

Ὁμοψυχία, ἡ, unanimitas, concordia. Ab

Ὁμόψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ejuſdem eſt animi, concors, unanimis. Ex ψυχή.

Ὁμοψύχως, *Adv.* unanimiter, uno animo.

Ὁμόω, unio, in unum redigo, Paſſ. ὁμοῦσθαι, uniri, a. 1. ὁμωθῆναι, uniri, jungi. Ὁμωθῆναι φιλότητι, Il. 16, 209. Ab ὁμός.

Ὀμόω, juro, Gl. V. inuſit. ſed ab hoc ſunt uſitata ὀμόσω, f. 1. & ὀμοῦμαι, f. 2. med. ὤμοσα, a. 1. act. ὀμώμοκα, perf. cætera ab ὀμνύω, & ὄμνυμι. Ἕνεκα χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, *Iſocr.*

Ὄμπαι, fruges melle imbutæ ſacrificandæ.

Ὄμπια, omne genus bellaria, Heſ. Hinc

Ὀμπνειος, εία, ειον, vivendi & reſpirandi cauſſa almus, quo alimur, dives, magnus, copioſus, Heſ. Suid.

Ὀμπνειόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, larga manu dans, abundans, almus, Heſ. Ex ὀμπ. & χείρ.

ΟΜΠΝΗ, ης, ἡ, fruges, quibus vitam ſuſtentamus, frumentum, cibus, rerum copia.

Ὀμπνηρον, almum, ut ὀμπνηρὸν ὕδωρ, Heſ.

Ὄμπνιος, ία, ιον, almus, ut ὀμπνία Δημήτηρ, alma Ceres; ὄμπνιον ὕδωρ, Suid. Ἄλλος ἀροτρεύει σπόρον ὄμπνιον αὔλακι νείφων, Nonn. Paraph. 4, 36.

Ὀμφάκη, ης, ἡ, acerbæ uvæ ſuccus, ap. Dioſc. Ab ὄμφαξ. Unde

Ὀμφακίας, ου, ὁ, ex uvis immaturis expreſſus; (2) immitis, crudus, acerbus.

Ὀμφακίζω, uvam acerbam produco; acerbus ſum; ὀμφακίζομαι, uvas acerbas & adhuc immaturas lego. Ab eod.

Ὀμφάκινος, ίνη, ινον, omphacinus, uvas immaturas referens, ſ. ex iis confectus; ὀμφάκινον, veſtimenti muliebris genus, Poll. Ph. ὀμφάκινον, viride oleum. Ab eod.

Ὀμφάκιον, ου, τὸ, omphacium, ſuccus uvæ acerbæ nec dum maturæ. Ab eod.

Ὀμφακὶς, ίδος, ἡ, cavum ex quo glans querna enaſcitur. Ab eod. Unde

Ὀμφακίτης, ου, ὁ, ut ὀμφακίτης οἶνος, vinum omphacites; (2) cognomen Bacchi.

Ὀμφακόμελι, ιτος, τὸ, medicamentum ex uvis immaturis & melle.

Ὀμφακόρραξ, αγος, ὁ ϗ ἡ, acerbos & immaturos acinos habens. Ex ὄμφαξ, & ῥάξ.

Ὀμφακώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, acerbus in modum uvarum immaturarum. Ab ὄμφαξ.

Ὀμφαλητομία, ας, ἡ, umbilici præciſio. Ab

Ὀμφαλητόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbilicos infantibus recens natis præcidens. Ex τέμνω.

Ὀμφαλίον, ου, τὸ, umbilicus. Ab ὀμφαλος.

Ὀμφάλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbilicalis, ad umbilicum pertinens; (2) ex umbilico factus; rotundus.

Ὀμφαλιστήρ, ῆρος, ὁ, ſcalper, quo umbilicus infanti recens nato præciditur.

Ὀμφαλόεις, όεσσα, όεν, umbilicatus, umbilicum habens. Ab eod.

Ὀμφαλόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, fructum umbilicatum ferens.

ΟΜΦΑΛΟΣ, ου, ὁ, umbilicus, umbo.

Ὀμφαλοτομία, ας, ἡ, idem quod ὀμφαλητομία. Καὶ τῆς μαίας ἡ ὀμφαλοτομία μέρος ἐστὶν οὐκ ἀστόχου διανοίας. Ariſtot. Hiſt. An. 7, 10.

Ὀμφαλοτόμος, ὁ ϗ ἡ, id. quod ὀμφαλητ.

Ὀμφαλώδης, ες, umbilicaris.

Ὀμφαλωτὸς, ἡ, ὸν, umbilicatus, umbilicum habens. Ab eod.

ΟΜΦΑΞ, ακος, ἡ, alicubi & ὁ, uva acerba; uva immatura, Ph. (2) quivis plantæ fructus acerbus & immaturus.

ΟΜΦΗ, ῆς, ἡ, vox divina, oraculum, omen, augurium, ſomnium; (2) vox. Hinc

Ὀμφήεις, ήεσσα, ῆεν, fatidicus, vocalis.

Ὀμφητὴρ, ῆρος, ὁ, vates, fatidicus. Ab eod.

Ὁμωθῆναι, aor. 1. inf. paſſ, v. ὁμόω.

Ὁμῶλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, q. d. agrum conterminum habens, vicinus, finitimus. Ex ὁμοῦ & ὦλαξ, pro αὖλαξ.

Ὀμώμοκε, 3. ſ. perf. ind. act. *Att.* pro ὤμοκε, ab ὄμνυμι.

Ὁμωνυμέω, ῶ, cognominis ſum, idem nomen habeo.

Ὁμωνυμία, ας, ἡ, nominis communitas; (2) æquivocatio, ambiguitas. Ab

Ὁμώνυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem nomen habens, cognominis. Gl. V. cognominatus; ὁμώνυμοι λέξεις, ambigua vocabula; ὁμώνυμον, æquivocum, Gl. V. Ex ὄνυμα.

Ὁμωνύμως, *Adv.* communi, eodem nomine; (2) æquivoce, ambigue.

Ὁμωρόφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſub eodem tecto habitans, contubernalis. Ex ὁμοῦ, & ὄροφος.

Ὁμώροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ὁμῶς, *Adv.* ſimiliter, æque, pariter; (2) ſimul una. Ab ὁμός.

Ὅμως, *Conjunct.* tamen. Ab eod.

Ὁμωχέτης, ου, ὁ, ὁμωχέται θεοὶ, dii earumdem libationum participes, in eodem templo coli ſoliti. Ex ὁμος, & ἔχω.

Ὄν, ὄντος, τὸ, Gl. V. τὸ ὄν, ens; part. neutr. ab εἰμί.

Ὅν, *quem,* acc. ſing. ab ὅς, *qui.*

Ὄναγρα, ας, ἡ, onagra, herba quædam, potius οἰνάγρα.

Ὀνάγρινον χρῶμα, color qualis onagri.

Ὀναγρόβοτα, τὰ, onagrorum paſcua, locus paſcendis onagris ſive aſinis ſilveſtribus apta. Ex ὄναγρος, & βόσκω, *paſco.*

Ὄναγρος, ου, ὁ ϗ ἡ, aſinus ferus, onager; (2) machina quædam, harpago.

Ὀναίμην, aor. 1. opt. med. per *Sync.* pro ὀνησαίμην, ab ὄνημι.

Ὄναμαι, fruor, f. ὀνήσομαι; opt. ὀναίμην, fruar. ὄναιο, fruere, conducat tibi. Οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι, Eur. Med. 1351. Ab ὄνημι.

Ὀνάμενος, aor. 1. part. med. *per Syncop.* pro ὀνησάμενος.

ΟΝΑΡ, τὸ, inſomnium, ſomnium, viſio; (2) umbra & ſomnium vanum; κατ᾽ ὄναρ, & per ellipſin ὄναρ, per ſomnum, in ſomnis.

Ὀνάριον, ου, τὸ, aſellus. Dim. ab ὄνος.

Ὀνάσει, 3. ſ. f. 1. ind. act. *Dor.* pro ὀνήσει.

Ὄνασθαι, *frui,* præſ. inf. med. ab ὄναμαι, vel *juviſſe,* a. 1. inf. act. per *Sync.* pro ὀνήσασθαι, ab ὄνημι.

Ὄνασιν, *uſum,* acc. ſ. *Dor.* pro ὄνησιν.

Ὀνάσῃς, 2. ſ. aor. 1. conj. act. *Dor.* & *Poet.* pro ὀνήσῃς, ab ὄνημι.

Ὀνεία, ας, ἡ, pellis aſinina. Ab ὄνος.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, utilitas, emolumentum; ὀνείατα, cibi. Ab ὄνημι vel ὄναρ.

Ὀνειδείη, vel ὀνειδίη, ης, ἡ, probrum, dedecus. Ab ὄνειδος.

Ὀνείδη, acc. pl. *contr.* pro ὀνείδεα, ab ὄνειδος. Unde

Ὀνειδίζω, f. ίσω, probris inceſſo, vitupero, reprehendo; (2) exprobro, probroſe objicio. Τοιοῦτος ἂν, τοιαῦθ᾽ ὀνειδίζεις σποράν; Soph. Aj. 1315. Τοῦτ᾽ οὐκ ἴδ᾽ ὅπως αὐτ᾽ εἰς ἐμὲ τεύξειος τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι, id. Phil. 527. Κἀ ὀνειδίζω τύχας. Eur. Or. 4. Ὀνειδίζεις φίλοις, id. Al. 697.

Ὀνείδειος, vel ὀνείδιος, ια, ιον, probroſus, contumelioſus; (2) exprobratorius.

Ὀνειδίσαντα, acc. a. 1. part. act. v. ὀνειδίζω.

Ὀνειδίσει, 3. ſing. f. 1. ind.

Ὀνείδισις, ιας, ἡ, improperium, Gl. V.

Ὀνείδισμα, ατος, τὸ, probrum, quod alicui probroſe objicitur. Ab ὀνειδίζω.

Ὀνειδισμὸς, οῦ, ὁ, exprobratio, objectio probrorum; (2) convicium; (3) turpitudo. Ab eod.

Ὀνειδιστὴρ, ῆρος, ὁ, probroſus, probro adficiens. Ab eod.

Ὀνειδιστὴς, οῦ, ὁ, idem & ab eod. Hinc

Ὀνειδιστικὸς, ὴ, ὸν, exprobratorius, exprobrationem habens.

Ὀνειδιστικῶς, *Adv.* probroſe, cum exprobratione, contumelioſe.

Ὀνειδίσωσιν, 3. pl. a. 1. conj. act. cum ν ab ὀνειδίζω.

Ὀνειδιῶ, f. 1. ind. act. *Att.* pro ὀνειδίσω.

ὌΝΕΙΔΟΣ, εος, τὸ, probrum, dedecus, exprobratio; (2) gloria, laus, decus.

Ὀνεῖον, ου, τὸ, ſtabulum aſinorum. Ab ὄνος.

Ὀνεῖος, εια, ειον, utilis. Ab ὄνημι.

Ὄνειος, aſininus, ut ὄνειον κρέας, aſinina caro, Gl. V. Ab ὄνος.

Ὀνείριος, εία, ειον, ad ſomnia pertinens. Ab ὄνειρος.

Ὀνειρογόνος, ου, ὁ, profluvium genituræ in ſomniis. V. Lex. ex Plin. Ex γονή.

Ὀνειροκρίτης, ου, ὁ, ſomniorum interpres. Hinc

Ὀνειροκριτικὸς, ὴ, ὸν, ad ſomniorum interpretationem pertinens; (2) qui ſomnia novit interpretari; ἡ ὀνειροκριτικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars interpretandi ſomnia.

Ὀνειρολεσχία, ας, ἡ, contumelia, contumelioſa oratio, quaſi ſomnij garrulitas. Ex ὄνειρος, & λέσχη.

Ὀνειρολογία, ας, ἡ, ſomniorum enarratio, ſermo de ſomniis. Ex ὄνειρος, & λόγος.

Ὀνειρόμαντις, εως, ὁ ϗ ἡ, qui ex ſomniis futura prædicit, ſeu vaticinatur.

Ὄνειρον, ου, τὸ, ſomnium. Ab ὄναρ.

Ὀνειροπληκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſomnio territus, qui ſomniis percellitur. Ex πλήσσω.

Ὀνειροπολέω, ῶ, f. ήσω, ſomniorum interpretem ago; (2) ſomnio, ſomnium cerno. Ὀνειροπολεῖ ἵππους, Ariſt. Nub. 16. Ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ, id. Eq. 806. Πολλὰ τοιαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν τῇ γνώμῃ, Dem. Ab

Ὀνειροπόλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ex ſomniis futura prædicens, ſomniorum conjector. Ex ὄνειρος, & πολέω.

Ὀνειροπομπὸς, οῦ, ὁ, idem.

Ὄνειρος, ου, ὁ, ſomnium, viſum, Gl. V. (2) Deus quietis. Ab ὄναρ.

Ὀνειροσκόπος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſomnia conſiderat, interpretatur.

Ὀνειρόφαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, in ſomnio viſus; (2) qui ſomnia interpretatur. Ex φαίνομαι.

Ὀνειρόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, ſomniorum peritus, ſomniorum interpres. Ex ὄνειρος, & φρήν.

Ὀνείρω, *ſomnii*, gen. ſing. *Dor.* pro ὀνείρου.

Ὀνειρωγμὸς, οῦ, ὁ, inſomnium, inprimis de re Venerea; Ariſtot. Hiſt. An. 10, 3.

Ὀνειρώδης, ες, in ſomnis viſus; ſomniis crebris obnoxius. Ab ὄνειρος.

Ὀνείρωξις, εως, ἡ, ipſa ſomniandi actio, ſomnium, Suid. Ab

Ὀνειρώττω, f. ξω, ſomnio; (2) ſomnium laſcivum ſomnio; (3) ſemen in ſomno emitto. Ab ὄνειρος.

Ὄνευος, ου, ὁ, ſucula, machina tractorii generis. Ab ὄνος. Hinc

Ὀνεύω, & ὀνεύομαι, ſuculam verſo & circumago.

Ὀνέω, juvo. Gl. V. Hinc ὀνήσω, f. 1. in præſ. uſitatius ὄνημι.

Ὀνηθῆναι, a. 1. inf. paſſ. verbi ὄνημι.

Ὀνήιος, utilis, *Ion.* pro ὄνειος, ab ὄνημι.

Ὀνήιστος, utilis. Ab eod.

Ὀνηλατέω, ῶ, f. ήσω, aſinum agito. Ab

Ὀνηλάτης, ου, ὁ, agitator aſini, Gl. V. agaſo, mulio. Ph. aſinarius. Ex ὄνος, & ἐλαύνω.

Ὀνήμενον, acc. ſ. part. præſ. paſſ. v.

ὌΝΗΜΙ, & ὀνίνημι, f. ὀνήσω, ab ὀνέω, juvo, proſum, utilitatem adfero; ὄνημαι, ὄναμαι & ὀνίναμαι, utilitatem & fructum percipio, fruor. fut. ὀνήσομαι. Εὐπτίλω ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει, Phocyl. 116.

Ὄνημι, vitupero; ὄναμαι, vitupero, aor. 1. ὠνατο, vituperavit. Ὅτε μ' ὤνατο, Il. 17, 25.

Ὄνησε, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ὤνησε.

Ὀνήσεαι, 2. ſ. f. 1. ind. med. *Ion.* pro ὀνήσῃ.

Ὀνήσει, 3. ſing. f. 1. ind. act.

Ὀνήσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, utilis, fructuoſus. Ab ὄνημι. Unde

Ὄνησις, εως, ἡ, juvamen, emolumentum.

Ὀνησιφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, utilitatem adferens, qui juvare poteſt. Ex ὄνησις, & φέρω.

Ὀνησιφόρως, cum fructu, utiliter.

Ὄνησο, 2. ſing. præſ. imper. paſſ. v. ὄνημι.

Ὀνητικὸς, utilis, qui prodeſſe poteſt.

Ὀνητὸς, ὴ, ὸν, unde commodum & utilitas percipi poteſt, utilis. Ab ὄνημι. Unde

Ὀνήτωρ, ορος, ὁ, utilis, commodus.

Ὀνητὸς, vituperabilis, Heſ. ubi ὀνητὰ, μεμπτά. Ab ὄνημι, *vitupero*.

Ὀνθηλεύω & ὀνθυλεύω, *proprie* fimo agrum adſpergo; deinde cibos exquiſite condio, quia ut fimo agri fœcundiores, ſic cibi condimentis delicatiores fiunt. *Ern.* Ab

ὌΝΘΟΣ, ου, ὁ, fimus ſeu ſtercus jumentorum, Hom. Il. 23, 775.

Ὀνθύλευσις, εως, ἡ, exquiſitior ciborum apparatus.

Ὀνίας, ου, ὁ, ſcari piſcis genus. Ab ὄνος.

Ὀνιδία, ας, ἡ, ſtercus equinum. Ab eod.

Ὀνίδιον, ου, τὸ, aſellus. Ab eod.

Ὀνικὸς, ὴ, ὸν, aſininus, aſinarius. Ab eod.

Ὀνίνημι, idem quod ὄνημι.

Ὀνίνησιν, 3. ſing. præſ. ind. act. cum ν ab ὀνίνημι, *juvo*. Ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι, Hom. Il. 24, 45.

Ὀνὶς, ίδος, ἡ, ſtercus aſininum.

Ὀνίσκη, aſella, Gl. V. Ab ὄνος.

Ὀνίσκος, ου, ὁ, aſellus; (2) piſcis quidam, aſellus; (3) inſectum multipes, cutio, porcellio; (4) ſucula. Dim. ab eod.

Ὀνίσκω, juvo, proſum, Gl. Vet. ὀνίσκεται, fruitur. Ab ὀνέω.

Ὀνῖτις, ιδος, ἡ, q. d. aſinaria, ſpecies origani. Ab ὄνος.

Ὀνοβατέω, ῶ, aſinum admitto, ſive facio, ut aſinus equam ineat; (2) uſurpatur de aſinis equas ineuntibus. Ex βαίνω.

Ὀνοβάτις, ιδος, ἡ, quæ aſino vehitur. Ex iiſdem.

Ὀνόβλιτον, ſpecies bliti.

Ὀνόγυρος, ου, ὁ, & ἀνάγυρις, Nic. Th. 71. carduus aſininus vulgaris, planta adverſus venena ſalutaris, tritaque graviter olens. Quibuſdam etiam ἀνάγυρος dicitur.

Ὀνοειδὴς, ὲς, Aſino ſimilis. Ab εἶδος.

Ὀνοθήρας, ου, ὁ, herbæ nomen, quæ potius οἰνοθήρας.

Ὄνοιτο, 3. ſ. præſ. opt. med. v. ὄνομαι.

Ὀνοκένταυρος, ου, ὁ, onocentaurus, *animal*; (2) ſpecies dæmonum.

Ὀνοκηκὶς, ίδος, ἡ, q. d. galla aſinina.

Ὀνοκίνδιος ου, ὁ, agaſo, mulio, Dorienſibus; quaſi ex ὄνος, & κινέω, *moveo*.

Ὀνοκόπος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui aſinariam molam impellit & agitat, molitor. Ex κόπτω.

Ὀνοκρόταλος, ου, ὁ, onocrotalus, avis, olori ſimilis. Ex κρόταλον.

Ὀνόκωλος, ου, ὁ ϗ ἡ, pedes aſininos habens. Ex ὄνος, & κῶλον, *pes*.

ὌΝΟΜΑ, ατος, τὸ, nomen, vocabulum; (2) nomen, fama, celebritas; (3) prætextus, obtentus honeſtus; (4) auctor, ſub cujus ſc. nomine aliquid narratur, ponitur, ex cujus perſona aliquid dicitur; (5) dicitur & pro homine ipſo, ſed cum relatione ad nomen; ut nomen Rom. pro Romanis: abſolute, & cum numero in ſac. Lib. per Hebraiſmum. *Ern.*

Ὀνόμαζε, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ὠνόμαζε.

Ὀνομαζέσθω, 3. ſ. præſ. imper. paſſ.

Ὀνομάζω, f. άσω, nomino, appello; indigito, nuncupo, Gl. Vet. (2) celebro, decanto; ὀνομάζομαι, nominor, appellor. aor. 1. part. ὀνομασθεὶς, nominatus; p. ὠνομασμένος. Οὓς Ἑπειὸς ὠνόμαζε παῖς λεώς, Eur. Iph. in. Au. 283. Τίς ὀνομάζεται ποθ' οὗτος; Ariſt. Av. 295. Ὄνομα ᾗ ὠνομάζετο Ἕλινος, Soph. Phil. 606. Ab ὄνομα.

Ὀνομαθετέω, ῶ, nomina vel nomen impono, nomen indo. Ab

Ὀνομαθέτης, ου, ὁ, qui nomen imponit. Ex ὄνομα, & τίθημι.

Ὄνομαι, reprehendo, carpo, vitupero; ὄνονται, carpunt, f. 1. ὀνόσομαι, *poët.* ὀνόσσομαι, ὀνόσσεται, carpet, aor. 1. ὠνοσάμην, reprehendo; opt. ὀνοσαίμην, ὀνόσαιτο, reprehendat. Νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, Il. 14, 95.

Ὀνομαίνω, nomino, nuncupo, appello, nomine voco; (2) nominatim recenſeo, vel percenſeo, aor. 1. ὠνόμηνα, *Ion.* & *Poët.* ὀνόμηνα, ὀνόμηνεν, appellavit, vocavit. Ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα Πανδώρην, Heſiod. Ἔργ. 80. Ab ὄνομα.

Ὀνομακλήδην, *Adv.* nominatim.

Ὀνομακλήτωρ, ορος, ὁ, nomenclator, qui nominatim alios vocat, vocator.

Ὀνομάκλυτος, ου, vel ὀνομακλυτὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, cujus nomen eſt inclytum, celebris.

Ὀνόμαξε, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Ion.* & *Dor.* pro ὠνόμασε.

Ὀνόμασθεν, 3. plur. aor. 1. indic. paſſ. *Ion.* *Æol.* & *Bœot.* pro ὠνομάσθησαν.

Ὀνομασία, ας, ἡ, nomen. Ph. nominatio, nuncupatio. Ab ὀνομάζω.

Ὀνόμασιν, dat. pl. cum ν ab ὄνομα.

Ὀνόμασμα, ατος, τὸ, nomen, appellatio.

Ὀνομαστήρια, ων, τὰ, feſtum, quod celebratur ob impoſitionem nominis.

Ὀνομαστὴς, οῦ, ὁ, nominator, Ph. autumator.

Ὀνομαστὶ, *Adv.* nominatim, nomine.

Ὀνομαστικὸς, ὴ, ὸν, q. d. nominativus, nominatorius. Hinc τὸ ὀνομαστικὸν, οῦ, ſc. βιβλίον, dictionarium, onomaſticum, ὀνομαστικὴ, (ſc. πτῶσις) nominativus, Gl. V.

Ὀνομαστικῶς, *Adv.* nominatim.

Ὀνομαστὸς, ὴ, ὸν, q. d. nominabilis, qui nominari poteſt, celebris, nobilis, clarus. Gl. V. nominatus. Ab ὀνομάζω.

Ὀνομαστῶς, *Adv.* clare, nobiliter.

Ὀνοματικῶς, *Adv.* idem quod ὀνομαστικῶς.

Ὀνοματογραφέω, ῶ, nomina ſcribo ſeu inſcribo, in acta refero.

Ὀνοματογραφία, ας, ἡ, nominum inſcriptio; (2) nomenclatura. Ab

Ὀνοματογράφος, ου, ὁ ϗ ἡ, nominum ſcriptor, ſeu inſcriptor. Ex ὄνομα, & γράφω.

Ὀνοματοθεσία, ας, ἡ, nominum impoſitio; nuncupatio, Gl. V. Ex ὄνομα, & θέσις.

Ὀνοματοθέσια, ων, τὰ, nominalia, Ph. Ex iiſdem.

Ὀνοματοθετέω, nomen impono, fingo. Ab

Ὀνοματοθέτης, ου, ὁ, nominis impoſitor. Ex ὄνομα, & τίθημι.

Ὀνοματοθήρας, ου, ὁ, q. d. nominum auceps, vocabulorum captator. *Athen.* l. 14. Auceps ſyllabarum, *Cic.* de *Orator.* 1, 55. Ex ὄνομα, & θήρα, *venatio*.

Ὀνοματοκλήτωρ, ορος, ὁ, nomenclator, Gl. V. Ex ὄνομα, & καλέω, *voco*.

Ὀνοματολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui nomen ſeu nomina dicit; nomenclator, Gl. V. Ex ὄνομα, & λέγω.

Ὀνοματομάχος, ου, ὁ, qui de nominibus pugnat, Suic. Ex ὄνομα, & μάχομαι.

Ὀνοματοποιέω, nomen ſ. nomina fingo, vocabula novo, vocabula fingo a ſono, p.

part.

part. paſſ. ὠνοματοπεποιημένον, fictum a ſono.

Ὀνοματοποίησις, εως, ἡ, idem quod.

Ὀνοματοποιΐα, ας, ἡ, nominis ſ. vocabuli fictio; nominis fictio a ſono. Ab

Ὀνοματοποιὸς, οῦ, ὁ, nominis ſeu nominum, i. e. verborum ſeu vocabulorum fictor. Ex ὄνομα, & ποιέω.

Ὀνοματουργὸς, οῦ, ὁ, idem. Ex ἔργον.

Ὀνόμηνα, aor. 1. ind. act. *Att.* pro ὠνόμηνα, ab ὀνομαίνω.

Ὀνόπορδον, ου, τὸ, crepitus aſini, *herba*, quia aſini eam comedentes crepitus reddere dicuntur. Ex ὄνος, & πορδή.

Ὀνόρυγχος, bunilia, Ph.

ὌΝΟΣ, ου, ὁ, vel ἡ, aſinus, aſina; (2) piſcis quidam; (3) locuſtæ genus; (4) inſectum, multipeda, cutio, porcellio; (5) axis; (6) fuſus; (7) ſuperior molæ lapis; (8) vaſis *inpr.* vinarii genus; (9) unio, quæ & μονὰς, & κύβος; (10) origani ſpecies; (11) machina quædam.

Ὄνοσις, εως, ἡ, reprehenſio, vituperium. Ab ὄνομαι.

Ὀνοσκελὶς, ίδος, ἡ, crura aſinina habens. Ex ὄνος, & σκέλος. Unde

Ὀνόσκελος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.

ὈΝΟΣΜΑ, ατος, τὸ, onoſma, herba.

Ὀνόσαιτο, 3. ſing. f. 1. ind. med. *Poët.* verbi ὀνόω.

Ὀνοστάσιον, ου, τὸ, ſtabulum, Ph. Ex ὄνος, & στάσις.

Ὀνοστὸς, ἡ, ον, vituperandus, reprehenſione dignus. Ab ὄνομαι.

Ὀνοσφαγία, ας, ἡ, victima ex aſino. Ex ὄνος, & σφαγή.

Ὀνοτάζω, vitupero, carpo, incuſo. Ὀνοτάζομαι, abominor, Æſch. Suppl. 11. Ab ὄνομαι.

Ὀνοτὸς, ἡ, ὸν, vituperabilis. Ab eod.

Ὄνουρις, ιδος, ἡ, onuris, herbæ nomen. Ex ὄνος, & οὐρὰ, *cauda*.

Ὀνοφορβὸς, οῦ, ὁ, qui aſinos paſcit ac nutrit, aſinarius. Ex ὄνος, & φέρβω, *paſco*.

Ὀνοχειλὸς, vel ὀνοχειλὲς, & ὀνόχειλος, anchuſæ altera ſpecies. Ex ὄνος, & χεῖλος.

Ὀνόχηλος, ου, ὁ, ungulam aſini habens; ὀνόχηλον, anchuſæ ſpecies. Nic. Sch. quæ aliis ὀνόχειλος. Ex ὄνος, & χηλή.

Ὀνόω, vitupero, reprehendo, carpo; uſitatius ὄνομαι. Μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο, Theoc. 26, ult. Ab ὄνημι.

Ὄντα, acc. ſing. part. præſ. v. εἰμί.

Ὄντα, τὰ, bona, facultates. Ab eod.

Ὄντι, *ei, qui eſt*, dat. ſing. part. ejuſd.

Ὅντινα, *quemque*, acc. ſing. ab ὅστις.

Ὄντως, *Adv.* vere, ſane, plane, certo, profecto, Ph. Ab ὢν, ὄντος, ab εἰμί.

Ὄνυμα, nomen, *Æol.* & *Dor.* pro ὄνομα. Hinc

Ὀνυμάζω, & ὀνυμαίνω, appello.

ὌΝΥΞ, υχος, ὁ, unguis, ungula; (2) uncus; (3) genus torturæ; fidiculæ, Gl. V. (4) pars cordis; (5) pars folii roſæ ſuperior; (6) gemma quædam, onyx; (7) marmoris ſpecies; (8) operculum conchylii; (9) oſtreum; (10) frutex quidam.

Ὀνυχίζω, f. ίσω, *Att.* ιῶ, ungulam divido; (2) ungues præcido, vel reſeco; (3) ungue noto; (4) ad unguem exigo, exacte perpendo. Ab ὄνυξ.

Ὀνύχινος, ίνη, ινον, onychinus, ex onychis adipe, vel ex onyche gemma vel marmore confectus, vel etiam onychis conchylii colorem referens. Ab eod. Unde

Ὀνύχιον, ου, τὸ, unguiculus, Gl. V. ungula, unguella, unguicula; (2) lapis onychites.

Ὀνυχισμὸς, οῦ, ὁ, unguium reſectio. Ab ὀνυχίζω.

Ὀνυχιστὴρ, ῆρος, ὁ, unguis, ungula.

Ὀνυχιστήριον, ου, τὸ, culter ad recidendos ungues, Gl. Vet. unguicularium. Ab eod.

Ὀνυχίτης, ου, ὁ, ut ὀνυχίτης λίθος, onychites lapis. Ab ὄνυξ.

Ὀνυχῖτις, ιδος, ἡ. ut ὀνυχῖτις καδμεία, onychitis cadmia, dicta a ſimilitudine venarum onychis lapidis.

Ὀνυχογραφέω, ῶ, fut. ήσω, unguibus ſcalpo vel rado. Ex ὄνυξ, & γράφω.

Ὀνυχοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, unguium ſpeciem habens. Ex ὄνυχος, & εἶδος.

Ὀνώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, aſininus, qui aſinini generis eſt. Ab ὄνος.

Ὄνω, f. ὀσῶ, proſum, Sch. Soph.

ὈΝΩΝΙ͂Σ, ίδος, ἡ, ononis, *planta*.

Ὀξαλὶς, ιδος, ἡ, acida fæx vel vappa; (2) lapathi ſpecies, vulgo acetoſa, *Angl.* 𝔖𝔬𝔯𝔯𝔢𝔩. Ab ὄξος.

Ὀξάλμη, ης, ἡ, jus ex aceto & muria. Ex ὀξὺς, & ἅλμη, *ſalſugo*.

Ὀξέα, *Adv.* acute. Ab ὀξύ.

Ὀξέα, δένδρον, *arbor*, ornus, Gl. V.

Ὀξεῖα, ας, ἡ, acuta; (2) haſta, Suid. Ab ὀξύς.

Ὀξείδιον, ου, τὸ, Dim. idem quod ὄξος.

Ὀξέλαιον, ου, τὸ, condimentum ex aceto & oleo. Ex ὀξὺς, & ἔλαιον.

Ὀξέως, *Adv.* acute; (2) celeriter, velociter, repente, raptim. Ab ὀξύς.

Ὀξηρὸς, ρὰ, ρὸν, acetum reſipiens, acetarius.

Ὀξίζω, f. ίσω, aceo, acidus ſum, acorem refero. Ph. aceſco. Ab ὄξος.

Ὀξίνα, ης, ἡ, occa, crates dentata ferreis ſtilis, Heſ. Ab eod.

Ὀξίνης, ου, ὁ, ut ὀξίνης, οἶνος, vinum, quod coacuit aliquatenus. Ab ὄξος.

Ὀξὶς, ίδος, ἡ, acetabulum, vas, in quo acetum adſervatur, vel in menſa apponitur, vel quo idem metiuntur, qui vendunt. Ab eod.

Ὀξοπώλης, ου, ὁ, aceti venditor.

Ὄξος, εος, τὸ, acetum, vinum quod acuit, vinum vile, lora, *it.* vinum medicatum, ut myrrhatum & inde amarum. Ab ὀξύς. Unde

Ὀξύα, ας, ἡ, arbor abieti non abſimilis.

Ὀξυάδω, acuta voce cano.

Ὀξυάκανθα, ης, ἡ, oxyacantha, frutex in arboris magnitudinem quandoque excreſcens.

Ὀξυάκανθος, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Ὀξυβάφιον, ου, τὸ, acetabulum, Ph. Ex ὄξος, & βαφή.

Ὀξύβαφον, ου, τὸ, acetabulum, Gl. V. acetarium, Ph. Ex iiſd.

Ὀξύβαφος, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Ὀξυβελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, acutum habens cuſpidem; (2) qui celeriter jaculum emittit. Ex ὀξὺς, & βέλος.

Ὀξυβλέπτης, ου, ὁ, diſpex, Ph. diſpiciens, acute cernens. Ex ὀξὺς, & βλέπω. Unde

Ὀξυβλεψία, ας, ἡ, acutus viſus.

Ὀξυβόας, vel ὀξυβόης, ου, ὁ, acutum clamans. Ex ὀξὺς, & βοάω.

Ὀξυβολέω, celeriter jaculor. Ex βάλλω.

Ὀξύγαλα, ακτος, τὸ, lac acidum, lac, quod acuit. Hinc

Ὀξυγαλάκτινος, ινη, ινον, ex acido lacte confectus.

Ὀξύγαρον, τὸ, garum aceto conditum. Gl. V.

Ὀξύγγιον, unguina, arvina, axungia, Gl. V.

Ὀξυγένειος, ὁ καὶ ἡ, acutum mentum, acutam barbam habens. Ex γένειον.

Ὀξυγένυς, υος, ἡ, quod infra labra in maxilla inferiore eminet, Poll.

Ὀξύγη, ης, ἡ, bufo, Gl. V.

Ὀξυγλυκὲς, έος, τὸ, aqua mulſa acida. Ex ὄξος, & γλυκύς.

Ὀξύγλυκον, dulcacidum. Ph. Ex iiſd.

Ὀξύγλυκυς, εια, υ, dulciter acris. Hinc ὀξύγλυκυ, cremor favorum decoctus, mulſa acida; dulcacidum, Gl. V. Ex iiſd.

Ὀξύγοος, ον, lamentabilis, flebilis.

Ὀξυγράφος, ου, ὁ καὶ ἡ, celeriter ſcribens. Ex ὀξὺς, & γράφω.

Ὀξυγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, angulum acutum habens. Ex γωνία.

Ὀξυδέρκεια, ας, ἡ, acumen viſus, acies oculorum. Ab ὀξυδερκής. Unde

Ὀξυδερκέω, ῶ, f. ήσω, acutum cerno.

Ὀξυδερκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, acutum cernens, perſpicax. Ex ὀξὺς, & δέρκω. Hinc

Ὀξυδερκικὸς, ἡ, ὸν, ad viſus acumen faciens.

Ὀξυδερκῶς, acute, viſu acuto.

Ὀξυδορκέω, ῶ, f. ήσω, acutum cerno, Gl. V. Ex ὀξὺς, & δέρκω, δέδορκα.

Ὀξυδορκὴς, ὁ καὶ ἡ, idem quod ὀξυδερκής.

Ὀξυδορκία, ας, ἡ, acies oculorum, acies, Ph.

Ὀξυδορκικὸς, ἡ, ὸν, idem quod ὀξυδερκικός.

Ὀξυδρομέω, ῶ, velociter curro, Suid. Ab

Ὀξύδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, velociter currens.

Ὀξυέθειρος, ου, ὁ καὶ ἡ, acutos capillos habens. Ex ἔθειρα.

Ὀξύζω, aceſco, aceo, Gl. V. Ab ὀξύς.

Ὀξυηκοΐα, ας, ἡ, acumen audiendi, acute audiendi facultas. Ab

Ὀξυήκοος, ου, ὁ καὶ ἡ, acute audiens, qui acuto auditu eſt præditus. Εἰσὶ δέ τινες οἵ φασι καὶ μάλιστα ὀξυηκόους εἶναι τῶν ζώων ἰχθύας, Ariſtot. Hiſt. An. 4, 8. Ex ὀξὺς, & ἀκούω, *audio*, unde ἀκοὴ, *auditus*.

Ὀξυῆχος, ου, ὁ καὶ ἡ, acutum ſonum edens.

Ὀξυθάνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, celeriter interficiens.

Ὀξύθηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde acutus.

Ὀξυθήκτως, valde acute.

Ὀξυθρήνητος, ον, valde lamentabilis.

Ὀξυθυμέω, ῶ, fut. ήσω, iræ ſum impotens, præcipiti ira excandeſco. Ὀξυθυμεῖσθαι σφόδρα Εὐριπίδῃ, Ariſt. Θεσμ. 473. Ab ὀξύθυμος. Unde

Ὀξυθυμία, ας, ἡ, iræ præcipitantia.

Ὀξυθυμία, ας, ἡ, & ὀξυθυμια, purgamenta, ſordes.

Ὀξυθύμια, ων, τὰ, purgamenta ædium, quæ noctu Athenienſes in triviis ponebant; (2) ligna, ex quibus ſuſpenduntur aliqui.

Ὀξύθυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, iracundus, præceps ad iram.

Ὀξύϊνος, ίνη, ινον, ex oxya arbore confectus. Ab ὀξύα.

Ὀξυκάρδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, iracundus. Ex καρδία.

Ὀξυκάρηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, acutum caput habens. Ex ὀξὺς, & κάρηνον.

Ὀξύκεδρος, ου, ἡ, cedrus acuta.

Ὀξυκέρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, acuta cornua habens. Ex ὀξὺς, & κέρας.

Ὀξυκέρως, ατος, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex iiſd.

Ὀξυκέφαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, acuminatum caput habens. Ex κεφαλή.

Ὀξυκίνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, mobilis, qui celeriter movetur. Ex ὀξὺς, & κινέω.

Ὀξύκρατον, ου, τὸ, potio ex aceto & aqua. Ph. poſca. Ex ὄξος, & κεράω, *miſceo*.

Ὀξυκώκυτος, ον, valde flebilis.

Ὀξυλάβεια, ας, ἡ, ſtrenuitas, in agendo celeritas.

Ὀξυλαβέω, ῶ, celeriter prehendo, celeriter capeſſo & adgredior. Ab

Ὀξυλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſtrenuus, acer; (2) celer, acer in rapiendo, rapax. *Epith.* animalium rapacium. Φύσει ὁ ἀετός ἐστι φθονερὸς καὶ ὀξύπεινος, ἔτι δὲ ὀξυλαβής, Ariſtot. Hiſt. An. 9, 34. Ex ὀξὺς, & λαμβάνω.

Ὀξυλάβος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ὀξυλάλος, ου, ὁ καὶ ἡ, acute loquens.

Ὀξυλάπαθον, ου, τὸ, genus lapathi, foliis acutioribus.

Ὀξυλίπαρος, ου, ὁ καὶ ἡ, aceto & pingui aliquo imbutus.

Ὀξυλιπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem. Ex λίπος.

Ὀξυμάθεια, vel-θία, ας, ἡ, celeritas diſcendi. Ab

Ὀξυμαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, celeriter diſcens. Ex μανθάνω.

Ὀξύμαλα, mala acida. *Dor.* pro ὀξύμηλα.

Ὀξυμελὴς, ὲς, acuta voce canens. A μέλος.

Ὀξύμελι, ιτος, τὸ, potio ex melle & aceto, acetum mulſum. Ex ὄξος, & μέλι.

Ὀξυμελίκρατον, *Ion.* ὀξυμελίκρητον, idem. Ex ὀξύμελι, & κεράω, vel ex ὄξος, & μελίκρατον.

Ὀξυμέριμνος, ου, ὁ καὶ ἡ, acute excogitatus. Ex μέριμνα.

Ὀξύμηλον, *Dor.* ὀξύμαλον, malum acidum, i. e. prunum.

'Οξύμολπος, ὁ ϗ ἡ, acute canens. A μολπή.

'Οξύμορφος, ὁ ϗ ἡ, ſubito formatus. A μορφή.

'Οξυμυρσίνη, ας, ἡ, acuta myrtus, ſylveſtris. Hinc

'Οξυμύρσινος, ίνη, ινον, ex myrto ſilveſtri formatus.

'Οξύμωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutifatuus. Hinc τὸ ὀξύμωρον, ȣ, dictum acutum, tametſi primo intuitu ſtultum videatur.

'Οξυνίτης, ου, *Epith.* vini Hippoc. Ab ὀξύς

'Οξυντὴρ, ῆρος, ὁ, ſcalprum, Suic. Ab

'Οξύνω, fut. υνῶ, acumino, acuo, acutum reddo; (2) acuto accentu noto; (3) acuo ad, inſtigo, incito; (4) acidum reddo; (5) aceſco, in acorem vertor; ὀξύνομαι, acidus fio, aceſco. 'Οξύνειν τὴν τελευταίαν, ſcil. ſυλλαβὴν, Athen. Σίδηρος ſίδηρον ὀξύνει, ἀνὴρ ἢ παροξυνεῖ πρόσωπον ἑταίρου, Prov. 27, 17. Ab ὀξύς.

'Οξυόεις όεσσα, όεν, ex arbore oxya confectus. Ab ὀξύα.

'Οξυόστρακος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutiteſtaceus. Ex ὄστρακον, *teſta.*

'Οξυπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, fortiter impactus; (2) aculeatus. A πηγνύω.

'Οξυπαθῶς, *Adv.* acuto & vehementi adfectu, gravi animi dolore, graviter.

'Οξυπείνης, ȣ, ὁ, famelicus. Ex πεῖνα.

'Οξύπεινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui vehementi fame cruciatur, qui valde cupit. Ex iiſdem.

'Οξυπευκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, acidus cum amarore, vehementer amarus, Heſ. A πεύκη.

'Οξύπικρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acidus, Gl. V.

'Οξυποδέω, ῶ, addenſo, denſo, Gl. V. ὀξυποδεῖν, graſſari. Ph. Ab ὀξύπȣς. Unde

'Οξυποδία, ας, ἡ, acupedium, addenſatio.

'Οξυπόριον, τὸ, medicamentum facile venas & tenues partes corporis permeans. Ab

'Οξύπορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui cito tranſit. Ex ὀξὺς, & πείρω.

'Οξύπȣς, οδος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, celeres pedes habens, Gl. V. acupedius.

'Οξύπρωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutam proram (cuſpidem) habens, *Epith.* haſtæ.

'Οξύπτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, veloces pennas habens, Suic. A πτερόν.

'Οξύπυκνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ut ὀξύπυκνος ἁρμονία, ap. Muſicos denſitas acutorum ſonorum in ſupremis gradibus muſicæ ſcalæ.

'Οξυρεγμία, ας, ἡ, acidus ructus, cruditas. Ab ἐρεύγω. Hinc

'Οξυρεγμιάω, ῶ, acidum ructo, ructus acidos emitto.

'Οξυρεγμιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui acidum ructum emittit. Ab eod.

'Οξυρόδινον, vel ὀξυῤῥόδινον, ȣ, τὸ, ſc. ἔλαιον, oleum roſaceum aceto temperatum. Ex ὀξὺς, & ῥόδινος.

'Οξυῤῥεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, celeriter repens; (2) agilis; (3) propenſus. Ex ὀξὺς, & ῥέπω.

'Οξύῤῥιν, vel ὀξύῤῥις, ινος, ὁ ϗ ἡ, qui acuto eſt naſo.

'Οξύῤῥοπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, celeriter currens; (2) qui levi momento huc illuc inclinatur; (3) celer, celerrimus, qui fit momento temporis; (4) præceps, lubricus, fluxus, agilis. Ex ὀξὺς, & ῥοπή.

'Οξυῤῥόπως, *Adverb.* celeriter, cum impetu, acriter.

'Οξύῤῥογχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutum roſtrum habens.

'ΟΞΥ'Σ, εῖα, ὺ, *Gen.* έος, είας, έος, acutus, ut enſis, cuſpis; (2) acutus ſenſu, voce, animo; (3) acutus, i. e. acidus; (4) acris, vehemens; (5) celer, ſubitus, præceps, promptus, expeditus ad aliquid adgrediendum.

'Οξὺς, lumbus, Erot. ap. Hipp. ὀξύϊ, ὀσφύϊ.

'Οξύστομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutum os ſeu roſtrum habens; (2) acute ſcindens, acutam cuſpidem habens; (3) acutam ſ. argutam vocem habens. A στόμα.

'Οξύσχοινος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutus juncus, Gl. V. hibiſcum, juncus.

'Οξύτατα, *Adv.* acutiſſime, quam ociſſime, Gl. V. ὀξύτατος, ociſſimus, Gl. V. Superl. ab ὀξύ.

'Οξυτέλευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutum finem habens, in acutum ſonum deſinens. Ex τελευτή.

'Οξυτενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in acutum tendens, acuminatus. Ex ὀξὺς, & τείνω.

'Οξύτερον, *Adv.* ocius, Gl. V. Ab ὀξύ.

'Οξυτέρως, idem & ab eod.

'Οξύτης, ητος, ἡ, acumen, acies; (2) acrimonia, acerbitas; (3) ſtudium acre, intentio acris; (4) acumen ingenii; (5) tonus acutus; (6) celeritas, velocitas. Ab ὀξύς.

'Οξυτόκιον, φάρμακον, medicamentum, quod facit, ut mulier cito pariat. Ab

'Οξυτόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cito pariens, partum accelerans. Ex τίκτω.

'Οξυτόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acute ſecans; (2) acutus, Suic. A τέμνω.

'Οξυτονέω, ῶ, in acutum tendo, anguſtus ſum; (2) accentu acuto noto, ὀξυτονῶν, acuminatus. Ab

'Οξύτονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui acuto tono finitur, cujus ultima ſyllaba accentu acuto effertur; ὀξύτονοι ᾠδαὶ, acuti & magni ejulatus.

'Οξυτόνως, *Adv.* cum acuto accentu.

'Οξύτορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ut ὀξύτορος ἧλος, χαλινὸς, φωνὴ, acutus. A τείρω.

'Οξυτρίφυλλον, ȣ, τὸ, acutum trifolium.

'Οξυφάγος, ȣ, ὁ, piſcis nomen, ap. Opp.

'Οξυφαὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, acute videns. A φάος.

'Οξυφεγγὴς, ὲς, valde ſplendens. A φέγγος.

'Οξύφθογγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acute ſonans.

'Οξυφλεγμασία, ας, ἡ, acute & vehemens inflammatio.

'Οξύφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, acutum ſapiens, acri & ſolerti mente præditus. A φρήν.

'Οξύφυλλον, ȣ, τὸ, acuta folia habens; herba.

'Οξυφωνία, ας, ἡ, vox acuta. Ab ὀξύφωνος.

'Οξύφωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, acutam vocem habens. A φωνή.

'Οξύχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, promtus, expeditus manu. Hinc

'Οξυχειρία, ας, ἡ, celeritas manus.

'Οξυχολία, ας, ἡ, ira repentina & acris, iracundia. Ab

'Οξύχολος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſubito & graviter iraſcitur, Ph. bilioſus, cerebroſus, irritabilis, litigioſus, iracundus. A χολή.

'Οξυχόλως, ira gravi.

'Οξυωπέστερος, acutioris viſus, & ὀξυωπέστατος, acutiſſimi viſus, Comp. & Superl. ab ὀξυωπής. Unde

'Οξυωπέω, ῶ, acutum cerno.

'Οξυωπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, vel ὀξυώπης, acutum cernens, acutos habens oculos. Ὁ δὲ ἀετὸς ὀξυωπέστατος μὲν ἐστι, ϗ τὰ τέκνα ἀναγκάζει ἔτι ψιλὰ ὄντα πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν, ϗ τὸ μὴ βουλόμενον κόπτει, Ariſtot. Hiſt. An. 9, 34. Ex ὀξὺς, & ὤψ.

'Οξυωπία, ας, ἡ, acutus viſus, acies oculorum. Ab ὀξυωπής.

'Οξυωπίας, ȣ, ὁ, acutum cernens. Ab eod.

'Οξυωπὸς, ὴ, ὸν, cui ſunt acuti oculi.

'Οξώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, acetoſus, acidus. Ab ὄξος.

'Ὅȣ, cujus, gen. ſing. *Poët.* pro ȣ̃, ab ὅς, *qui.*

'Οπαδέω, comitor, ſector, Heſ. Ab

'Οπαδὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, qui ſequi aliquem jubetur, comes, adſecla, adſectator. Ab

'ΟΠΑ'ΖΩ, fut. άσω, perſequor; (2) ſequi jubeo, comitem do, præbeo, do; & ὀπάζομαι, comitem accipio, a perſequenti premor; ὀπάσσας, a. 1. 1. part. pro ὀπάσας, cum præbuiſſet. Κειλιοπώλῃσι ἢ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει, Ariſt. Eq. 200. Ὀπάζει ἢ νίκην, id. Θεσμ. 981. δῶρον τινὶ, Theoc. 27, 55.

'Οπαία, ας, ἡ, vas fictile, in quo foramen eſt. Ab ὀπή. Unde

'Οπαῖον, ȣ, τὸ, foramen ollæ; (2) foramen, per quod fumus ex furno aut camino exit.

'Οπανίκα, *Dor.* pro ὁπηνίκα, *quando.*

'Οπασσα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ὤπασα, ab ὀπάζω.

'Οπάσαις, a. 1. part. act. *Æol.* pro ὀπάσας.

'Οπάσσαις, 2. ſing. a. 1. opt. act. *Poët.* pro ὀπάσαις.

'Οπάτριος, idem quod ὁμοπάτριος.

'Ὄπατρος, ȣ, ὁ, eodem patre genitus. Ab ὁμόπατρος, ȣ, ὁ, *per Syncop.* ex ὁμὸς, & πατήρ.

'Οπάων, ονος, ὁ ϗ ἡ, comes. Ab ὀπάζω.

'Ὅπερ, quod, Gl. V. Ab ὅς, ἥ, ὅ.

'Ὅπερ, ἂν, quidquid.

'Ὅπερ, δὴ, quodlibet, Ph.

'Ὅπερ δήποτε, quodcumque, Gl. V.

'Οπεὺς, έως, ὁ, ſubula, qua aliquid perforatur. Ab ὀπή.

'Οπεύω, circumſpicio, video, & ὀπεύεσθαι, omina captare, augurari; ſed pro hoc tutius ὀπιπεύεσθαι. Ab ὀπὴ, vel ὄψ, *vox.*

'Οπέωνες, *Ion.* pro ὀπάονες, Herodot.

'ΟΠΗ', ῆς, ἡ, foramen, ſpecus, Gl. V.

'ΟΠΗ, *Adv.* ubi; (2) quo; (3) qua, qua via; (4) qua ratione, quo modo, prout. Hinc ἔσθ' ὅπη, alicubi, aliquo modo, quadamtenus; ὅπη ἂν, quocumque, quemcumque in locum; ὅπη ποτὲ, quocumque, quomodocumque; ὀπητιοῦν, aliquid, alicujus momenti.

'Οπηδεύω, comitor, Etym. ex Apoll.

'Οπηδέω, ῶ, comitor, comes ſum, adſector. Χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ, Epigr. Τȣ̃το δ' ἀεισθεῖσι Διὸς πάρα δῶρον ὀπηδεῖν, Dion. Περ. 547. Ab ὀπηδός. Hinc

'Οπηδητὴρ, ῆρος, ὁ, comes, adſectator, Heſ.

'Οπηδὸς, ȣ̃, ὁ, id. quod ὀπαδὸς, Att. Euſt.

'Οπηλίκος, ὁ ϗ ἡ, quantus. Hinc

'Οπηλικοσȣ̃ν, quantuſcumque; & in Neutr. ὁπηλικονȣ̃ν, quantumcunque. A πηλίκος.

'Οπηνίκα, *Adv.* quum, quando, poſtquam, quam mox, Ph. Ab ἡνίκα, *quando.*

'Οπήτιον, ȣ, τὸ, ſubula, qua aliquid perforatur. Ab ὀπή.

'Οπητιȣ̃ν, aliquid, alicujus momenti. Ab ὅπη, τὶ, & ȣ̃ν.

'Οπὶ, dat. ſing. ab ὄψ, *vox.*

'Οπίας, ȣ, ὁ, ut ὀπίας τυρὸς, caſeus coagulo ficulneo coagulatus. Ariſtoph. per jocum

'Οπίαν, vocat τὴν ὀπὴν, foramen. Ab ὀπός.

'Οπιδνὸς, ὴ, ὸν, reverendus, cavendus, vel extimeſcendus; ὀπιδνοτάτη, ſummopere cavenda, maxime extimeſcenda. Ab ὄπις.

'Οπίζετο, 3. ſing. imperf. ind. med. *Ion.* pro ὠπίζετο, ab

'Οπίζομαι, fut. ίσομαι, curo, revereor; (2) caveo; (3) rependo. Τῶν ȣ̓χ' ὀπίζετο μῆνιν, Heſiod. Ασπ. 21. Ἀλλὰ ſὸν αἰεὶ θυμὸν ὀπίζομαι, Odyſſ. 13, 148. Μητρὸς γὰρ πυκινὴν ὠπίζετ' ἐφετμήν. Hom. Il. 18, 216. Ab eodem.

'Οπίζω, f. ίσω, ſuccum lacteum arboris alicujus colligo cortice inciſo, vel caulem incido ſucci gratia. Ab ὀπός.

'Οπιθε, vel ὄπιθεν, pone, a tergo, Gl. V.

'ΟΠΙΚΟ'Σ, ὴ, ὸν, opicus, deformis, ſordidus, immundus, Vet. Lex.

'Ὄπιον, ȣ, τὸ, opium, ſuccus lacteus, qui papaveris ſcapo inciſo emanat. Ab ὀπός.

'Οπιπευτὴρ, ῆρος, ὁ, ſpeculator, qui circumſpicit diligenter aliquid. A

'Οπιπεύω, idem quod

'Οπιπτεύω, fut. εύσω, inſpicio, circumſpicio, oculis luſtro. Τί δ' ὀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας, Il. 4, 371. Ab ὄπτομαι.

'ΟΠΙΣ, ιδος, ἡ, ultio, vindicta divina; (2) cura, conſideratio, reſpectus; (3) adſpectus. Ἐκ ἢ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν ȣ̓κ ἀλέγοντες, Hom. Il. 16, 388.

'Οπισαμβῶ, itio retrograda, Euſt. ex quodam Lex. Quaſi ex ὀπίσω, & ἀμβαίνειν, pro ἀναβαίνειν, aſcendere.

'Ὄπισθε, vel ὄπισθεν, *Adv.* a tergo, pone; (2) poſterius, in poſterum, poſthac, poſtea. Hinc ὁ ὄπισθεν, poſterior, ſequens. Ab ὀπίζω.

ΠΕΙΡΑ', ᾶς, ἡ, cuſpis vel acies gladii. Τὴν πειρὰν επεσείετο, Appian. B. Mithridat.

Πειράζω, fut. άσω, tento, exploro, periculum facio, captioſe tento, tento ſolicitando ad aliquod ſcelus, *inpr.* ſtuprum; πειράζομαι, tentor, ad ſcelus aliquod ſolicitor. Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες, Heb. 3, 9. Ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι, Act. 16. 7. Πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, Marc. 1, 13. A πεῖρα.

Πειραθείη, 3. ſing. aor. 1. optat. paſſ. verbi πειράω.

Πειραιεὺς, Piræeus, portus Atticæ. Gen. Πειραιέως, Πειραιῶς, Acc. Πειραιᾶ.

Πειραιὸν, τὸ, idem.

Πειραϊκὸς, ut Πειραϊκαὶ πύλαι, Piraicæ portæ. A præc.

Πείραμα, ατος, τὸ, tentamentum, Gl. Vet. A πειράω.

Πειραίνω, finio, necto, aor. 1. part. πειρήνας, πειρήναντες, nectentes. Καὶ πεπείρανται τάδε, confecta ſunt, Soph. Trach. 590. Σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτοῦ πειρήναντες, Odyſſ. 22, 175. A περαίνω.

Πείραντα, acc. ſ. aor. 1. part. act. v. πείρω.

Πεῖραρ, ſive πεῖρας, ατος, τὸ, finis, terminus. A πέρας.

Πειρᾶσαι, a. 1. inf. act. v. πειράζω.

Πειρασθῆναι, *tentatum eſſe*, aor. 1. inf. paſſ.

Πειρασθῇς, *tenteris*, 2. ſ. aor. 1. conj. paſſ.

Πείρασις, εως, ἡ, tentatio, ſolicitatio; (2) conatus. A πειράω.

Πειρασμὸς, οῦ, ὁ, tentamentum; (2) tentatio. A πειράζω.

Πειραστὴς, οῦ, ὁ, tentator. Ab eod. Unde

Πειραστικὸς, ἡ, ὸν, tentandi peritus, tentativus; (2) qui inani conatu utitur.

Πειρατεία, ας, ἡ, piratica. A πειρατεύω.

Πειρατέον, & πειρατέα, tentandum. A πειράω.

Πειρατεύω, f. εύσω, piraticam exerceo, naves in mari capio, populor, vaſto, prædor. A πειρατής.

Πειρατηρία, ας, ἡ, *Ion.* πειρητηρίη, ης, ἡ, tentatio, qua alicujus rei periculum & experimentum facimus. A πειράω.

Πειρατήριον, ου, τὸ, ſedes piratarum; (2) prædonum multitudo; (3) experimentum, tentamentum, tentatio; (4) locus tentationum. A πειρατής.

Πειρατὴς, οῦ, ὁ, prædo marinus, pirata. A πειράζω.

Πειρατικὸς, ἡ, ὸν, ad piratas ſeu prædones marinos pertinens. A πειρατής.

Πειράτω, 3. ſ. pr. imper. act. pro πειραέτω, a

Πειράω, ῶ, f. άσω, & *Ion.* ήσω, conor, nitor, tento, experior, periculum facio; (2) tento, de ſtupro interpello, Gl. V. & πειράω, ſolicito, attento; πειράομαι, tento, Gl. Vet. aor. 1. part. πειραθεὶς, expertus, Ph. p. πεπειραμένος, expertus, Gl. V. πειρῶμαι, conor, nitor, experior, Gl. V. imperat. πειρῶ, enitere, Ph. Τοῦτο ἐγὼ πειράσομαι τοὺς μὴ εἰδότας διδάξαι, Xen. Cyr. 8, 1. Τὰ πρῶτα πειρασεῖσθε τᾶς λιμοῦ κακῶς, experiemini, Ariſt. Ach. 749. Πάντες γὰρ πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου, experimur, Phocyl. 36. Πειρηθήτω ἔγχεος, *Heſ.* Ἀσπ. 359. A πεῖρα.

Πειρηθῆναι, *tentatum eſſe*, aor. 1. inf. paſſ.

Πείρησαι, 2. ſing. a. 1. imper. act.

Πειρητίζω, experior, tento, periculum facio, exploro animum alicujus. Μή τί μευ, ἠΰτε παιδὸς ἀφαυροῦ, πειρήτιζε, Il. 7, 235. A πειράω.

ΠΕΙ'ΡΙΝΘΟΣ, Gen. & πείρινθα, acc. a πείρινς, crates, vel alveus ex viminibus in curru. Αὐτὰρ ὅγ᾽ υἷας ἄμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην Ὁπλίσαι ἠνώγει, πείρινθα δὲ δῆσαι ἐπ᾽ αὐτῆς, Hom. Il. 24, 190.

ΠΕΙ'ΡΩ, fut. περῶ, p. πέπαρκα, tranſadigo, transfigo, transfodio, infigo, adfigo; (2) tranſeo, aor. 1. ἔπειρα, transfixi; πεπαρμένος, transfixus, p. part. paſſ. Καὶ τὰ μὲν εὖ μίστυλλε, καὶ ἀμφ᾽ ὀβελοῖσιν ἔπειρε, Il. 9, 210. Πέλαγος Αἰγαῖον περῶ, Soph. Aj. 461.

Πειρῶ, 2. ſing. præſ. imper. med. *contr.* pro πειράου, a πειράω.

Πειρώατο, 3. plur. præſ. opt. med. *Ion.* pro πειρῷντο, ex πειράοιντο.

Πειρώμεθα, 1. pl. præſ. ind. med.

Πεῖσα, ης, ἡ, funis ancoralis. A πείθω.

Πεῖσαι, aor. 1. inf. act. *Poët.* pro πίσαι, a πίω, *irrigo.*

Πείσαις, a. 1. part. act. *Æol.* pro πίσας.

Πείσας, aor. 1. part. act. v. πείθω.

Πείσεα, loca irrigua, aquoſa prata.

Πείσεαι, 2. ſing. fut. 1. ind. med. *Ion.* pro πείσῃ, a πείθω.

Πείσεις, *perſuadebis*, 2. ſing. fut. 1. ind. act.

Πεισέμεν, f. 1. inf. act. *Ion.* pro πείσειν.

Πείσῃ, *obedies*, 2. ſing. fut. 1. ind. med. vel *perſuaſerit*, 3. ſing. a. 1. conj. act.

Πεισθέντας, acc. pl. a. 1. part. paſſ.

Πεισθῆναι, *perſuaſum eſſe*, aor. 1. inf. paſſ.

Πεισίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, hominibus perſuadens. Ex πείθω, & βροτός.

Πεῖσις, εως, ἡ, ſuaſio, ſuadela. A πείθω.

Πεῖσις, εως, ἡ, paſſio. A. f. 1. πείσομαι, patiar, verbi πάσχω.

Πεισιχάλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, frænis obediens, R. Suic. Ἅρματα πεισιχάλινα, Pind. Pyth. 2. Ex πείθω, & χαλινός.

Πεῖσμα, ατος, τὸ, fiducia adgrediendi aliquid, perſuaſio; (2) funis nauticus, quo navis religatur & retinetur, ut pareat gubernatori, retinaculum, firmamentum, refugium. Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν᾽ οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, Hom. Od. 9, 136. A πείθω.

Πεισμονὴ, ῆς, ἡ, perſuaſio. Ab eod.

Πειστέον, obſequendum, obediendum; (2) credendum. A πείθω. Unde

Πειστὴρ, ῆρος, ὁ, obediens, perſuaſor.

Πειστήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod

Πειστικὸς, ἡ, ὸν, perſuaſorius, vim perſuadendi habens. A πείθω.

Πειστικῶς, *Adv.* perſuaſorie, probabiliter.

Πείσυνος, υνη, υνον, fretus. A πείθω.

Πειώλης, ου, ὁ, catamitus, pathicus, Etym. Suid. Ex πέος, & ὄλλυμι.

Πεκούλιον, ου, τὸ, peculium, Vox Lat.

Πέκος, εος, τὸ, pellis, item cortex. A πέκω.

Πεκτέω, ῶ, fut. ήσω, pecto, carmino, carpo; (2) tondeo. Ἡνίκα πέκτειν ὥρα προβάτων πόκον ἤρινον, Ariſt. Av. 720. Quidam vero legunt πέκειν. Ποιήσω τήμερον τοὺς δημότας βαστάζειν σ᾽ ἐγὼ πεκτούμενον, id. Lyſ. 688. A πεκτός.

Πεκτὴρ, ῆρος, ὁ, qui tondet aut vellit. A πέκω. Unde

Πεκτὸς, ἡ, ὸν, pexus, comptus; (2) tonſus.

Πέκω, f. πέξω, tondeo. aor. 1. paſſ. ἐπέχθην ἐπέχθη, tonſus eſt. Τὸν κριὸν ὡς ἐπέχθη, Ariſt. Nub. 1359. A πείκω.

Πελάγειος, εια, ειον, marinus. A πέλαγος.

Πελάγεσσι, dat. plur. *Ion.* pro πελάγεσι, a πέλαγος.

Πελαγίζω, fut. ίσω, verſus altum, in altum navigo; (2) inundo, undis tego, Suid. Τὴν νύκτα πελαγίσας ἐπανῆλθε, Appian. Bell. Mithridat. Ab eod.

Πελαγικὸς, ἡ, ὸν, marinus, pelagicus, altum amans. Ab eod.

Πελάγιος, ία, ιον, idem & ab eod.

Πελαγοδρόμος, ον, maritimus, *Epith.* navis.

ΠΕ'ΛΑΓΟΣ, εος, τὸ, proprie mare altum, mare medium; (2) pars maris majoris; (3) æquor, mare, reperitur etiam de fluminibus, ut de Danubio, ap. Dion. Caſſ. (5) tropice, de magna mole rerum malarum.

Πελαγόστροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in mari degit, marivagus, Suic. A στρέφω.

ΠΕΛΑΓΟ'Ω, mari inundo.

Πελάζω, fut. άσω, propinquo, appropinquo, venio ad, accedo; (2) admoveo, applico, appello; πελάζομαι, appropinquo; πελασθεὶς, admotus, a. 1. Εἴρξω πελάζειν σφῷν γε τοῦτον τῆς πάτρας, impediam ne propinquent, Soph. Phil. 1397. Βορέᾳ σῶμα πελάζων, Ariſt. Av. 1405. τάφροις, Eurip. Rheſ. 123. Ἐκ ποίας πάτρας Ἑλληνικοῖσι δώμασιν πελάζετε; id. Ph. 286. ἰστὸν δ᾽ ἱστοδόκῃ πέλασαν, Hom. Il. 7, 434. A πέλας.

Πελάθω, idem. Τί ποτ᾽ οὐ πελάθει σκοποὺς, ὃν ναῶν Ἕκτωρ ἄτρυνε κατόπτας; Eurip. Rheſ. 556. A πέλας.

ΠΕ'ΛΑΝΟΣ, ου, ὁ, libum, quod placentæ in modum e farinæ polline fiebat, & ſacrificiis adhibebatur; (2) ſpuma concreta; (3) quodvis humidum concretum & arendo induratum; (4) oboli pondus.

Πελαργᾶν, Pythagoras vocabat τὸ νουθετεῖν, i. e. monere, admonere.

Πελαργιδεῖς, ciconiarum pulli. Sing. πελαργιδεύς.

Πελαργικὸς, ἡ, ὸν, qui ciconiarum eſt, ſeu qualis ciconiarum eſt, ciconiarum proprius; πελαργικοὶ νόμοι, leges de alendis parentibus; quia idfaciunt ciconiæ. A πελαργός.

Πελαργῖτις, ιδος, ἡ, herba lienoſis medens.

ΠΕΛΑΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, ciconia. A πέλον, nigrum, & ἀργὸν, album.

Πελαργοχρὼς, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, ciconiæ colorem habens. Ex πελαργὸς, & χρώς.

Πελαργώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ciconiæ ſimilis, ciconiam referens. A πελαργός.

ΠΕ'ΛΑΣ, *Adv.* prope. Hinc ὁ πέλας, vicinus, propinquus, alius. Comp. πλησίον, ſuperl. πελαστάτω, Hipp.

Πέλασαν, 3. plur. aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἐπέλασαν, a πελάζω.

Πελασθεῖσα, a. 1. part. paſſ. f. g.

Πελάσαις, a. 1. part. act. *Poët.* & *Æol.* pro πελάσας.

Πελαστὴς, οῦ, ὁ, qui appropinquat, qui accedit, vicinus, incola. A πελάζω.

Πελατεία, ας, ἡ, clientela, Gl. V. A

Πελάτης, ου, ὁ, vicinus; (2) inferioris conditionis homo, qui domum noſtram ventitat & nos colit, Gl. Vet. cliens. A πελάω.

Πελατικὸς, ἡ, ὸς, famularis. A πελάτης.

Πελάτις, ιδος, ἡ, cliens vel famula. Ab eodem.

Πελάω, ῶ, appropinquo, accedo. Ἔπειτα κυβερνήτην ἐκέλευον Γῇ πελάαν, Hom. Hym. in Bach. 44. A πέλας.

Πέλεθος, ſtercus; idem quod σπέλεθος.

Πελέθρισμα, ατος, τὸ, curſus Heſ. fortaſſe jugeri, vel per deſignata jugera. Quaſi a πελεθρίζω, quod eſt a πέλεθρον.

Πέλεθρον, ου, τὸ, jugerum, item ſpatium, ut πλέθρον. A πλέθρον.

Πέλεια, ας, & πελειὰς, άδος, ἡ, columbarum quædam ſpecies; (2) columba, Hom. Il. 5, 778. A πελός.

Πελειάδεσσι, dat. plur. *Ion.* pro πελειάσι, a πελειάς.

Πελειοθρέμμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, columbarum altor vel altrix. Ex πέλεια, & θρέμμα.

Πέλειος, εία, ειον, niger, fuſcus, lividus. A πελός.

ΠΕΛΕΚΑ'Ν, ᾶνος, ὁ, pelecanus; picus Martius; vid. ſeq.

Πελεκάνος, θαλάσσιον ὄρνεον, *marina avis*, fulica, Gl. V.

Πελεκᾶς, pelicanus, Att. pro πελεκάν.

Πελεκάω, ῶ, f. ήσω, ſecuri cædo vel complano. Ph. πελεκᾷ, dolat. A πέλεκυς.

Πελέκημα, ατος, τὸ, aſſula, fomes, Gl. Vet.

Πελέκησις, εως, ἡ, ſectio vel dolatio, quæ ſecuri fit. A πελεκάω.

Πελεκητὴς, οῦ, ὁ, dolator. Gl. V.

Πελέκησα, aor. 1. ind. act. *Ion.* & *Poët.* pro ἐπελέκησα, a πελεκάω, Odyſſ. 5, 244.

Πελεκητὸς, ἡ, ὸν, bipenni cæſus vel complanatus; (2) qui ſecuri cædi vel complanari poteſt. Ab eod.

Πελεκίζω, ίσω, ſecuri percutio. Ῥαϐδίσας ἐπελέκισε κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, Diod. Sic. A πέλεκυς.

Πελεκῖνος, ου, ὁ, ſecuridaca, vel ſecuriculata, herba vel frutex; (2) avis nomen.

Πελεκκάω, ῶ, idem quod πελεκάω. Πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ, Odyſſ. 5, 234.

Πέλεκκον, ου, τὸ, manubrium ſeu capulus bipennis. Εἵλετο καλὴν ἀξίνην εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ, Hom. Il. 12, 612. A πέλεκυς.

Πελεκοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſecuris ſeu bipennis formam habens. Ex πέλεκυς, & εἶδος.

Πελεκύδιον, ου, τό, ſecuricula, parva ſecuris. Dim. a

ΠΕ'ΛΕΚΥΣ, εως, ὁ, ſecuris, bipennis; (2) dicitur & de aſperitate morum, de acerbitate.

Πελεκυφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſecurim geſtat, bipennifer; (2) prætor. Ex φέρω.

Πελεμίζετο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐπελεμίζετο, a

ΠΕΛΕΜΙ'ΖΩ, f. ξω, moveo, commoveo, quaſſo, concutio; πελέμιξεν, aor. 1. pro ἐπελέμιξε, concuſſit; πελεμίχθη, aor. 1. paſſ. pro ἐπελεμίχθη, motus eſt. Οὐρίαχον πελέμιξεν Ἔγχεος, Il. 13, 433. Ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη, ib. 4, 535.

Πελεμιχθῆν, a. 1. ind. paſſ.

Πέλεσκε, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔπελε, a πέλω.

Πελεῦ, 2. ſing. præſ. imper. med. *Dor.* pro πέλου.

Πεληιάς, άδος, ἡ, columba, *Ion.* pro πελειάς.

Πελία, ας, ἡ, livor, lividitas; vox Dorienſium. A πελός. Hinc

Πελιαίνομαι, liveſco, livorem contraho.

Πελιδνὴ, ῆς, ἡ, lividitas. A

Πελιδνὸς, ἡ, ὸν, nigrorem plumbeum habens, ſanguine ſuffuſus, lividus, livens. Πελιδνὸς ὄνυξ, Nicand. Al. 411. A πελός. Hinc

Πελιδνότης, ητος, ἡ, livor; (2) pars livida.

Πελιδνόω, ῶ, f. ώσω, lividum reddo, ſugillo; πελιδνοῦμαι, liveo, liveſco, Gl. Vet.

Πελίδνωμα, ſuffuſio ſanguinis, livor. A pr.

ΠΕΛΙ'ΚΗ, ης, ἡ, poculi genus.

Πελικὰν, ᾶνος, ὁ, ſpecies poculi lignei; (2) catinus ligneus. A πέλεκυς.

Πελιόομαι, οῦμαι, liveſco. A

Πέλιος, ία, ιον, lividus, luridus, Ph. A πελός.

Πελιότης, ητος, ἡ, livor, Ph. A πέλιος.

Πελίωμα, ατος, τὸ, livor, Ph. nigredo. A πελιοῦμαι.

Πελίωσις, ἡ, idem.

ΠΕ'ΛΛΑ, *Ion.* πέλλη, ης, ἡ, vas, in quod lac emulgebant, mulctra, ſeu mulctrale; Hinc Anglicum vocabulum, *a* Pail. Σταθμῷ ἔνι βρομέωσι περιγλαγέας κατὰ πέλλας, Hom. Il. 16, 642. (2) vas potorium.

Πελλαῖος, αία, αῖον, vel πελλαιὸς, ὰ, ὸν, fuſcus, Heſ. A πελός.

Πελλητὴρ, ῆρος, ὁ, qui lac in mulctram mulget. A πέλλα.

Πελλόομαι, οῦμαι, idem quod πελιόομαι.

Πέλλος, η, ον, ſive πελλὸς, η, ὸν, colorem nigricantem & ſubfuſcum habens; item niger, fuſcus. A πελός.

Πέλλωμα, ατος, τὸ, livor, pars livida, R. A πελλόομαι.

ΠΕ'ΛΜΑ, ατος, τὸ, planta *pedis*; ſolea, calcaneum, Gl. V. Hinc

Πελματώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, plantaris, Gl. V.

Πέλοντο, 3. plur. imperf. ind. med. *Ion.* pro ἐπέλοντο, a πέλω.

Πελοποννησιακὸς, ἡ, ὸν, Peloponneſiacus. A Πελοπόννησος, *Peloponneſus.*

ΠΕΛΟ'Σ, ὴ, ὸν, v. πελλός.

Πελτάζω, ſcientiæ peltaſticæ operam do, R. pelta armatus pugno. A πέλτη.

Πελτάριον, ου, τὸ, parvula pelta ſive cetra. Gl. V. parmula. Dim. a πέλτη.

Πελταστὴς, οῦ, ὁ, qui peltam ad pugnam geſtat, peltatus, ſeu cetratus, Gl. V. parmularius. A πελτάζω. Unde

Πελταστικὸς, ὴ, ὸν, ad peltaſtam pertinens; (2) peltatus. Hinc ἡ πελταστικὴ, ῆς, ſc. ἐπιστήμη, ars utendi pelta, bene pugnandi cum pelta armatus ſis.

Πελταστικώτατα, *Adv.* more peritiſſimorum peltaſtarum. A præc.

ΠΕ'ΛΤΗ, ης, ἡ, pelta, cetra, ſcutum brevius, lorum non habens, quo ſagittarii & levioris armaturæ milites uti ſolebant.

Πελτοφόρος, ου, ὁ, peltatus. Ex πέλτη, & φέρω.

Πέλυξ, υκος, ſive πέλυς, ὁ, ſecuris, bipennis; (2) pelvis, proprie lignea. A πελεκὺς, & πελίκη.

Πέλυτρα, vel πέλουτρα, ſocci, apud Poll.

ΠΕ'ΛΩ, vel πέλομαι, ſum; (2) verto; (3) admoveo, appropinquare facio. Οὐ μὲν πως ἅλιον πέλει ὅρκιον, Il. 4, 158. Εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, ib. 450. Ὃς μέγα πᾶσιν Ἕρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο, ib. 1, 284.

ΠΕ'ΛΩΡ, ωρος, τὸ, monſtrum, monſtrum immane; (2) ingens.

Πελωρίδες, ων, αἱ, oſtreæ, a magnitudine ſic dictæ. A πέλωρ.

Πελώριος, ου, ὁ ϗ ἡ, monſtroſus, portentoſus, admirandus, ſuſpiciendus, mirus, ingens, immanis. Ab eod.

Πέλωρος, ώρα, ωρον, monſtroſus, portentoſus; (2) ingens, vaſtus, immanis. Ab eodem.

Πέμμα, ατος, τὸ, quidquid coquitur, coctum, genus placentæ; πέμματα, bellaria. A πέπτω.

Πεμμάτιον, ου, τὸ, bellarium, Dim. a πέμμα.

Πεμματολόγος, ου, ὁ, qui de opere piſtorio delicatius apparato verba facit, vel qui de placentis & opere dulciario librum conſcripſit. Ex πέμμα, & λόγος.

Πεμματουργὸς, οῦ, ὁ, bellariorum artifex, piſtor dulciarius. Ex πέμμα, & ἔργον, *opus.*

Πεμπαδάρχης, & πεμπάδαρχος, ου, ὁ, qui quinque militibus præeſt. Ex πεμπὰς, & ἀρχός.

Πεμπάζω, fut. άσω, per digitos numero, præſertim quinos; (2) numero; (3) cogito, conſidero. Εἴ τις ἕκαστα πεμπάζοι, Appollon. Αὐτὰρ ἐπὴν πάσας πεμπάσσεται, Odyſſ. 4, 412. A πεμπάς.

Πεμπὰς, άδος, ἡ, quinarius numerus, quinque. A πέμπε.

Πεμπαστὴς, οῦ, ὁ, quinque numerans. A πεμπάζω.

Πέμπε, οἱ, αἱ, τὰ, quinque. A πέντε.

Πέμπελος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſenex admodum decrepitus, & capularis, utpote jam in ſepulchrum demittendus. A πέμπω.

Πέμποισαι, nom. pl. pr. part. act. fem. gen. *Dor.* pro πέμπουσαι, a πέμπω.

Πέμπον, imperf. ind. act. *Ion.* pro ἔπεμπον.

Πεμπταῖος, αία, αῖον, quintanus; (2) quod quinto die fit, qui quinto die venit, redit, &c. A πέμπε.

Πεμπτάμερος, quinque dies durans. Pind.

Πεμπτὰς, άδος, ἡ, numerus quinarius; (2) numerus quinque militum. A πέμπτος.

Πεμπτέον, mittendum, ἤδη ὅτι ἐκ τούτων πεμπτέον εἴη, Xen. Cyr. 8, 3. A πέμπω.

Πεμπτημόριον, ου, ὁ, quinta pars. Ex πέμπτος, & μόριον.

Πεμπτὸς, ἡ, ον, miſſus. A πέμπω.

Πέμπτος, η, ον, quintus. A πέμπε pro πέντε.

ΠΕ'ΜΠΩ, fut. ψω, mitto, dimitto, procul amando, demitto, emitto, immitto, impono; (2) deduco, veho, tranſveho, trajicio; πέμψον, mitte, a. 1. imperat. πεμφθεὶς, miſſus, aor. 1. paſſ. particip. Πέμπειν τινὶ περί τινος, Thucl πρός τινα, Xen. βοηθείας τινι, Polyb. εἴς τινας, Xen. Μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα, Soph. Phil. 1154. Εἰς Ἀθήνας πέμψομαι Θηβῶν ἄπο, Eur. Her. fur. 1429.

Πεμπώβολον, ου, τὸ, veru quinque cuſpides habens, veru quinquefidum, Hom. Il. 1, 463. A πέμπε, & ὀβελός.

Πεμφιγώδης εος. ὁ ϗ ἡ, referens πέμφιγα; (2) humidus, flatulentus; (3) puſtulas excitans. A πέμφιξ.

Πεμφιδώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem. A πεμφίς.

ΠΕ'ΜΦΙΞ, ιγος, ἡ, flatus, gutta, nubes, bulla, puſtula, pro *anima*, Lyc.

Πεμφὶς, ιδος, ἡ, idem

ΠΕΜΦΡΗΔΩ'Ν, όνος, ἡ, inſectum e veſparum genere. Πεμφρηδὼν ὀλίγη τε ϗ ἀμφικαρὴς σκολόπενδρα, Nic. Th. 812.

Πέμψαν, 3. pl. a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔπεμψαν, a πέμπω.

Πέμψας, *qui miſit*, aor. 1. part. act.

Πέμψασι, *eis, qui miſerunt*, dat. plur. part.

Πεμψεῖς, 2. ſing. f. 1. indic. act. *Dor.* pro πέμψεις.

Πέμψις, εως, ἡ, miſſio. A πέμπω.

Πέμψωμεν, 1. pl. aor. 1. conj. act. verbi πέμπω.

Πενεστεία, ας, ἡ, famulitium, ſervitium. A πενέστης.

Πενέστερος, πενέστατος. A πένης.

Πενέστης, ου, ὁ, ſervus, famulus Theſſalorum. A πένομαι, *laboro.*

Πενεστικὸς, ἡ, ὸν, ſervilis. A præc.

Πένηαι, 2. ſing. præſ. conj. med. *Ion.* pro πένῃ, a πένομαι.

Πένης, ητος, ὁ ϗ ἡ, qui labore victum quærit, pauper, inops; (2) egens. Ab eod.

Πένησσα, ης, ἡ, paupercula. A πένης.

Πενητεύω, pauper ſum. Ab eod.

Πενθαλέος, εα, εον, luctuoſus, lugubris. A πένθος.

Πενθὰς, άδος, ἡ, luctuoſa, lugubris. Ἀνήρυγε πενθάδα φωνὴν, Nonn. Paraphr. 11, 16. Ab eod.

Πένθει, 2. ſing. præſ. imper. act. pro πένθεε, a πενθέω.

Πενθερὰ, ᾶς, ἡ, ſocrus, uxoris mater. A

ΠΕΝΘΕΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, ſocer, uxoris pater.

Πενθεροφθόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſocerum perdens. Ex πενθερὸς, & φθείρω.

Πενθέω, lugeo. Ἅπαντες δ' ἐνὶ λόγῳ πενθήσατε νεκρούς, Eur. Her. fur. 1396. Φθιμένην τὴν βασίλειαν πενθεῖν, id. Alc. 82. Ἐφ' οἷς ἡ πόλις ἐπένθησε, *Æſchin.* A πένθος.

Πένθημα, ατος, τὸ, luctus. A πενθέω.

Πενθήμεναι, præſ. inf. act. *Dor.* pro πενθῆναι, a πένθημι.

Πενθημιμερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, partis ſemiquinariæ. Hinc πενθημιμερὴς τομὴ, cæſura quum poſt ſecundum pedem ſyllaba ſupereſt. Ex πέντε, ἥμισυς, *dimidius*, & μέρος, *pars.*

Πενθημιπόδιον, ου, τὸ, duo pedes cum pede dimidio. Ex πέντε, ἥμισυς, & πούς.

Πενθήμερος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque dies durans, ſeu a quinque diebus. Ex πέντε, & ἡμέρα.

Πενθημιχοίνιξ, ικος, ἡ, duæ chœnices cum dimidia.

Πενθήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, luctuoſus. A πενθέω.

Πενθήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, lugubris. Ab eod.

Πενθητὴρ, ῆρος, ὁ, qui luget. Ab eod. Hinc

Πενθητήριος, ου, ὁ, lugubris, ad luctum pertinens.

Πενθητικὸς, ἡ, ὸν, lugubris.

Πενθητικῶς, lugubriter.

Πενθήτρια, ας, ἡ, præfica; (2) quæ luget.

Πενθικὸς, ἡ, ὸν, lugubris. A πένθος.

Πενθικῶς, *Adv.* lugubriter, lugubre.

Πένθιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, & πένθιμος, ίμη, ιμον, lugubris vel luctuoſus, Gl. V. lugubris, flebilis, funeſtus. A

ΠΕ'ΝΘΟΣ, εος, τὸ, luctus, i. e. mæror, ex morte propinquorum vel amicorum; (2) quivis mæror, Ph. luctus, funus.

Πενία, ας, ἡ, Ion. πενίη, ης, ἡ, paupertas, inopia. A πένομαι.

Πενιχραλέος, έα, έον, pauper, pauperculus, inops. A

Πενιχρὸς, ὰ, ὸν, idem. A πένομαι.

Πενιχρῶς, Adv. pauperum more, per inopiam.

Πενόλης, penula, Gl.V. al. φαινόλης.

ΠΕ'ΝΟΜΑΙ, facio, efficio, ago, paro, curo, ſtruo; (2) pauper ſeu inops ſum. Τί σε χρὴ ταῦτα πένεσθαι; Odyſſ. 24, 406. Πολλοί τοι πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται, Theog. 315.

Πένοντο, 3. plur. imperf. ind. med. Ion. pro ἐπένοντο, a πένομαι.

Πενταγάμβρος, ον, quinque generos habens.

Πεντάγραμμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque linearum eſt. Ex πέντε, & γραμμὴ, linea.

Πεντάγωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque angulos habens. Ex πέντε, & γωνία.

Πεντάδακτυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque digitos habet, vel qui quinque digitorum eſt.

Πενταδάρχης, vel πεντάδαρχος, ου, ὁ, qui quinque viris præeſt, quincurio. Ex πέντε, & ἀρχός.

Πενταδεκαέτης, quindecim annorum. Ex πέντε, δέκα, & ἔτος.

Πενταδικὸς, ὴ, ὸν, quinarius; (2) pentade conſtans. A πεντάς.

Πεντάδιον, ου, τὸ, numerus quinarius, quinternio. A πεντάς.

Πενταδραχμία, ας, ἡ, quinque drachmæ. A πεντάδραχμος.

Πεντάδραχμον, numiſma quinque drachmarum.

Πεντάδραχμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque drachmarum pretii eſt. Ex πέντε, & δραχμή.

Πεντάδωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque palmarum eſt. Ex πέντε, & δῶρον, palmus.

Πενταέθλιον, τὸ, idem quod

Πεντάεθλον, ου, τὸ, quinquertium, quinque certamina. Ex πέντε, & ἆθλος.

Πεντάεθλος, ου, ὁ, quinquertio, qui quinque certaminibus victor evaſit. Ex iiſd.

Πενταέτες, vel πενταετὲς, Adv. quinquennis, ſeu per quinquennium. A πενταέτης.

Πενταετηρὴς, ές, quinquennis. Ex iiſd.

Πενταετηρία, ας, ἡ, quinquennium, luſtrum.

Πενταετηρικὸς, ὴ, ὸν, quinquennalis; luſtralis, Gl. V. A πενταετηρία.

Πενταετηρὶς, ίδος, ἡ, quinquennium, luſtrum, Gl. V. A

Πενταέτηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinquennis. Ex πέντε, & ἔτος.

Πενταέτης, ου, ὁ, vel πενταετὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui quinque annorum eſt, quinquennis, quinquennalis. Ex iiſd.

Πενταετία, ἡ, quinquennium, Ex iiſd.

Πεντάζωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque zonas habens. Ex πέντε, & ζώνη.

Πενταθλεύω, idem quod

Πενταθλέω, ῶ, f. ήσω, quinque certaminibus me exerceo; (2) quinque certaminum generibus certo. A

Πένταθλον, ου, τὸ, idem quod πεντάεθλον.

Πένταθλος, ου, ὁ, quinquertius, Ph. idem quod πεντάεθλος; (2) in quocunque genere per omnes partes egregius, velut in dicendo.

Πενταθλιστικὸς, ὴ, ὸν, πενταθλιστικὴ νίκη victoria in omni genere certaminum.

Πενταῖος, αία, αῖον, quintus. A πέντε.

Πένταιχμος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque cuſpides ſeu muciones habens. Ex πέντε, & αἰχμή.

Πεντακέφαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, q. d. quinque habens capita, quinos habens truncos. Ex πέντε, & κεφαλή.

Πεντάκις, Adv. quinquagies mille, ſeu quinquaginta millia. Ex πεντάκις, & μύριοι.

Πεντακισχίλιοι, αι, ια, quinquies mille, quinque millia.

Πεντάκλαδος, ον, quinos ramulos habens; Epith. manus.

Πεντάκλινος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque clinis ſeu lectis inſtructus. Ex πέντε, & κλίνη.

Πεντακόρωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque cornicum ætates vixit; (2) capularis, decrepitus. Ex πέντε, & κορώνη, cornix.

Πεντακόσια, ων, τὰ, quingenta.

Πεντακοσιάρχης, & πεντακοσίαρχος, ου, ὁ, quingentorum militum præfectus. Ex πεντακόσιοι, & ἀρχὴ, vel ἀρχός. Hinc

Πεντακοσιαρχία, ας, ἡ, quingentorum militum præfectura.

Πεντακοσιαϛὸς, ὴ, ὸν, quingenteſimus. A πεντακόσιοι.

Πεντακόσιοι, ιαι, ια, quingenti. A πέντε.

Πεντακοσιομέδιμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quingentorum medimnorum eſt, qui ex ſuis fructibus reficit medimnos quingentos, qui quingentis medimnis cenſus eſt, Plut. in Solon. cap. 18.

Πεντακοσιοϛὸς, ὴ, ὸν, quingenteſimus. A πεντακόσιοι.

Πεντακυμία, ας, ἡ, immanis unda ſeu fluctus, fluctus decumanus, quinque fluctus uno impetu adventantes. Ex πέντε, & κῦμα.

Πεντάλεκτρος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque lectos habens; (2) quinque toros conjugales experta. Ex πέντε, & λέκτρον.

Πενταλιθίζειν, ludere πεντάλιθα, Vid. ſeq.

Πεντάλιθος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque conſtans lapidibus; πεντάλιθα, ludus quidam muliebris, quo ludebant quinque lapidibus.

Πεντάλιτρος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinquelibris, qui quinque librarum eſt. Ex λίτρα.

Πενταμερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, quinquepartitus, in quinque partes diviſus. Ex μέρος.

Πεντάμετρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt quinque pedum. Ex πέντε, & μέτρον.

Πεντάμηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt quinque menſium. Ex πέντε, & μὴν, menſis.

Πεντάοζος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in quinque ramos diſpergitur; (2) in quinos digitos diviſa. Ex πέντε, & ὄζος, ramus.

Πενταούγκιον, quincunx, Gl. V. Ex πέντε, & οὐγκία, uncia.

Πενταπάλαιϛος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui habet quinque palmos. Ex πέντε, & παλαιστή.

Πενταπέτηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque folia habens; πενταπέτηλον, herba quædam, quinquefolium. Ex πέντε, & πέταλον.

Πενταπετὲς, quinquefolium.

Πεντάπηχυς, εος, ὁ ϗ ἡ, qui quinque cubitorum eſt.

Πενταπλασιάζω, fut. άσω, quintuplo majorem facio. A

Πενταπλάσιος, ία, ιον, quintuplo major ſeu amplior, quintuplus, quinquies tantus. A πέντε.

Πενταπλασίων, ονος, ὁ ϗ ἡ, idem & ab eod

Πενταπλασίας, Adv. quintupliciter, quintuplo plus.

Πενταπλόος, οῦς, ὁ ϗ ἡ, & πενταπλόος, οῦς, πλόη, ῆ, πλόον, οῦν, quintuplus, quintuplicatus. A πέντε.

Πεντάπολις, εως, ἡ, quinque urbes.

Πεντάπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque meatus ſeu alveos aut canales habens; (2) quinquefluus.

Πεντάπους, τὸ ὄρεγμα, porrectio, carrecta, Gl. V. quinque pedes habens.

Πενταπρωτεία, ας, ἡ, quinqueprimatus. A πεντάπρωτοι.

Πεντάπρωτοι, ων, οἱ, quinqueprimi, ſenatores primarii municipales.

Πεντάριθμος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque numero.

Πεντάῤῥοιβδος, ον, quinque fidibus (qu. fidium virgis) conſtans.

Πεντὰς, άδος, ἡ, quinarius numerus, i. e. quinque, vel continens quinque. A πέντε.

Πεντάσκαλμος, ον, quinque remos habens.

Πενταστίθαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque ſpithamas longus, quinque dodrantes altitudine æquans. Ex πέντε, & σπιθαμή.

Πενταϛάδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque ſtadiorum eſt. Ex πέντε, & ϛάδιον.

Πεντάϛιχος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque ordinibus ſeu verſibus conſtans.

Πεντάϛομος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque ora ſeu oſtia habens. Ex πέντε, & ϛόμα.

Πεντασυλλαβία, ἡ, quinque ſyllabæ.

Πεντασύλλαβος, ον, quinque ſyllabis conſtans.

Πεντασυλλαβας, quinque ſyllabis.

Πεντάσχοινος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque ſchœnos patens.

Πεντατάλαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque talenta æquans, qui quinque talentorum eſt.

Πεντάτευχος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque volumina habens.

Πενταφάρμακος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque medicamentis conſtans. Ex φάρμακον.

Πενταφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, quintupliciter natus, quintuplex, Suic. Ex πέντε, & φυή.

Πεντάφυλλον, ου, τὸ, quinquefolium, herba, Pentaphyllum. Plin. l. 25. §. 62. c. 9. Angl. Cinquefoil.

Πεντάφυλλος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque folia habens.

Πεντάφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque voces ſeu ſonos reddens. Ex φωνή.

Πένταχα, Adv. quinquefariam, quinque modis. A πέντε.

Πενταχιλιαϛὸς, οῦ, ὁ, unus de quinque millibus.

Παντάχορδος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque habens chordas. Ex χορδή.

Πεντάχρονος, ον, quinque temporibus conſtans pes.

Πενταχῶς, Adv. quinquefariam. A πέντε.

ΠΕ'ΝΤΕ, οἱ, αἱ, τὰ, quinque.

Πεντεκαίδεκα, οἱ, αἱ, τὰ, quindecim.

Πεντεκαιδεκαετηρὶς, ίδος, ἡ, quindecennium.

Πεντεκαιδεκαέτης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui quindecim annorum eſt. Ex ἔτος.

Πεντεκαιδεκαναΐα, ἡ, quindecim naves. A ναῦς.

Πεντεκαιδεκάπηχυς, υ, quindecim cubitos habens.

Πεντεκαιδεκαπλασίων, ονος, ὁ ϗ ἡ, quinquies decies major ſ. præſtantior.

Πεντεκαιδεκαταῖος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui decimo quinto die aliquid facit aut patitur. A

Πεντεκαιδέκατος, άτη, ατον, decimus quintus.

Πεντεκαιδεκήρης, εος, ἡ, navis quindecim ordinum. Ex ἐρέσσω.

Πεντεκαιδεχήμερος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quindecim, dierum eſt. Ex ἡμέρα.

Πεντεκαιεικοσιέτης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui annorum eſt viginti & quinque. Ex ἔτος.

Πεντεκαιτριακοντούτης, ὲς, annorum 35. Ab ἔτος.

Πεντεκτενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, quinque pectinibus intextus. Ex πέντε, & κτεὶς, pecten.

Πεντέκτενος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Πεντεναΐα, ἡ, quinque naves.

Πεντεπένιχρος, οῦ, ὁ, quinquies pauper, i. e. pauperrimus.

Πεντέπους, ὁ, quinque pedes habens.

Πεντεσύριγγος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque fiſtulas ſeu quinque foramina habens. Ex σύριγξ.

Πεντετάλαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque talenta æquans. Ex τάλαντον.

Πεντετηρικὸς, ὴ, ὸν, quinquennalis. A

Πεντετηρὶς, ίδος, ἡ, quinquennium, luſtrum. Ex ἔτος.

Πεντέτης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui quinque annorum eſt. Ex iiſd.

Πεντετριαζόμενος, quinquies victus, & proprie quidem quinquertio. Ex τριάζομαι.

Πεντηκονθήμερος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinquaginta dierum eſt. Ex ἡμέρα.

Πεντήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, quinquaginta. A πέντε.

Πεντηκοντάδραχμος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinquaginta drachmis æſtimatus. Ex δραχμή.

Πεντηκονταετηρὶς, ίδος, ἡ, tempus quinquaginta annorum.

Πεντηκονταέτης, vel πεντηκονταετὴς, έος, ὁ, quinquagenarius, quinquaginta annos natus. Ex ἔτος.

Πεντηκονταέτις, ιδος, ἡ, fœm.

Πεντηκονταετία, ας, ἡ, quinquaginta anni.

Πεντηκοντακαιτριετὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui eſt annorum quinquaginta trium.

Πεντηκοντακάρηνω, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinquaginta habet capita. Ex κάρηνον.

Πεντηκοντακέφαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex κεφαλή.

Πεντηκοντάλιτρον, τὸ, quinquaginta libræ. A λίτρα.

Πεντηκοντάπηχυς, υ, quinquaginta cubitos habens.

Πεντηκονταρχία, ας, ἡ, munus & dignitas, qua quis quinquaginta militibus præeſt; (2) quinquaginta virorum principatus. A

Πεντηκόνταρχος, ου, ὁ, qui quinquaginta militibus præeſt. Ex ἀρχός.

Πεντηκονταταλαντία, ας, ἡ, quinquaginta talenta. A

Πεντηκοντατάλαντος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinquaginta talentorum eſt. Ex τάλαντον.

Πεντηκοντατέσσαρες, ων, ὁ ϗ ἡ, quinquaginta quatuor.

Πεντηκοντατὴρ, ῆρος, ὁ, quinquaginta militum præfectus, Suic. A πεντήκοντα.

Πεντηκοντάχοος, *contr.* πεντηκοντάχους, ου, ὁ ϗ ἡ, cum quinquageſimo fundens, quinquageſimo cum fœnore reddens. Ex χέω.

Πεντηκόντορος, ου, ἡ, quinquaginta remorum navis, ſeu navis actuaria quinquaginta remorum. Ex ἐρέσσω.

Πεντηκοντεύομαι, quinquageſimam ſolvo; quinquageſima a me exigitur; (2) quinquageſimam exigo, capio. A πεντήκοντα.

Πεντηκοντὴρ, ὁ, idem quod πεντηκοντατήρ.

Πεντηκοντηρικὸς, ἡ, ὸν, quinquaginta remos habens. Ex iiſd.

Πεντηκοντόγυος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinquaginta jugerum eſt. Ex γύα.

Πεντηκοντοκάρηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinquaginta capita habens. Ex κάρηνον.

Πεντηκοντόπαις, ὁ ϗ ἡ, quinquaginta liberos habens.

Πεντηκοντόργυιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinquaginta ulnarum eſt. Ex ὀργυιά.

Πεντηκόντορος, ου, ἡ, idem quod πεντηκόντερος.

Πεντηκοντούτης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui quinquaginta annorum eſt. Ex ἔτος.

Πεντηκόσιοι, ιαι, ιον, quingenti. A πέντε.

Πεντηκοσταῖος, αία, αῖον, qui die quinquageſimo aliquid facit. A πεντηκοστός.

Πεντηκοστεύομαι, quinquageſimam, ſcil. partem, ſolvo, quinquageſima a me exigitur. A πεντηκοστός.

Πεντηκοστὴ, ῆς, ἡ, ſc. ἡμέρα, Pentecoſte, dies quinquageſimus a reſurrectione Domini.

Πεντηκοστὴρ, ὁ, idem quod πεντηκοντήρ.

Πεντηκοστολογέω, quinquageſimam colligo ſeu exigo.

Πεντηκοστολόγιον, ου, τὸ, locus, in quo quinquageſimæ exiguntur. A

Πεντηκοστολόγος, ου, ὁ, qui quinquageſimam partem colligit ſeu exigit; (2) quinquageſimæ partis redemptor. Ex λέγω.

Πεντηκοστόπαις, αιδος, ὁ, quinquaginta filios ſeu filias habens.

Πεντηκοστὸς, ἡ, ὸν, quinquageſimus. A πέντε.

Πεντηκοστὺς, ύος, ἡ, ordo militaris conſtans quinquaginta viris. Ab eod.

Πεντήρης, εος, ἡ, quinqueremis. Ab ἐρέσσω. Hinc

Πεντηρικὸς, ἡ, ὸν, idem.

Πεντόζοιο, gen. ſing. *Ion.* pro πεντόζου, a

Πέντοζος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod πεντάοζος.

Πεντόργυιος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque ulnarum. Ex ὀργυιά, *ulna.*

Πεντόροβον, ου, τὸ, herbæ nomen, quæ alias pæonia. Ex ὄροβος, *ervum.*

Πεντόροφος, ου, quinque faſtigia, tecta, habens domus.

Πεντουγκία, quincunces, Gl. V. Ex οὐγκία.

Πεντώβολος, ου, ὁ ϗ ἡ, quinque obolorum. Hinc τὸ πεντώβολον, ου, quinque oboli.

Πεντώρυγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui quinque vallorum ſeu foſſarum eſt. Ex ὀρύσσω.

Πένω, idem quod πένομαι.

Πέξαιτο, 3. ſing. aor. 1. conj. med. verbi πέκω.

Πέξις, εως, ἡ, tonſura. A πέκω, *tondeo.*

Πεξῶ, f. 1. ind. act. *Dor.* pro πέξω, a πέκω.

Πεοίδης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui tumido ſeu craſſo pene eſt. Ex πέος, & οἰδέω.

ΠΕ'ΟΣ, εος, τὸ, penis, mentula, veretrum.

Πεπάγασι, 3. pl. perf. ind. med. *Dor.* pro πεπήγασι, a πήγνυμι.

Πεπαθυῖαν, *paſſam,* acc. ſing. perfect. part. act. f. g. *per Syncop.* pro πεπαθηκυῖαν, a πάσχω.

Πεπαιδευμένως, erudite, ſolerter. A παιδεύω.

Πεπαίνω, excoquo, & ad maturitatem perduco. Gl. V. maturo; (2) mitigo, lenio, πεπαίνομαι, matureſco. Gloſſ. Vet. Διασκοπῶν ἥδομαι τὰς Λημνίας ἀμπέλους, εἰ πεπαίνουσιν ἤδη, Ariſt. Pace 1172. Φρικτὰ πεπαινομένης ἀπεσείσατο κέντρα μερίμνης, Nonn. P, 11, 19. A πέπων.

Πεπαισμένον, acc. ſ. part. perf. paſſ. v. παίζω, *ludo,* vel παίω, *percutio.*

Πεπαίτατος, άτη, ατον, maturiſſimus, maturrimus. A πέπων, *coctus.* Unde

Πεπαίτερος, έρα, ερον, maturior, mitior, Æſch. Agam. 1374.

Πεπαλαγμένος, part. perf. paſſ. v. παλάσσω.

Πεπάλακτο, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐπεπάλακτο:

Πεπάλαχθε, 2. pl. perf. imper. paſſ.

Πεπαλὼν, a. 2. part. act. *Ion.* pro παλὼν, a πάλλω.

Πεπᾶναι, aor. 1. inf. act. verbi πεπαίνω.

Πεπανὸς, ἡ, ὸν, maturus, mitis, paſſus. Gl. V. A πεπαίνομαι.

Πέπανσις, εως, ἡ, maturatio; (2) actio, qua aliquid ad maturitatem perducitur. Gl. V. maturitas. A πεπαίνω. Unde

Πεπαντικὸς, ἡ, ὸν, coquendi, maturandi vim habens.

Πεπαρέμεν, aor. 2. inf. act. *Ion.* pro παρεῖν, a πείρω. (Πεπαρεῖν, ſuppeditare, præbere, *Pind.* qu. a πεπαίρω. *Ern.*)

Πεπάρθαι, *trajectum eſſe,* perf. inf. paſſ.

Πέπαρμαι, *trajectus ſum,* 1. ſing. perf.

Πεπαρῴνηκε, 3. ſing. perf, ind. act. *Att.* pro παρῴνηκε, a παροινέω.

Πέπασμαι, perf. ind. paſſ. *Poët.* pro πέπαμαι, a πάομαι.

Πεπασμὸς, οῦ, ὁ, idem quod πέπανσις.

Πέπαται, 3. ſ. perf. verbi πάομαι.

Πέπαυμαι, perf. ind. paſſ. v. παύομαι.

Πεπείθαται, 3. plur. perf. ind. paſſ. *Ion.* pro πεπεισμένοι εἰσὶ, a πείθω.

Πεπείθοντο, 3. pl. imperf. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐπείθοντο.

Πεπείραται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. v. πειράω.

Πέπειρος, ου, ὁ ϗ ἡ, maturus, mitis, adultus, Ph. inveteratus, Gl. V. A πέπτω.

Πεπείσθω, 3. ſing. perf. imper. paſſ. verbi πείθω.

Πέπεισμαι, *perſuaſus ſum,* perf. ind. paſſ.

Πεπεισμένως, vehementer. A πείθομαι.

Πεπεραγκέναι, perf. inf. act. v. περαίνω.

Πεπερημένον, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi περάω.

ΠΕ'ΠΕΡΙ, εως, ἡ, piper, arbor, vel planta; (2) fructus piperis, arboris Indicæ. Hinc

Πεπερίζω, piper imitor ſeu refero.

Πεπέριον, ου, τὸ, granulum piperis.

Πεπερὶς, ίδος, ἡ, granum piperis.

Πεπερίτης, ου, ὁ, piper guſtu referens.

Πεπεράπαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, pipere inſperſus, Suic. Ex πέπερι, & παστός.

Πέπηγε, 3. ſ. perf. ind. med. v. πήγνυμι.

Πεπηδηκέναι, perf. inf. act. v. πηδάω.

Πεπιεσμένον, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi πιέζω.

Πεπιθεῖν, aor. 2. inf. act. *Ion.* pro πιθεῖν, a πείθω.

Πεπιθημένον, acc. ſ. part. perf. paſſ. v. πιθέω pro πείθω.

Πεπιθήσεις, 2. ſ. f. 1. ind. act. *Ion.* pro πιθήσεις, a πιθέω.

Πέπιθμεν, 1. pl. aor. 2. ind. act. *Ion.* & *per Sync.* pro ἐπίθομεν.

Πεπίθοιμεν, 1. plur. aor. 2. opt. act. *Ion.* pro πίθοιμεν, a πείθω.

Πέπιθον, a. 2. ind. act. *Ion.* pro ἔπιθον.

Πεπιστεύκασι, 3. plur. perf. ind. act. verbi πιστεύω.

Πεπιστεύκεισαν, 3. pl. pluſq. ind. act. *Ion.* pro ἐπεπιστεύκεισαν.

Πεπιστευμένην, *creditam,* part. perf. paſſ. f. g.

Πεπλανημένως, *Adverb.* vagabunde, more eorum, qui errant. Gloſſ. Vet. palatim. A πλανάω.

Πεπλασμένως, *Adverb.* ficte, ſimulate. A πλάττω.

Πέπλασται, 3. ſ. perf. ind. paſſ. v. πλάσσω.

Πεπλάτευνται, 3. plur. perf. ind. paſſ. verbi πλατειάζω.

Πεπλατυσμένως, late, multis verbis, clare. A præc.

Πέπληγε, 3. ſing. imperf. ind. act. *Ion.* pro ἐπέπληγε.

Πεπληγέμεν, præſ. inf. act. *Ion.* pro πεπλήγειν, a πεπλήγω.

Πεπλήγω, percutio, ferio. A πλήσσω.

Πεπλήθυνται, 3. plur. perf. ind. paſſ. verbi πληθύνω.

Πεπληθὼς, perf. part. med. v. πλήθω.

Πέπληντο, 3. plur. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐπέπληντο, a πίμπλημι.

Πεπλήρωται, 3. ſing. perf. indic. paſſ. verbi πληρόω.

Πεπλησιακότες, nom. pl. perf. part. act. v. πλησιάζω.

Πέπλιον, ου, τὸ, & πεπλὶς, ίδος, ἡ, peplium, frutex; al. portulaca agreſtis & daphnoides; (2) medicamentum ex illa herba pituitæ & bili purgandæ aptum, Hipp. A πέπλος.

ΠΕ'ΠΛΟΝ, ου, τὸ, peplum; vid. ſeq.

Πέπλος, ου, ὁ, peplum. Ph. indumentum, palla, flamminium. Al. Gl. V. pallium; idem quod πέπλιον.

Πεπλῦσθαι, perf. inf. paſſ. verbi πλύνω.

Πέπλωμα, ατος, τὸ, peplum, veſtimentum; Æſchyl. Suppl. 728. A πέπλον.

Πέπλως, *peplos,* acc. plur. *Dor.* pro πέπλους.

Πεπνυμένον, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi πνύω ſpiro, unde πνύομαι *ſapio.*

Πέπνυσο, *ſapito,* 2. ſ. perf. imper. paſſ.

Πεποίηκας, 2. ſing. perf. ind. act. v. ποιέω.

Πέποιθε, 3. ſing. perf. ind. med. v. πείθω.

Πέποιθα, confido, fretus ſum, fido, Ph. perf. in ſignif. præſ. Οὗτος δ᾽ ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν πέποιθεν αἰεὶ, Eur. Her. fur. 106. A πείθομαι, *credo.*

Πεποίθησις, εως, ἡ, perſuaſio, certa confidentia, fiducia, Ph. A πέποιθα.

Πεποιθία, ας, ἡ, idem & ab eod. Heſ.

Πεποίθομεν, 1. pl. pr. ind. v. πεποίθω.

Πεποιθότας, acc. plur. part. perf. med. verbi πείθω.

Πεποιθότως, *Adv.* confidenter, cum fiducia.

Πεποιθὼς, ότος, ὁ, confiſus, fretus, fidens; part. Ab eod.

Πέπομφε, *miſit,* 3. ſing. perf. ind. act. *Att.* pro πέπεμφε, a πέμπω.

Πεποναμένως, *elaboratos,* acc. plur. perf. part. paſſ. *Dor.* pro πεπονημένους, a πονέω.

Πέπονας, *laboraſti,* 2 ſing. perf. ind. med.

Πεπονηρευμένῳ, dat. ſing. perf. part. paſſ. v. πονηρεύομαι.

Πέπονθε, 3. ſing. perfect. indic. med. verbi πάσχω.

Πέπορδα, *pepedi,* perf. ind. med. verbi πέρδω.

Πεπορεῖν, aor. 2. inf. act. *Ion.* pro πορεῖν, a πόρω, *præbeo.*

Πεπόρευσο, 2. ſing. perf. imperat. paſſ. verbi πορεύομαι.

Πεπόρευται, *ivit,* 3. ſing. perf. ind. paſſ.

Πεπορθημένως, vaſte. A πορθέω.

Πεπόσθαι, perf. inf. paſſ. verbi πῶμαι.

Πέποσθε, *laboraviſtis,* 2. pl. perf. ind. paſſ. *per Syncop.* pro πεπόνησθε, a πονέω, Hom. Il. 23, 99. Odyſſ. 10, 465.

Πεποτήαται, *volarunt,* 3. pl. perf. paſſ. *Ion.* pro πεπότηνται, a ποτάομαι.

Πεπόνητο, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐπεπόνητο.

Πεπραγμένον, *factum*, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi πράττω.

Πέπρακε, 3. ſing. perf. ind. act. *per Syncop.* pro πεπέρακε, a verbo περάω, *termino*; vel a πιπράσκω pro πράω, *vendo*.

Πέπρακται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. v. πράττω.

Πεπρᾶσθαι, perf. inf. paſſ. v. πιπράσκω.

Πέπραχε, 3. ſ. perf. ind. act. v. πράσσω.

Πεπραχέναι, *feciſſe*, inf. perf. ejuſd.

Πεπρῆσθαι, *Ionice*, idem quod πεπρᾶσθαι.

Πεπρησμένου, gen. ſing. perf. part. paſſ. verbi πρήθω.

Πέπρωμαι, *fato deſtinatus ſum*, perf. ind. paſſ. *per Syncop.* pro πεπεράτωμαι, a περατόω.

Πεπρωμένη, ης, ἡ, Parca. Ph. fatum. A περατόω, quaſi πεπερατωμένη, *finita, terminata*.

Πεπρωμένον, ου, τὸ, fatum. Gl. Vet. parcatum, fatale. Ab eod.

Πέπρωται, 3. ſing. perf. paſſ. v. περατόω.

Πέπταμαι, *expanſus ſum*, 1. ſ. perf. ind. paſſ. *per Sync.* pro πεπέτασμαι, a πετάζω.

Πεπτεῶτα, *lapſum*, acc. ſ. perf. part. act. *Ion.* & *per Sync.* pro πεπτωκότα, a πίπτω.

Πεπτήριος, ια, ιον, concoctioni inſerviens. Πεπτήριον σπλάγχνον, *Aret.* A πέπτω.

Πεπτηῶτα, *lapſum*, acc. ſing. perf. part. act. *Ion.* pro πεπτεῶτα.

Πεπτικὸς, ὴ, ὸν, coquendi ſeu concoquendi vim habens. A

ΠΕ'ΠΤΩ, f. ψω, coquo, maturo, digero; (2) pinſo; πεπεμμένος, coctus, perf. part. πεπέφθαι, coctum eſſe. Τὰ μὲν πέψαντες, τὰ δὲ μάξαντες, Plato.

Πέπτωκας, 2. ſ. perf. ind. act. v. πίπτω.

Πεπτῶτα, *lapſum*, acc. ſing. part. perf. *per Sync.* pro πεπτωκότα.

Πεπύθωνται, 3. pl. aor. 2. conj. med. *Ion.* pro πύθωνται, a πυνθάνομαι pro πεύθομαι.

Πεπυκασμένῳ, dat. ſing. part. perf. paſſ. v. πυκάζω.

Πεπυρωμένον, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi πυρόω.

Πεπύσθην, 3. dual. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐπεπύσθην, a πυνθάνομαι, Il. 17, 377.

Πέπυσμαι, *audivi, reſcivi*, perf. ind. paſſ.

Πέπωκα, perf. ind. act. verbi πίνω pro πόω.

Πέπων, ονος, ὁ καὶ ἡ, coctus ſeu excoctus a ſole, maturus, mollis, ignavus; (2) pepo. Gl. V. A πέπτω. *Angl.* **Pumpion.**

ΠΕΡ, *Particula*, ſive *Conjunct.* expletiva aliis orationis partibus annecti ſolita, quæ (1) notat *quamquam, tametſi*; (2) reſpondet particulæ *cumque*; (3) *vacat*.

ΠΕ'ΡΑ, ultra, ultra modum, ultra quam, plus quam, ſupra, præter; πέρα τοῦ, ſupra quam, Gl. V.

Περάαν, præſ. inf. act. *Ion.* pro περᾶν, a περάω.

Περάασκε, vide περάω.

Πέραθεν, *Adv.* ex ulteriori parte. A πέραν.

Περαίη, ης, ἡ, ſc. γῆ, vel χώρα, terra ulterior, terra, quæ eſt ultra locum aliquem, quæ eſt ultra mare; (2) oriens & occidens. A πέρα. Unde

Περαίας, ου, ὁ, piſcis de genere capitonum.

Περαίνω, finio, termino, Gl. Vet. perago, conficio; perf. part. πεπερασμένος, finitus, terminatus. Πέραινέ μοι λόγον, Eur. Med. 701. Κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται, M. Anton. 6, 7. A πέρας.

Περαιόθεν, *Adv.* ex ulteriore parte, ex adverſo; (2) ex orientali plaga. A

Περαῖος, αία, αῖον, ulterior, in ulteriori parte ſitus. A πέρα.

Περαιόω, ῶ, f. ώσω, tranſmitto ſeu tranſveho in ulteriorem oram, tranſporto, trajicio, tranſeo; (2) finio, termino, perficio; περαιοῖ, peragit. Ph. περαιῶσαι, perorare, Ph. inf. aor. 1. περαιοῦμαι, perficior; πεπεραιωμένος, tractus, perfectus, Ph. perf. Ἅμα ἡλίῳ τὴν λίμνην περαιωθέντες, Heliod. A περαῖος.

Περαιτέρω, *Adv.* ulterius vel ulterius quam. Ph. amplius, ulterius. A πέρα.

Περαίωσις, ἡ, trajectus. A περαιόω.

Περαιωτικὸν, penetrabile, Gloſſ. Vet. A περαιόω.

Πέραμα, ατος, τὸ, trajectus, tranſitus. A περάω.

Πέραν, *Av.* ultra, trans. A πέρα.

Περαντικὸς, ὴ, ὸν, ad finem perducendi & efficiendi vim habens; (2) qui probe novit inferre & concludere aliquid. A περαίνω.

ΠΕ'ΡΑΣ, ατος, τὸ, finis, terminus, effectus, Ph. clauſula. Gl. V.

Πέρας, denique, demum, tenus, Ph.

Περάσαις, a. 1. part. act. *Æol.* pro περάσας, a περάω.

Περάσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui tranſiri poteſt, vadoſus. Gl. Vet. penetrabilis. A περάω.

Πέρασις, εως, ἡ, tranſitus, tranſitio; (2) finis, exitus. Ab eod.

Περασμὸς, οῦ, ὁ, finis. A πέρας.

Περάτεσσι, dat. pl. *Ion.* & *Poët.* pro πέρασι, a πέρας, ατος, *finis*.

Περατεύω, finio, termino. A πέρας.

Περάτη, ης, ἡ, finis, extremum; (2) extremitas horizontis orientem verſus. A πέρα. Hinc

Περάτηθεν, ab extremo; (2) ex adverſo.

Περάτης, ου, ὁ, tranſitor. A περάω.

Περατικοὶ, transfluminales, Gl. V.

Περατοειδὴς, ὲς, finitus.

Πέρατος, ατη, ατον, ulterior. A πέρα.

Περατὸς, ὴ, ὸν, per quem tranſitus patet, permeabilis. A περάω.

Περατόω, finio, termino. A πέρας. Hinc

Περάτωσις, εως, ἡ, terminatio.

Περάω, ῶ, f. άσω, & ήσω, tranſeo, penetro; (2) tranſporto, Gl. V. trajicio, trano; imperfect. *Ion.* περάασκον, περάασκε, penetrabat. Αὐτὸς πρὸς ἅδην δεύτερον ὄχον περᾷ, Lyc. 809. Τὸ μὲν περάσας δεσπότης δοῦλον λέχος, Eur. Andr. 30. A πέραν.

Περγαμηνὴ, membrana, Gl. Vet. A

Πέργαμον, urbs, arx, Ionibus, Suid. Πέργαμος, arx Ilii, arx Trojæ, Heſ. Lat. pl. Pergama; (2) urbs Aſiæ minoris.

Πέρδησις, ἡ, peditum. A πέρδω.

Περδικικὸς, ὴ, ὸν, ad perdices pertinens.

Περδίκιον, ου, τὸ, parva perdix; (2) herbæ nomen. A πέρδιξ.

Περδικοτροφεῖον, ου, τὸ, locus, ubi aluntur perdices. A

Περδικοτρόφος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui vel quæ perdices alit. A πέρδιξ & τρέφω.

ΠΕ'ΡΔΙΞ, ικος, ὁ καὶ ἡ, perdix avis; (2) aſtutus; (3) libidinoſus.

Πέρδω, & πέρδομαι, pedo, perf. πέπορδα; a. 2. ἔπαρδον.

Πέρηθεν, *Adv.* de vel ex ulteriori parte. A πέρα.

Πέρην, trans, ultra, *Ion.* pro πέραν.

Περῆσαι, a. 1. inf. act. verbi περάω.

Περήσει, *tranſibit*, 3. ſ. fut. 1. ind. act.

Περητήριον, ου, τὸ, quo perforare & transfodere aliquid poſſumus, terebra. A περάω.

Πέρθαι, perf. inf. paſſ. *Ion.* pto πεπέρθαι, a

ΠΕ'ΡΘΩ, f. πέρσω, diruo, everto, vaſto, depopulor; a. 2. ἔπαρθον, inf. πραθεῖν, *Ion.* πραθέειν; perf. πέπερθα. Καὶ τἀπὶ Τροίᾳ Πέργαμ' ὡς οὐ μή ποτε πέρσοιεν, εἰ μὴ, &c. Soph. Phil. 613. Ἢ πᾶν στρατόπεδον πέρσειν δοκεῖς; Eur. Rheſ. 592. στρατὸν, Pind. Ol. 10, 40.

ΠΕΡΙ', *præpoſ. cum Genit.* de; pro; propter; præ, ultra. *Cum Dat.* circum, circa. *Cum Acc.* circa, circum; circiter; erga, inſervit ſæpe Periphraſi; (1) perſonæ οἱ περὶ Σωκράτην, Socratici; οἱ περὶ Ἄνυτον, Anytus, *it.* Anytus, cum ſubſcriptoribus; οἱ περὶ Παῦλον, Paulus cum comitibus; (2) rei, τὰ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν, cupiditas; (3) genitivi, ἡ περὶ αὐτὸν ἀρετὴ, virtus ejus; intendit, ut περίεργος, curioſus, περίλυπος, prætriſtis; ſæpe redundat, interdum in eodem verbo modo addit aliquid ſignificationi ſimplici, modo nihil. Caſui poſtpoſitum eſt paroxytonum πέρι.

Πέρι pro περίεστι, *ſupereſt*.

Περιάγαμαι, demiror, Gl. V.

Περιαγαπάω, ῶ, fut. ήσω, valde amo.

Περιαγγέλλω, enuncio; aor. 1. περιήγγειλα. Ναῦς περιαγγέλλειν κατὰ πόλεις, imperare, Thuc. βοηθεῖν, id.

Περιαγείρω, circumquaque congrego, undiquaque colligo; περιαγείρομαι, a circumfluentium multitudine circumdor. Περιαγειρόμενοι ἀθληταὶ, Plato.

Περιαγὴ, ἡ, flexus. A περιάγω.

Περιαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, circumactus. Ab eod.

Περιαγκωνίζω, brachia & manus vincio, ſ. poſt terga ſ. alio modo. Hinc

Περιαγκώνισμα, τὸ, revinctio brachiorum & manuum.

Περιαγνίζω, f. ίσω, luſtro.

Περιάγνυμι, & περιαγνύω, fut. άξω, confringo torquendo, contorqueo; aor. 2. part. paſſ. περιαγεὶς, circumfractus. Περιάγνυται ὕδωρ, Apollon.

Περιαγοραῖος, ου, ὁ, circumforaneus; (2) loquax, rabula. Ex ἀγορὰ, *forum*.

Περιάγχω, f. ξω, præfoco, contorqueo. Ex

Περιάγω, fut. άξω, circumduco, circumago, mecum duco; (2) circumeo, luſtro; (3) adduco, redigo ad aliquid; Gl. V. circumago, ductito, circumduco, circino, traduco. Περίαγε τὸν τράχηλον, Ariſt. Av. 177. Αὕτη, τί ποιεῖς, τὴν κεφαλὴν ποῖ περιάγεις; id. Pace. 680.

Περιαγωγεὺς, έως, ὁ, inſtrumentum ad circumagendum navem. A περιάγω.

Περιαγωγὴ, ῆς, ἡ, circumactio, circumductio, flexus, qui in orbem fit, Gl. Vet. ambages. Ab eod.

Περιᾴδω, celebro. Ab ἀείδω.

Περιαθρέω, circumſpicio, attente ſeu diligenter conſidero. Τὰ ἐν μυχοῖς ὥσπερ ἐν ἡλίῳ περιαθρεῖν, Philo. Hinc

Περιάθρησις, εως, ἡ, circumſpectio, attenta & diligens conſideratio.

Περιαίνυμαι, detraho, aufero.

Περιαίρεσις, εως, ἡ, detractio, amputatio.

Περιαιρετὸς, ὴ, ὸν, qui circum eximi poteſt, exemptilis. A

Περιαιρέω, ῶ, circum aufero, vel in circuitu circumcido; amputo, decortico, detraho, aufero, adimo, depono; περιαιρεθεὶς, ademptus, Gl. Vet. aor. 1. paſſ. part. Δεῖ δὲ μὴ μόνον πράξεις τὰς μὴ ἀναγκαίας περιαιρεῖν, M. Anton. 4, 16. Περιελέσθαι αὐτῶν τὰ ὅπλα, Xen. Cyr. 8, 15. Περιελῶ σ' ἀλαζονείας, Ariſt. Eq. 290.

Περιαίρημα, τὸ, v. περιαίρεσις.

Περιαιροῦσαν, acc. ſing. part. præſ. act. pro περιαιρέουσαν.

Περιακοντίζω, f. ίσω, jaculis undique ferio.

Περίακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui circumagi poteſt, verſatilis. A περιάγω.

Περιαλγέω, ῶ, f. ήσω, ægerrime doleo, vel fero, vehementer doleo. Τοῖς μὲν παροῦσι περιαλγοῦσα, Heliod. ἐπί τινα, id. Hinc

Περιαλγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, qui valde dolet. Περιαλγέστερον κλεῖναι, *Aret.*

Περιαλγῶς, valde dolenter, ægerrime.

Περιαλείφω, fut. ψω, circumlino, circumungo; περιαλήλειπται, 3. ſ. perf. paſſ. Φάρμακον δίδωμι, τὰ 'ν τοῖσιν ἀντικνημίοισιν ἑλκύδρια περιαλείφειν, Ariſt. Eq. 903. Περιαλείφειν τὸν πηλὸν, Theophr.

Περίαλλα, *Adv.* eximie, inſigniter. Ex περὶ, & ἄλλα, *alia*. Soph. Oed. T. 1227.

Περιαλλόκαυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, caule ſuo aliud circumplectens.

Περίαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, aliis præſtans, eximius.

Περιάλλως, *Adv.* eximie, ſupra modum, R.

Περιαλουργὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, q. d. circum purpuratus; (2) profundus, immerſus, quaſi tinctus malis. Ex ἅλς, & ἔργον.

Περιαλουργὸς, ὴ, ὸν, idem & ex iiſd.

Περιαμάω, ῶ, fut. ήσω, demeto.

Περίαμμα, ατος, τὸ, quod circumnectitur & circumligatur alicui, quidquid annectitur collo aliive corporis parti ad arcendas noxas, amuletum. Δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι, Dioſc. de Hippogloſ. A περιάπτω.

Περιαμπέχω, & περιαμπίσχω, obtego, involvo. Οὐδὲν δεῖ περιαμπίσχειν λόγους, Eur. Med. 282.

Περιαμύνω, protego & defendo a periculis. Σχήσω ἀμυνέμεναι περὶ Πατρόκλοιο θανόντος, Tmeſis, Il. 17, 182.

Περιαμύσσω, vel περιαμύττω, fut. ξω, ſaucio.

Περιαμφιέννυμι, vel περιαμφιεννύω, circumveſtio.

Περιαμφὶς, ίδος, ἡ, circumductio, circumactio. Ex περὶ, & ἀμφίεμαι.

Περιάμφοδος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui circa plateam eſt, in circuitu ſitus.

Περιαναγκάζω, vi circumduco, ſ. circumago.

Περιανθίζω, fut. ίσω, floribus, vel floridis quibuſdam coloribus undique orno.

Περιανίστημι, idem quod ſimplex.

Περιαντλέω, circumfundo.

Περίαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, annexus, alligatus; περίαπτον, monile, Gl. Vet. A

Περιάπτω, fut. ψω, annecto, appendo, alligo, pro amuleto appendo; (2) adquiro, concilio, comparo; (3) impono, injungo, attribuo, Gloſſ. Vet. obdo. Πολὺ σ᾽ ἀνίας πρᾶγμ᾽ αἴσχιον ζητεῖς αὐτῷ περιάψαι, Ariſt. Plut. 589. Μεγάλας τιμὰς αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει περιάψειν, Xen. Cyr. 1, 23.

Περιαῤῥάττω, effringo, confringo allidendo.

Περιάργυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, argenteus. Hinc

Περιαργυρόω, argento duco.

Περιαρμόζω, fut. όσω, apte circumpono. Τοῖς θυρεοῖς περιήρμοζε λεπίδα χαλκῆν, Plut.

Περιάροσις, εως, ἡ, circumarandi actio. A

Περιαρόω, ῶ, f. ώσω, obaro.

Περιαρτάω, ſuſpendo.

Περίασις, εως, ἡ, circumcentus, vel circumſonantia, fama, celebratio, Plut. A περιάδω.

Περιαστράπτω, fut. ψω, ſplendore circumdo. Ἐξαίφνης περιέστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, Act. 9, 3.

Περιαχολέω, ῶ, f. ήσω, occupatus ſum.

Περιαυγάζω, fut. άσω, ſplendore luceque circumquaque illumino, colluſtro.

Περιαύγεια ας, ἡ, ſplendor circumquaque lucens, Suic. A περιαυγής.

Περιαυγέω, ῶ, fut. ήσω, ſplendore luceque circumfundo, colluſtro. Ὥσπερ καὶ τἀμυδρὰ φέγγη ἐναφανίζεται τῷ ἡλίῳ περιαυγούμενα, Longin. 17. A

Περιαυγὴ, ῆς, ἡ, lux circumquaque fuſa.

Περιαυγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, circumquaque ſplendens, pellucidus. A περιαυγή. Unde

Περίαυγος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem.

Περιαυθαδίζομαι, fut. ίσομαι, pertinaciter reſiſto, contumaciter ago, ſuperbe me gero, magnifice de me ſentio. Ab αὐθάδης.

Περιαυτίζομαι, idem, Heſ. Ab αὐτός.

Περιαύοντος, g. ſing. part. præſ. act. verbi περιαύω.

Περιαυτολογέω, ῶ, f. ήσω, de me ipſo (jactabundus ſive cum jactantia) loquor, nimis multa. Ex περὶ, αὐτὸς, & λόγος, *ſermo.* Hinc

Περιαυτολογία, ας, ἡ, ſui ipſius prædicatio & laudatio.

Περιαυχένιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui cervici circumponitur; ψέλλια καὶ περιαυχένια, Appian. B. Mithridat. Ariſtænet. 1, 18. Ab αὐχήν.

Περιαύω, f. αύσω, pernocto.

Περίαχεν, 3. ſ. a. 2. ind. act. *Dor.* & cum ν pro περίηχε, a περιηχέω.

Περιβάδην, *Adv.* pedibus alternatim motis; (2) circumeundo, obeundo. A

Περιβαίνω, fut. βήσομαι, circumeo; (2) protego, defendo. Πρὶν γὰρ περίβησαν ἄριστοι, Il. 14, 424. Πατρόκλῳ περιβάς, ib. 17, 80.

Περιβαλέσθαι, a. 2. inf. med. v. περιβάλλω.

Περιβάλλω, amicio, cooperio, circumjacio, ambio, amplector, adficio, Gl. V. περιβεβληκέναι, adfeciſſe; περιβεβλημένος, opertus, obſitus, circumamictus, circumſeſſus, amictus, Ph. Λάβε μου, πόσι, περίβαλλε δὲ χεῖρας, Ariſt. Θεσμ. 921. Ὦ ῥᾳδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με, Eur. Iph. in Tau. 791. Τυραννίδ᾽ αὐτῷ περιβαλεῖν ἔμελλε γῆς id. Ion. 866. Στεναγμῶν με περιβάλλει νέφος, id. Her. fut. 1144.

Περιβαλώμεθα, 1. pl. aor. 2. conj. med. v. περιβάλλω.

Περίβαρα, ων, τὰ, calceamenta quædam. Quaſi περίβαλα, a περιβάλλω.

Περιβαρὶς, ίδος, ἡ, ſpecies calceamentorum muliebrium, Ariſt. L. 48. A περίβαρα.

Περιβαρὺς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde gravis.

Περίβασις, εως, ἡ, circumitio, inambulatio. A περιβαίνω.

Περιβεβλημένον, acc. ſ. perf. part. paſſ. verbi περιβάλλω.

Περιβεβλημένως, *Adv.* veſtitu, amictu.

Περιβῆναι, a. 2. inf. act. v. περιβαίνω, pro περιβάω.

Περιβιόω, ῶ, fut. ήσω, ſupervivo, ſuperſtes ſum; (2) vivum ſeu incolumen ſervo, Gl. Vet. περιβιοῦν, ſupervivere, Plut.

Περιβλαστάνω, f. ςήσω, circumpullulo.

Περίβλεπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, conſpicuus, ſpectabilis, illuſtris, admirabilis. A περιβλέπω. Hinc

Περιβλεπτότης, ητος, ἡ, ſpectabilitas, claritas.

Περιβλέπτως, clare, inſigniter, cum admiratione.

Περιβλέπω, f. ψω, circumſpicio. Τὴν Θίσβην περιβλέπων, Heliod. πάσας, Xen. Cyr. 5, 1. Μὴ περιβλέπου ἀλλότρια ἡγεμονικά, M. An. 7, 31. Hinc

Περίβλεψις, εως, ἡ, circumſpectio, admiratio.

Περίβλημα, ατος, τὸ, indumentum, amictus, Gl. V. palla. A περιβάλλω.

Περιβληχρὸς, omnino ſ. omnibus corporis partibus debilis ac deficiens.

Περιβλύζω, f. ύσω, ſcatebris adfluo, ſcateo.

Περιβλύω, f. ύσω, circumluo.

Περιβοάω, ῶ, f. ήσω, celebro, divulgo, decanto. Hinc

Περιβόητος, ου, ὁ καὶ ἡ, celebratus, decantatus, nobilitatus, dicitur in utramque partem, ſed ſæpe & ut Gramm. volunt, proprie in deteriorem, pro infamis, ſ. qui fabula factus eſt, Gl. V. pervulgatus, illuſtris.

Περιβοήτως, *Adv.* clare, cum magna fama.

Περιβοθρόω, ῶ, f. ώσω, circumfodio, ablaqueo. Ex βόθρος.

Περιβόλαιον, ου, τὸ, amictus, amiculum; opertorium, Gl. V. A

Περιβολὴ, ῆς, ἡ, veſtitus & cultus exterior, ſtola; (2) quidquid exterius nos circumdat, ſive munimenti, ſive ornamenti nomine; (3) amplexus; (4) ambitus, periodus orationis; (5) ſchema quoddam orationis & ſententiæ, Ph. amictus, Al. Gl. Vet. geſtamen. Ph. concurſus. A περιβάλλω.

Περίβολον, ου, τὸ, idem quod

Ῥοικὸς, ὴ, ὸν, incurvus, inflexus; (2) qui naturaliter incurvis cruribus eſt. Εἴθ' ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω, Theocrit. 4, 49. Ab eod.

Ῥοΐσκοι, corymbi aurei, ſtolis ſacris attexti; ob mali punici ſimilitudinem ſic dicti. A ῥοιά.

Ῥοΐτης, ου, ὁ, ut ῥοΐτης οἶνος, vinum ex malis Punicis. Ab eod.

Ῥομβέω, ῶ, f. ήσω, volvo & circumago in modum rhombi. A ῥόμβος. Hinc

Ῥομβητὸς, ὴ, ὸν, verſatilis in modum rhombi.

Ῥομβοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, figuram rhombi habens. Ex ῥόμβος, & εἶδος.

Ῥόμβος, ου, ὁ, tornus, turbo, Ph. girgillus, Gl. V. rhombus. A ῥέμβω. Hinc

Ῥομβοστωμυλήθρα, ἡ, volubilis lingua, garrula. A ῥόμβος, στωμύλος, al. ῥοῖβος.

Ῥομβώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, rhombi figuram habens.

Ῥομβωτὸς, ἡ, ὸν, idem & ab eod.

Ῥόμμα, τὸ, pro ῥόμφημα, Hipp.

Ῥομὸξ, ὁ, teredo. *Ern.*

Ῥομφαία, ας, ἡ, romphæa, gladius; framea, Ph. A ῥέμβω.

Ῥομφεῖς, ῶν, οἱ, lora, quibus calcei conſuuntur. Ab eod.

Ῥόος, ου, *contr.* ῥοῦς, οῦ, ὁ, fluentum, fluxus, fluor. A ῥέω.

Ῥοπαληφορέω, ῶ, clavam geſto. Ex ῥόπαλον, & φορέω, pro φέρω.

Ῥοπαλίζω, f. ίσω, clava percutio, vel verſo tamquam clavam. A ῥόπαλον. Hinc

Ῥοπαλισμὸς, οῦ, ὁ, percuſſio, quæ fit clava. Sed dicitur de lentigine ſeu ſatyriaſi.

Ῥοπαλοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, clavæ ſimilis. Ex ῥόπαλον, & εἶδος.

Ῥόπαλον, ου, τὸ, clava, Ph. ῥόπαλα, fuſtes, Gl. V. A ῥέπω.

Ῥοπαλωτὸς, ἡ, ὸν, in clavæ ſpeciem formatus, *Epith.* poculi. Dion. C. A pr.

Ῥοπὴ, ῆς, ἡ, præponderatio, libramentum, Ph. momentum, Ph. nutus, Gloſſ. Vet. Ῥοπᾶς ἔχεσθαι; vergere ad ruinam, Ariſt. Veſp. 1227. Ab eod.

Ῥοπτὸς, ἡ, ὸν, ſorbilis. A ῥοφάω.

Ῥόπτρον, ου, τὸ, clava, fuſtis; (2) marculus ſeu annulus oſtii, lignum incurvum. A ῥέπω.

Ῥουβὴν, ὁ, Ruben. Nomen viri Hebr. ἄκλιτον, *Filius viſionis.*

Ῥοὺθ, ἡ, Ruth. Nomen mulieris Hebr. ἄκλιτον, *Tremor.*

Ῥοῦς, ῥοὸς, arbuſcula quædam inficiendis coriis ſerviens; excoriarium.

Ῥούσιος, ου, ὁ, color, qualis eſt rubricæ Sinopicæ, *Lat.* ruſſus. A ῥοά, cujus granum rubet.

Ῥοφάνω, ῥοφάνειν, Hipp. idem quod

Ῥοφάω, ῶ, Ph. ῥοφᾷ, ſorbet; idem quod

ῬΟΦΕ'Ω, ſorbeo, ſorbillo, haurio. Μισθοῦ τρίβολιον ῥοφῆσαι, Ariſt. Eq. 901. Ὅσον ῥοφήσεις ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν; id. Pa. 715. Hinc

Ῥόφημα, ατος, τὸ, ſorbitio, hauſtus.

Ῥοφημάτιον, ου, τὸ, ſorbitiuncula.

Ῥόφησις, εως, ἡ, ſorbitio, Gloſſ. Vet. ſuctus; ſuctio.

Ῥοφητικὸς, ἡ, ὸν, vim abſorbendi habens.

Ῥοφητὸς, ἡ, ὸν, ſorbilis. Ab eod.

Ῥοφῶ, pro ῥοφέω, Etym.

Ῥοχθέω, ſtrepitum ſeu ſtridorem edo. Ῥοχθεῖ γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξηρὸν, Od. 5, 402. vid. & Od. 12, 60. A

Ῥόχθος, ου, ὁ, fluctuum ſtrepitus, fluctus. Ὡς μὴ καταβράξῃ νιν ἐν ῥόχθοις κλύδων, Lyc. 742. Κακοῖς ῥόχθοισι θαλάσσης, Nic. Al. 289. A ῥόθος.

Ῥοώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, fluidus, fluxus; (2) undoſus, fluctuoſus, Gloſſ. Vet. rapidus. A ῥόος.

Ῥοὼν, ῶνος, ὁ, locus malis Punicis conſitus. A ῥοά.

Ῥύαξ, ακος, ὁ, profluvium, rivus, proluvium, proluvies, eluvies, Gl. Vet. rivus. A ῥύω, *fluo.* Unde

Ῥυὰς, άδος, ἡ, qu. d. defluva, decidua; (2) vitium oculi, quum lacrymæ conſtanter fluunt; (3) defluvium acinorum, ῥυάδες, vites fructum non continentes.

Ῥύβδην, *Adv.* fuſe, abunde, vehementer.

Ῥύγχανα, naſuta, Gl. V. A ῥύγχος,

Ῥυγχελέφας, αντος, ὁ καὶ ἡ, qui roſtrum elephantinum habet, Suic. Ex ῥύγχος.

Ῥυγχίον, ου, τὸ, roſtellum, Dim. a ῥύγχος.

Ῥυγχομαχεῖν, roſtro pugnare.

ῬΥΓΧΟΣ, εος, τὸ, roſtrum, rictus.

Ῥύδην, *Adv.* adfluenter, abundanter; (2) vehementer, impetuoſe, cum vehementi ſtrepitu. A ῥύω. Unde

Ῥυδὸν, *Adv.* fuſe, adfatim, abunde.

Ῥυεὶς, a. 2. part. paſſ. v. ῥύω.

Ῥύεο, 2. ſ. pr. imper. med. *Ion.* pro ῥύου.

Ῥύημα, ατος, τὸ, intritum, *bellarii genus.* A ῥύω.

Ῥύηθι, 2. ſ. a. 2. imper. paſſ.

Ῥυῆναι, a. 2. inf. paſſ.

Ῥυήσεται, *fluet*, 3. ſing. fut. 1. ind. med.

Ῥυηφένεια, & ία, ας, ἡ, opulentia, adfluentia divitiarum ſeu opum, Nonn. P. 8, 33. A

Ῥυηφενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, adfluens opibus, opulentus. Ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλες σφίσιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον, Callim. Hymn. in Jov. 84. Ex ῥέω, & ἄφενος.

Ῥυθῆναι, a. 1. inf. paſſ. verbi ῥύομαι.

Ῥυθμίζω, f. ίσω, ad numeros aptos redigo, numerorum concinnitatem tribuo; (2) tempero, formo, compono & effingo, recte colloco, moderor, mores informo; ῥυθμισθεὶς, moratus, Ph. aor. 1. part. paſſ. Τί δαὶ, ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου; Soph. Antig. 324. Καὶ τὰ ἄλλα ῥυθμίζουσι, Xen. Cyr. 8, 56. A ῥυθμός. Hinc

Ῥυθμιστὴς, οῦ, ὁ, moderator, Ph.

Ῥυθμικὸς, ἡ, ὸν, rhythmicus; (2) numerorum peritus, qui numeros aut modos facit. A

Ῥυθμικῶς, ad numerum, modulate.

ῬΥΘΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, rhythmus, concinnitas; (2) numerus ſeu modulus certa dimenſione & proportione conſtans, Gl. V. modulus.

Ῥυΐσκομαι, fluo, mano. A ῥύω.

Ῥυκάνη, ης, ἡ, runcina, Ph.

Ῥυκανίζω, runcino, Ph. A præc.

Ῥῦμα, ατος, τὸ, fluentum; (2) tutamen, munimentum, propugnaculum, defenſio, munitio, remedium e mortis periculo hominem conſervans; (3) tractus, funis ad remulcum trahendum; (4) examen in trutinâ. A ῥύω.

Ῥῦμαι, perf. ind. paſſ. *Ion.* pro ἔρρυμαι, a ῥύομαι.

Ῥυμάρχης, ου, ὁ, præfectus regionis, magiſter vici, Suic. Ex ῥύμη, & ἀρχή.

Ῥυμβαίνω, diſſipo, disjicio. A

Ῥύμβος, ου, ὁ, rotula; (2) turbo, ſeu turbinatum quidpiam, quod ſcutica circumactum ſonum reddebat; (3) impetus, motus, vertigo. A ῥέμβω.

Ῥυμβίον, ου, τὸ, rotula, quæ agitatur a ſagis ſ. Veneficis, Dim.

Ῥύμη, ης, ἡ, impetus; (2) vicus, platea. A ῥύω.

Ῥύμμα, ατος, τὸ, purgamentum. A ῥύπτω.

Ῥυμὸς, οῦ, ὁ, temo currus, Hom. Il. 5, 729. A ῥύω, *trabo.*

Ῥυμοτομέω, per vicos partior & ſeco, in ſtrigas ſeco. Ῥυμοτομοῦσι δὲ εὐδιαθέτως εἴσω τὸ στρατόπεδον, Joſ. Ex ῥύμη, & τέμνω.

Ῥυμοτομία, ας, ἡ, viarum vicorumque ſectio & metatio, partitio in ſtrigas. Ex iiſd.

Ῥυμουλκέω, loris funibuſque traho, remulco, traho & educo, remulcando traho. Ex ῥῦμα, & ἕλκω.

Ῥυμφάνω, & ῥυμφάνομαι, ſorbeo, haurio, *Aret.* A ῥοφέω, *ſorbeo.*

Ῥύομαι, libero, eruo, elibero, eripio, Gl. V. ῥῦσαι, Gl. Vet. aor. 1. imperat. Ῥύσεται τοὐμὸν δέμας, Eur. Med. 388. Τήνδε ῥυσαίμην πόλιν, Soph. Oed. Tyr. 72. Ἴδοιμι (γυναῖκας) πολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας Ἑλλάδα καὶ πολίτας, Ariſt. Lyſ. 344.

Ῥύονται, 3. pl. pr. ind. med. ῥύομαι.

Ῥύοντο, 3. pl. imperf. ind. med.

Ῥυπαίνω, ſordido, maculo, ſordidum reddo; (2) infamem reddo, famæ alicujus notam inuro; ῥυπαίνομαι, obſoleſco, ſordeſco, Gl. Vet. Οὐ πείθομαι Ἀριστοτέλει ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ, Dion. Hal. A ῥύπος.

ῬΥΠΑΠΑΙ͂, acclamatio nautica.

Ῥυπαρευθήτω, 3. ſ. aor. 1. imper. paſſ. v.

Ῥυπαρεύομαι, ſordidus ſum. A ῥύπος.

Ῥυπαρία, ας, ἡ, ſordes, ſpurcitia, ſitus, illuvies. Ab eod.

Ῥυπαρὸς, ρὰ, ρὸν, ſordidus, illotus, ſqualidus; metaph. avarus. Ab eod.

Ῥυπαρῶς, *Adv.* ſordide; metaph. avare.

Ῥύπασμα, τὸ, ſordes. A

Ῥυπάω, ῶ, ſordeo, ſordidus ſum, Gloſſ. Vet. ῥυπῶ, ſqualeo; ῥυπόωντα, *Poët.* pro ῥυπάοντα, ῥυπῶντα, part. Ariſt. Plut. 266. A ῥύπος.

Ῥυπογράφος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſordidarum humiliumque rerum pictor. Ex ῥύπος, & γράφω.

Ῥυπόεις, όεσσα, όεν, ſordidus. A ῥύπος.

Ῥυποκόνδυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſordidus, valde parcus, qui ne ſordes quidem unguium a tonſore purgandas ſibi curet. Ex ῥύπος, & κόνδυλος.

Ῥύπον, τὸ, ſordes, pl. ῥύπα pro ῥύπος.

Ῥυπόομαι, οῦμαι, obſoleſco, ſordeo; ῥερυπωμένα, ſordidata, p. part. Od. 6, 59. A

ῬΥ'ΠΟΣ, ου, ὁ, ſqualor, ſordes, Ph. proluvies, Gl. Vet. alicubi etiam pro cera ſigillari.

Ῥυπτὴρ, ῆρος, ὁ, lotor.

Ῥυπτικὸς, ἡ, ὸν, aptus ad abluendas ſordes, abſtergendi vim habens. A

Ῥύπτω, ſordes eluo, purgo, abſtergo; ῥύπτομαι, abſtergor, ſordibus purgor. Ἀλλ' οὐδεπώποτ' ἐξ ὅτου γ' ἐγὼ ῥύπτομαι, οὕτως ἐδήχθην ὑπὸ κονίας γε τὰς ὀφρῦς, Ariſt. Ach. 17. A ῥύπος.

Ῥυπώδης, ες, ſordidus. A ῥύπος.

Ῥυσὰ, ᾶς, ἡ, ſenectus. A ῥυσὸς, *rugoſus.*

Ῥῦσαι, 2. ſ. a. 1. imper. med. v. ῥύομαι.

Ῥύσαιτο, 3. ſing. a. ejuſd. in opt.

Ῥύσασθαι, *liberaſſe*, a. idem in infin.

Ῥυσάσθω, 3. ſing. a. ejuſd. in imper.

Ῥυσὴ, ῆς, ἡ, rugarum ſulcus; (2) ſenectus. A ῥυσός.

Ῥῦσθαι, perf. inf. paſſ. *Ion.* pro ἐρρῦσθαι, a ῥύομαι.

Ῥυσθῶ, a. 1. conjunct. paſſ.

Ῥυσιάζω, f. άσω, pignoris loco capio. Ἄψομαι, κοὐ ῥυσιάζω, Eur. Ion. 525. Ῥυσιάζομαι λόγῳ, ib 1449. opprimor ſermone, i. e. verbis tamquam pignore me tibi devincire ſtudes. A ῥύσιον.

Ῥυσίβωμος, ὁ καὶ ἡ, *Epith.* Dei tutelaris qui aliquo loco colitur, & propterea eum tuetur.

Ῥυσίδιφρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui trahendo currum regit. Ex ῥύω, & δίφρος.

Ῥύσιμον, ου, τὸ, ruta. A ῥύω, quod a Veneris ῥύεται. i. e. *liberat.*

Ῥύσιον, ου, τὸ, quod pro alicujus liberatione datur; unde & donum, quod Diis dabatur pro reſtituta valetudine aut conſervata ſalute; (2) quod loco ejus, quod aut debetur nobis, aut ereptum eſt, vel retinetur, vel aufertur, ut pignora quæ capiuntur, ut præda, quæ in hoſtico agitur, *Ern.* Hom. Il. 11, 673. A ῥύω.

Ῥύσιος, ία, ιον, liberatorius. Ab eod.

Ῥυσίπονος, ου, ὁ καὶ ἡ, a labore liberans, laboris moleſtiam ſublevans. Ex ῥύω.

Ῥυσίπτολις, & ῥυσίπολις, εως, ὁ καὶ ἡ, urbem ſeu civitatem ſervans, cuſtodiens, ſeu liberans.

Ῥῦσις, εως, ἡ, liberatio, redemptio. A ῥύομαι.

Ῥύσις, εως, ἡ, fluor, fluxus. A ῥύω, *fluo.*

Ῥύσκω, f. ῥύσκομαι, tueor, e periculo conſervo. Ὅστε μιν αὐτὴν ῥύσκευ, Il. 24, 730. A ῥύομαι.

Ῥυσμὸς, οῦ, ὁ, rerum ſeries, tractus. A ῥύω.

Ῥυσόω, ῶ, fut. ώσω, rugo, corrugo. A

Ῥυσὸς, ἡ, ὸν, rugoſus. A ῥύω.

Ῥυσσαίνω, rugo, corrugo. Ῥυσσαίνεται ὕλα, Nic. Al. 78. A ῥυσός.

Ῥυσσαλέος, έα, έον, rugoſus. Ab eod.

Ῥυσσόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, rugoſum fructum ferens; (2) qui rugoſis eſt ſurculis. Ex ῥυσσός, & καρπός.

Ῥυσσὸς, ἡ, ὸν, idem quod ῥυσός.

Ῥυσσότης, ητος, ἡ, rugoſitas. A ῥυσσός.

Ῥυσσόω, ῶ, f. ώσω, idem quod ῥυσόω.

Ῥυσσώδης, ες, idem quod ῥυσσός.

Ῥύσταγμα, ατος, τὸ, violenta tractio; (2) vis mulieri illata, compreſſio. A

Ῥυστάζω, fut. ξω, trahendo rapto, traho; ῥυστάζεσκον, trahebant, imperf. *Ion.* pro ἐρρύσταζον, Il. 24, 755. Ῥυστάζοντας δμωὰς, Odyſſ. 319. A ῥύω. Hinc

Ῥυστακτὺς, ύος, ἡ, tractio violenta.

Ῥύστης, ου, ὁ, liberator, Gl. V. A ῥύω.

Ῥυτὰ, ῶν, τὰ, habena, frænum, quo equus trahitur. Ab eod.

Ῥυταγωγεὺς, έως, ἡ, lorum, quod fræno inſeritur, & quo equus ducitur, habena. Ex ῥυτὰ, & ἀγωγεὺς, *ductor*.

Ῥύτη, ης, ἡ, ruta, Nic. Al. 306. A ῥύω.

Ῥυτὴρ, ῆρος, ὁ, retinaculum, habena; (2) cuſtos. Ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν, Hom. Il. 16, 475. Plut. in Timol. cap. 19. Ab eodem.

Ῥυτιδόφλοιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, corticem rugoſam habens, ipſe cortex rugoſus. Ex ῥυτὶς, & φλοιός.

Ῥυτιδόω, ῶ, f. ώσω, corrugo, in rugas contraho; ἐῤῥυτιδωμένος, corrugatus, rugoſus, p. paſſ. part. Τὴν ὄψιν ἐῤῥυτιδωμένος, Luc. A ῥυτίς.

Ῥυτιδώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, rugoſus. Ab eod.

Ῥυτίδωμα, τὸ, corrugatio.

Ῥυτίδωσις, εως, ἡ, idem. A ῥυτιδόω.

Ῥυτίζω, rugo, Gl. V. A ῥυτίς.

Ῥυτὶς, ίδος, ἡ, ruga. A ῥύω, traho.

Ῥῦτο, 3. ſing. pluſq. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐῤῥυτο, vel 3. ſing. a. 1. ind. med. *Ion. & per Sync.* pro ἐῤῥύσατο, a ῥύομαι.

Ῥυτὸν, ȣ, τὸ, poculi genus, rhytum. Ab eodem, quod potus ex eo velut trahendo bibitur.

Ῥυτὸς, ἡ, ὸν, tractus; (2) fluidus, fluxus. A ῥύω, *fluo*, vel *trabo*.

Ῥύτρον, τὸ, idem quod ῥύσιον.

Ῥύτωρ, ορος, ὁ, tractor; (2) cuſtos, ſervator, adjutor. A ῥύω, *trabo*, vel *cuſtodio*.

Ῥύψις, εως, ἡ, purgatio, abſterſio. A ῥύπτω.

Ῥύω, fluo, Gl. V. a. 2. paſſ. ἐῤῥύην, fluxi; part. ῥυεὶς, inf. ῥυῆναι. Hinc

Ῥυώδης, ες, fluidus, humidus.

Ῥωὰ, ᾶς, ἡ, pro ῥοιά.

Ῥωβικώτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui vix literam ῥῶ pronunciare poteſt. A ῥῶ.

Ῥωγαλέος, έα, έον, fiſſus, fractus, ruptus. Ῥωγαλέης ζωάγρια πολύπλανα λείψανα φορβῆς, Nonn. P. 6, 13. A ῥώξ. Unde

Ῥωγὰς, άδος, ἡ, lacera, fracta, rimoſa; (2) ſaxum hians, rupes; (3) rima terræ.

Ῥωγὴ, ῆς, ἡ, fiſſura. Ab eod.

Ῥωγματίας, ȣ, ὁ, qui in rupturis habitat, idem quod ῥηγματίας.

Ῥωγμὴ, ῆς, ἡ, rima; (2) diviſio calvariæ ſuperficiaria. A ῥώξ.

Ῥωγμὸς, ȣ, ὁ, idem & ab eod.

ΡΩ΄ΘΩΝ, ωνος, ὁ, naris, naſus, Nic. 213.

Ῥῶμα, ατος, τὸ, vis, impetus. A ῥωννύω.

Ῥωμαΐζω, f. ίσω, Romanis faveo. A

Ῥωμαϊκὸς, ἡ, ὸν, Romanus; Latinus.

Ῥωμαῖος, αία, αῖον, idem. A ῥώμη.

Ῥωμαῒς, ίδος, ἡ, Romana.

Ῥωμαϊστὶ, *Adv.* Romane, Latine.

Ῥωμαλέος, έα, έον, robore præditus, robuſtus. Προβάτων ἀποκείρας τὰ ῥωμαλέα, Alciphr. 3, 41. A ῥώμη. Hinc

Ῥωμαλεότης, ητος, ἡ, robur, virilitas.

Ῥωμαλεόω, robuſtum reddo, firmo; ῥωμαλεȣ̃μαι, robur & vires acquiro. A

Ῥώμη, ης, ἡ, robur, vis, vires.

Ῥώμη, ης, ἡ, Roma.

ΡΩΝΝΥ΄Ω, vel ῥώννυμι, f. ῥώσω, confirmo, roboro. Hinc ῥώννυμαι, corroboror; reficior, recreor, valeſco; ἔῤῥωμαι, perf. valeo, proſpera valetudine fruor; ἔῤῥωσο, vale; imperat. perf. ἐῤῥωμένος, part. corroboratus, confirmatus, confirmatus animo, qui animo eſt forti, robuſtus, valens, validus; & ἐῤῥωμένως, *Adv.* robuſte, firmiter, vehementer, fortiter, forti animo, valenti & forti corpore. Ῥώσας τὸ σῶμα διαγωνίσασθαι, Plut. τὰς πόλεις, id.

Ῥώοντο, 3. pl. imp. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐῤῥώοντο, a ῥώω.

Ῥὼξ, ῥωγὸς, ἡ, vel etiam ὁ, fiſſura; (2) ſcala; (3) acinus, granum, bacca; (4) phalangium quoddam ab acini ſimilitudine, Nic. Th. 716. A ῥηγνύω.

Ῥώομαι, agitor, ruo. Hinc ῥώοντ᾽, imperf. pro ῥώοντο, ἐῤῥώοντο, Il. 11, 50.

Ῥωπὰς, άδος, ἡ, planta quædam flexilis. A ῥώψ.

Ῥωπίζειν, vilia ſcruta vendere. A ῥῶπος.

Ῥωπήϊον, ȣ, τὸ, locus virgultis plenus; ῥωπήϊα, virgulta. A ῥώψ.

Ῥωπίζω, miſcellaneam conditurαm facio, confundo; (2) indocte & ſtolide aliquid facio. A ῥῶπος.

Ῥωπικὸς, ἡ, ὸν, vilis & parvi pretii. Ab eodem.

Ῥώπιον, ȣ, τὸ, molle virgultum. Ab eod.

Ῥωποπερπερήθρας, ȣ, ὁ, futilis & vanus homo. A

Ῥωποπερπερὸς, ut ῥωποπερπερὴ φράσις, futilis & inanis locutio, R.

Ῥωποπωλέω, ῶ, viles & minutas variaſque merces vendo. A

Ῥωποπώλης, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſcrutarius ſeu rerum minutarum venditor.

Ῥῶπος, ȣ, ὁ, & ῥῶπον, ȣ, τὸ, merx parvi pretii; (2) ſarcina omnifaria, faſciculus e variis iiſque nullius momenti rebus colligatus. A ῥώψ.

Ῥωρὸς, ρὰ, ρὸν, vehemens. A ῥώννυμι.

Ῥώσει, 3. ſ. f. 1. ind. act. v. ejuſd.

Ῥωσθεὶς, aor. 1. part. paſſ.

Ῥῶσις, εως, ἡ, firmitudo, robur, vires, Ph. incolumitas, ſanitas, valetudo; (2) corroboratio, confirmatio. A ῥώννυμι.

Ῥωστὴρ, ῆρος, ὁ, malleus. Ab eod.

Ῥωστήριον, ȣ, τὸ, impetus, incitatio; (2) ad roborandum valens. Ab eod.

Ῥωστικὸς, ἡ, ὸν, vehemens; (2) corroborans, corroborandi vim habens. Ab eod.

Ῥωτάζω, literam ῥῶ ſæpius itero. A ῥῶ.

Ῥωταχίζω, idem & ab eod. Hinc

Ῥωταχισμὸς, ὁ, frequens literæ ρ repetitio.

Ῥωχμὴ, ῆς, ἡ, idem quod

Ῥωχμὸς, ȣ, ὁ, ſciſſura, fiſſura, rima, hiatus. A ῥήσσω. Ῥωχμὸς ἔην γαίης, Hom. Il. 23, 420.

ΡΩ΄ΧΩ, dentibus fremo.

Ῥὼψ, ῥωπὸς, ὁ, merx nullius momenti; (2) virgultum. A ῥέπω.

ΡΩ΄Ω, roboro, ſed pro eo uſurpatur ῥώννυμι, vel ῥωννύω, ῥώομαι, agitor. Hinc ῥώοντο, ἐῤῥώοντο, Il. 11, 50.

Σ.

Σ, Sive ut majuſculum rectius pingitur, C, decima octava litera, Σῖγμα, ab Hebr. Samech; (2) nota numeralis valens *ducenta*, & cum virgula inferne appoſita ͵σ, *ducenta millia*.

Σὰ, nom. plur. n. g. a σὸς, *tuus*.

Σαβάζειν, bacchari, bacchantes imitari σαβοὶ clamitando; (2) motu indecoro perſulto.

Σαβάζιος, ȣ, ὁ, Sabazius, cognomen Bacchi. A σαβοί.

Σαβακαὶ, ῶν, αἱ, Dionyſiacæ, Thyadum modo bacchantes. A σαβάζω.

Σαβακὸς, ἡ, ὸν, purulentus, rancidus, carioſus, Heſ.

Σαβακῶς, *Adv.* acerbe, aſpere, duriter, Heſ.

ΣΑ΄ΒΑΝΟΝ, ȣ, τὸ, ſabanum, pannus vel linteum aſperius, ſiccandis balneis aptum.

Σαβασμὸς, ȣ, ὁ, vociferatio bacchantium. A σαβάζω.

Σαβαὼθ, exercitus. Vox Hebr. ἄκλιτος.

Σαββατίζω, ſeptimo die requieſco, ferior, ſabbatum more Judæorum ſervo. A σάββατον. Hinc

Σαββατισμὸς, ȣ, ὁ, ſabbatiſmus, quies.

ΣΑ΄ΒΒΑΤΟΝ, ȣ, τὸ, ſeptimus quiſque dies quieti ob omnibus operibus deſtinatus; (2) hebdomas; feſtum Judæorum quodvis; (3) quies. Vox Hebr. Gl. Vet. σάββατον, ſabbata.

Σαββαὼθ, idem quod σαβαώθ.

Σαβοὶ, ῶν, οἱ, Baccho initiati; Bacchi ſacerdotes; item loca Baccho conſecrata.

ΣΑΒΟΙ῀, vox bacchantium, quam voci εὐοῖ fere ſubjungebant.

Σαγάπηνον, τὸ, herba ſucci, ſimilis ferulæ.

ΣΑ΄ΓΑΡΙΣ, εως, ἡ, bipennis ſive enſis Amazonicus; (2) gladius Perſicus; (3) ſecuris.

Σάγη, ης, ἡ, id, quod aſinis ſeu mulis inſternitur, ut tegmen, clitella, &c. (2) veſtis militaris, vel quivis habitus externus, Æſchyl. Coëph. 558. A σάττω.

Σαγηνεία, ας, ἡ, incluſio in ſagena, verriculatio, everriculatio, piſcatus. A σαγηνεύω.

Σαγηνεὺς, έως, ὁ, qui ſagena utitur, verriculator, piſcator. A σαγήνη.

Σαγηνευτὴρ, ῆρος, ὁ, idem.

Σαγηνευτὴς, ȣ, ὁ, idem.

Σαγηνεύω, ſagena includo, vel irretio, irretio, verriculo piſcor. Οἷς ἅπασιν ὁ πατήρ μȣ σαγηνευθεὶς, Heliod. A

Σαγήνη, ης, ἡ, ſagena, verriculum, genus retis piſcatorii. A σάττω.

Σαγηνοβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſagenam jaciens, piſcator. Ex σαγήνη, & βάλλω.

Σαγηνόδετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſagenæ alligatus. Ex σαγήνη, & δέω, *ligo*.

Σαγηφορέω, ῶ, ſagum fero. Ex σάγος, & φέρω.

Σάγιον, ȣ, τὸ, lodix, Gl. V. A σάγος.

Σάγμα, ατος, τὸ, onus jumenti ſarcinarii, clitellæ; (2) congeries ſtipata, acervus; (3) theca ſcuti & aliorum armorum. A σάττω. Hinc

Σαγμάρια, ſcil. ἱπποζύγια, jumenta, quibus ſagmata ſ. clitellæ imponuntur.

Σαγοειδὴς, ὲς, ſago ſimilis.

ΣΑ΄ΓΟΣ, ȣ, ὁ, ſagum.

ΣΑΘΕ΄ΡΙΟΝ, ȣ, τὸ, animal quadrupes ex mari victum quærens.

ΣΑ΄ΘΗ, ης, ἡ, membrum virile.

Σαθρὸς, ρὰ, ρὸν, putris, flaccidus, marcidus, vietus, debilis, fragilis, quaſſus, futilis, frivolus, vitio aliquo occulto laborans, & *in neutr.* vitium ipſum. A σήπω.

Σαθρότης, ητος, ἡ, debilitas, infirmitas; fragilitas, Gl. V. A σαθρός.

Σαθρόω, ῶ, f. ώσω, marcidum reddo, debilito, quaſſo, Gl. Vet. σαθρȣ̃μαι, quaſſor; macreſco; σεσαθρωμένος, quaſſatus, Gl. Vet. p. part. Ab eod. Hinc

Σάθρωμα, ατος, τὸ, labes, ruina, vitium.

Σαθρῶς, *Adv.* debiliter, Suic. A σαθρός.

Σάθων, ωνος, ὁ, idem quod σάθη; (2) bene verſatus.

Σαινίδωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, donis ablandiens. Ex σαίνω, & δῶρον.

Σαίνοντι, 3. plur. præſ. ind. act. *Dor.* pro σαίνȣσι.

Σαινȣρὶς, ίδος, ἡ, idem quod

Σαίνȣρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ablandiens cauda. Ex σαίνω, & ȣ̓ρὰ, *cauda*.

Σαίνω, adulor, blandior, Gl. V. (2) delecto. Σαίνει μ᾽ ἔννυχος φρυκτωρία, Eur. Rheſ. 55. Σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι, 1 Theſſ. 3, 3. Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα, Eur. Ion. 723. Λύκοι κρατερώνυχες ἠδὲ λέοντες σαῖνον, Hom. Odyſſ. 10, 219. A σείω, *moveo*.

ΣΑΙ΄ΡΩ, fut. σαρῶ, ſcopis purgo, verro; (2) orno. Hinc σέσηρα, ore ſum hianti & aperto, p. med. Σαίρειν τε δῶμα, κερνίσιν τ᾽ ἐφεστάναι, Eur. Hec. 369. στέγας, id. Cyr. 29. ναὸν, id. Ion. 832.

Σάκανδρος, ȣ, ὁ, pudendum muliebre, Ariſt. Lyſ. 830. Ex σηκὸς, *ſtabulum*, & ἀνήρ.

Σακέσπαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſcuti vibrator. Ex σάκος, & πάλλω, *vibro*.

Σακεσφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſcutum ferens, ſcutifer. Ex σάκος, & φέρω.

Σακίταν, acc. ſing. *Dor.* pro σηκίτην.

Σακκελίζω, f. ίσω, idem quod

Σακκέω, per ſaccum tranſmitto, colo. A σάκκος.

Σακκίζω, f. ίσω, idem & ab eod.

Σάκκιον, ου, τὸ, ſacculus, Dim. ab eodem.

Σακκοπλόκος, ου, ὁ, ſaccarius, Gl. V. qui ſaccos texit. Ex σάκκος, & πλέκω, necto.

ΣΑ'ΚΚΟΣ, ου, ὁ, ſaccus; (2) cilicium; (3) colum, e linteo ad percolandum vinum.

Σακκοφορέω, ῶ, ſaccum fero, cilicio ſum indutus.

Σακκοφορία, ας, ἡ, ſacci geſtatio. A

Σακκοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſaccum ferens, Suic. Ex σάκκος, & φέρω.

Σάκος, εος, τὸ, clypeus, ſcutum, Gl. Vet. (2) ſaccus, antiqua & vera ſcriptura.

Σάκτας, ου, ὁ, ſaccus. A σάττω.

Σακτὴρ, ῆρος, ὁ, idem & ab eod. Unde

Σάκτωρ, ορος, ὁ, onerans, implens.

ΣΑ'ΚΧΑΡ, αρος, τὸ, ſaccharum.

Σάκχαρι, idem.

Σάκχαρον, ου, τὸ, ſaccharum, Gl. V.

Σακχυφάντης, ου, ὁ, ſaccorum contextor. Ex σάκκος, & ὑφάντης, textor.

Σάκωμα, vid. Σήκωμα.

Σαλαγέω, quatio, ſtrepo, turbo. A

Σαλάγη, clamor, Heſ.

ΣΑΛΑ'ΓΕΙΝ, ſtuprare.

Σαλαΐζειν, lamentari. A σάλω.

ΣΑΛΑ'ΚΩΝ, ωνος, ὁ, pauper opulentiam ſimulans, jactabundus. Hinc

Σαλακωνεία, vel σαλακωνία, ας, ἡ, ſimulatio divitiarum in paupertate; (2) pecuniarum profuſio illegitima & ſuperflua; (3) mollities, deliciæ.

Σαλακωνεύω, f. εύσω, opes jacto in paupertate; (2) ſumptus facio, ubi non decet; (3) delicias facio, mollitie diffluo.

Σαλακωνίζω, delicias facio. A σαλάκων.

ΣΑΛΑΜΑ'ΝΔΡΑ, ας, ἡ, ſalamandra, animal lacertæ figura. Hinc

Σαλαμάνδρειος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſalamandreus, ad ſalamandram pertinens.

ΣΑΛΑ'ΜΒΗ, ης, ἡ, feneſtra, Heſ.

ΣΑΛΛΑ'ΣΣΩ, vel σαλάττω, f. ξω, moveo, concutio, ut modium; (2) impleo largiter, ut diffluat. Κισσοκόμᾳ Βρομίῳ σάτυρον σεσαλαγμένον οἴνῳ Ἀμπελοεργὸς ἀνὴρ ἄνθετο Ἀνναγόρας, Macedon. epigramm. l. 6.

Σαλάω, ῶ, idem.

Σαλευθήσονται, 3. pl. f. 1. ind. paſſ. v.

Σαλεύω, idem; (2) labefacto, moveo; (3) *dicitur & neutraliter*, ut bello, periculo jactari, in periculo eſſe, σαλεύειν ἐπὶ πολέμου, ἐν ἐσχάτοις. Gl. Vet. Ph. Σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον, Lyc. 475. Σαλεύει πόλις, Eur. Rheſ. 248. A σάλος. Hinc

Σάλευμα, τὸ, idem quod σάλος.

Σαλμὼν, ὁ, Salmo; nomen viri Hebr. ἄκλιτον, *Pacificus*.

ΣΑ'ΛΟΣ, ου, ὁ, ſalum, maris ora; (2) jactatio ejus, qui navigat, fluctuatio.

ΣΑ'ΛΠΗ, ης, ἡ, piſcis quidam, qui Latinis etiam Salpa dicitur.

Σαλπιγγολογχυπηνάδαι, qui tuba, haſta, barbaque formidabiles ſunt. Vox comica, Ar. Ran. 183. Ex σάλπιγξ, λόγχη, & ὑπήνη.

Σαλπίγγω, f. tuba cano, buccino. Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, Il. 21, 388. A σάλπιγξ. Hinc

Σαλπιγκτὴς, οῦ, ὁ, buccinator, tubicen, Gl. V. liticen; σαλπιγκταὶ, tubicines, Ph.

ΣΑ'ΛΠΙΓΞ, ιγγος, ἡ, tuba, buccina, Gl. Vet. & lituus; claſſicum; avis quædam; piſcis quidam. Ἴαχε σάλπιγξ, Hom. Il. 18, 219. Hinc

Σαλπίζω, f. ίσω, tuba cano, buccino. Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε, Apoc. 11, 15.

Σαλπίσῃς, 2. ſing. a. 1. conj. act. v. σαλπίζω.

Σάλπισμα, ατος, τὸ, tubæ ſonus, tubæ clangor. A σαλπίζω.

Σαλπιστὴς, οῦ, ὁ, tubicen, tuba canens; σαλπισταὶ, claſſicarii, Ph. Ab eod.

Σάμαινα, ης, ἡ, navigii genus bireme, Ὑπόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδὴς, Plut. in Pericl. cap. 26.

Σαμαίνεται, 3. ſ. præſ. ind. paſſ. *Dor.* pro σημαίνεται, a σημαίνω.

Σαμάρεια, ας, ἡ, Samaria; nomen urbis, montis, & regionis. Vox Hebr. Hinc

Σαμαρείτης, ου, ὁ, Samaritanus.

Σαμαρεῖτις, ιδος, ἡ, Samaritana. A præc.

Σάμβαλα, calceamenta, ut σάνδαλον, Heſ.

ΣΑΜΒΥ'ΚΗ, ης, ἡ, vel Σαμβύκης, ου, ὁ, ſambuca, inſtrumentum muſicum; (2) machina oppugnandis urbibus idonea, vid. Polyb. lib. 8. & Appian. B. Mithridat. Plut. in Marcell. cap. 15.

Σαμβυκιστὴς, οῦ, ὁ, ſambuciſta, qui ludit ſambuca; quaſi a σαμβυκίζω. Hinc

Παμβυκίστρια, ας, ἡ, quæ ludit ſambuca. Οἰκίαι χαμαιτύπαις καὶ σαμβυκιστρίαις ἐπισταθμευόμεναι, Plut. in Anton. cap. 9.

Σάμος, locus celſior, *ap. Vet. Gr.* auctore Strab.

Σαμφόρας, ου, ὁ, literam σὰν vel σῖγμα, armo inuſtam ferens. Ex σὰν, & φέρω.

Σαμψυχίζω, f. ίσω, ſampſuchi odorem habeo.

Σαμψύχινος, ινη, ινον, ſamſuchinus, e ſampſucho confectus. A

ΣΑ'ΜΨΥΧΟΝ, ου, τὸ, ſampſuchum, *herba*, Plin. l. 21. §. 35. cap. 11. *Angl.* Majoram.

Σὰν, τὸ, litera σῖγμα apud Dores.

ΣΑΝΔΑ'ΛΙΟΝ, ου, τὸ, ſandalium, Gl. V. ſolea.

Σανδάλισκος, ὁ, idem, Dim.

Σανδαλοθήκη, ἡ, ſandaliorum repoſitorium.

Σάνδαλον, ου, τὸ, ſandalium.

ΣΑΝΔΑΡΑ'ΚΗ, ης, ἡ, cibus quidam apum.

ΣΑΝΔΑΡΑ'ΧΗ, ης, ἡ, ſandaracha, gummi ſive ſuccus concretus terreuſque. Hinc

Σανδαραχίζω, ſandaracham colore imitor.

Σανδαράχινος, ίνη, ίνον, ſandarachinus, e ſandaracha confectus, ſandaracham referens.

ΣΑ'ΝΔΥΞ, υκος, ἡ, ceruſſa rufa & uſta, ſandyx.

Σανίδιον, ου, τὸ, tabella, tabulæ, catalogus. Dim. a σανίς. Unde

Σανιδόω, tabulo, contabulo, tabulis tego, Gl. V. contigno, coaſſo, tabulo.

Σανιδώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, tabulæ ſeu aſſeri ſimilis; (2) cui ſcapulæ inſtar alarum protuberant. Ab eod.

Σανίδωμα, ατος, τὸ, tabulatum, pulpitum, Ph. laqueare. Gl. V. A σανιδόω. Unde

Σανιδωτὸς, ἡ, ὸν, tabulatus, contabulatus.

ΣΑΝΙ'Σ, ιδος, ἡ, tabula, aſſer, tabula, cui maleficos alligabant. Hinc σανίδες, tabulæ, quibus leges & ſimilia inſcribebantur; σανίδες, tabulæ, Ph. aſſeres, Gl. Vet. item, catalogus.

ΣΑ'ΝΝΑΣ, vel σάννος, ου, ὁ, ſtultus, fatuus.

ΣΑΝΝΙ'ΟΝ, ου, τὸ, penis, cauda, haſta.

ΣΑ'ΝΤΑΛΟΝ, ſantalum, *arbor*.

Σάοι, 3. ſ. præſ. opt. act. v. σάω.

Σάος, ου, ὁ, ſalvus, incolumis, ſoſpes, ut σόος.

Σαοσίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, homines ſervans. Ex σαόω, & βροτὸς.

Σαοφρονέω, ῶ, modeſtus, temperans ſum; (2) caſtus & pudicus ſum. Ἢ δὲ σαοφρονέῃς, ἀργυρός εἰμι μόνον, Epigr. A σαόφρων.

Σαόφροσιν, dat, pl. cum ν, a σαόφρων.

Σαοφροσύνη, ης, ἡ, temperantia. Ab eod.

Σαόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, cui mens eſt ſana, temperans, prudens, Hom. Il. 21, 462. Ex σάος, & φρὴν.

Σαόω, ῶ, f. άσω, ſervo, ſalvo; ἐσάωσεν, a. 1. ſervavit. Ὅντινα τῶν γε πόδες καὶ γοῦνα σάωσαν, Il. 21, ult. Ἢ ἀπολέσθω, ἠὲ σαωθήτω, ib. 17, 228. A σάος.

Σαπείσης, gen. ſing. a. 2. part. paſſ. v. σήπω.

ΣΑΠΕ'ΡΔΗΣ, ου, ὁ, ſaperda, piſcis.

Σαπρία, ας, ἡ, putredo, marcedo. A σαπρός.

Σαπρίας, ου, ὁ, ut οἶνος σαπρίας, vinum herbis in eo putreſcentibus ſeu marceſcentibus conditum. Ab eod.

Σαπρίζω, f. ίσω, putreo, marceo; (2) putridum oleo. Ab eod.

Σαπρόκνημος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui marcidæ ſive putridæ ſunt tibiæ, Ariſt. Ex σαπρὸς, & κνήμη, *tibia*.

Σαπρὸς, ρὰ, ρὸν, putris, mucidus, rancidus, Gl. V. (2) fœdus, obſcænus; (3) nugatorius, nugax, nullius pretii; (4) obſoletus, caſcus. Ph. Πᾶν δὲ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν, Chryſoſt. homil. & in epiſtol. ad Timoth. A σήπω.

Σαπρότης, ητος, ἡ, putredo, rancor, Gl. V. nugacitas, Ph. A σαπρός.

Σαπφείρα, ας, ἡ, Sapphira; nomen mulieris.

ΣΑ'ΠΦΕΙΡΟΣ, ου, ἡ, Sapphirus, gemma.

Σαπφικὸς, ἡ, ὸν, Sapphicus. A Σαπφώ.

Σάπων, ωνος, ὁ, ſapo, Gl. V. σάπωνα, ſaponem, Gl. V.

Σαπὼν, a. 2. part. act. verbi σήπω.

ΣΑΡΑ'ΒΑΡΑ, ων, τὰ, Sarabara, tibialia Perſica.

ΣΑ'ΡΑΒΟΣ, ου, ὁ, pudendum muliebre, Suid. Heſ.

Σάραπος, ὁ καὶ ἡ, qui magnis eſt pedibus & eos velut trahit. Ex σαίρω, & ποῦς.

Σαράπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

ΣΑΡΓΑ'ΝΗ, ης, ἡ, ſporta, ciſta; (2) vinculum.

ΣΑ'ΡΓΟΣ, ου, vel σαργὸς, οῦ, ὁ, ſargus, piſcis quidam, Gl. Vet. ſargulus dicitur & σαργῖνος.

Σαρδάζειν, Sardonium, ſcil. riſum ridere. A Σαρδώ.

Σαρδάνιον, μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδάνιον, Hom. Odyſſ. 20, 303. v. Σαρδόνιος.

Σάρδεις, ῶν, οἱ, Sardes, urbs Lydiæ princeps.

Σάρδινος, vel σάρδιος, ου, ὁ, ſcil. λίθος, Sardius, *gemma*. A Σαρδώ.

Σάρδιον, ου, τὸ, lapis Sardius. Ab eod.

Σάρδιος, ου, ὁ, vide Σάρδινος.

Σαρδόνιος, ου, ὁ, Sardonius. Hinc γέλως Σαρδόνιος, Sardous riſus, i. e. amarulentus, inſanus, fictus, hominem enecans ab herbis ſardois, ap. Virg. A Σαρδώ.

Σαρδόνυξ, υχος, ὁ, Sardonyx, *gemma*. Ex Σάρδιος, & ὄνυξ, *unguis*, quod colore ſuo unguem humanum referat.

ΣΑΡΔΩ', όος, vel Σαρδὼν, όνος, ἡ, Sardinia, *inſula*.

Σαρδωνίζω, idem quod σαρδάζω.

Σαρδωνικὸς, ἡ, ὸν, idem quod Σαρδόνιος. A Σαρδώ.

Σαρδώνιος, ία, ιον, vel Σαρδώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ab eod.

Σαρδῷος, ῴα, ῷον, idem & ab eod.

Σαρεῖ, 3. ſ. f. 1. ind. act. verbi σαίρω.

ΣΑ'ΡΙΣΣΑ, ης, ἡ, ſariſſa, haſta Macedonica.

Σαρισσοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſariſſam ferens. Ex σάρισσα, & φέρω.

Σαρκάζω, f. άσω, carnes detraho; (2) diducto rictu irrideo. Οὐδ' οἱ Μεγαρῆς δρῶσ' οὐδὲν, ἕλκουσι δ' ὅμως, γλισχρότατα σαρκάζοντες, ὥσπερ κυνίδια, Ariſt. Pace. 480. Σαρκάζουσι τὰ ἀμφόδοντα τῶν ποοφάγων, Hipp. A σάρξ. Hinc

Σαρκασμὸς, οῦ, ὁ, irriſio amarulenta, hoſtilis irriſio ſuper jam mortuo, aut morituro.

Σαρκαστικὸς, ἡ, ὸν, ſarcaſticus; (2) qui Sarcaſmis uti ſolet. Ab eod.

Σαρκαστικῶς, *Adv.* ſarcaſtice, amarulente, virulente.

Σαρκίδιον, ου, τὸ, caruncula, Dim. A σάρξ.

Σαρκίζω, f. ίσω, carnes carpo, carnes vello, detraho. A σάρξ.

Σαρκικὸς, ἡ, ὸν, carnalis, carneus, corporeus. In S. S. 1) imperfectus, debilis, imbecillus; 2) corruptus, pravus, impius. Ab eod.

Σαρκικῶς, *Adv.* carnaliter.

Σάρκινος, ίνη, ινον, carne conſtans, carneus; carnalis, Gl. V. A σάρξ. Unde

Σαρκίον, ου, τὸ, caruncula; (2) per contemtum de corpore humano.

Σαρκοβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, carnivorus, Ph. carnifex. Ex σάρξ, & βορὸς, *edax*.

Σαρκογενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, a carne natus ſeu profectus. Ex σάρξ, & γείνομαι.

Σαρκοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, carni ſimilis, carnis figuram habens. Σαρκοειδέστερον τῶν λεπτῶν ἐντέρων τὸ κῶλον, *Aret.* Ex σάρξ, & εἶδος.

Σαρκοθλάσματα, ων, τὰ, carnis contuſiones.

Σαρκοκήλη, ης, ἡ, carnoſus ramex, quum caro inter tunicas excreſcit; genus herniæ. Ex σὰρξ, & κήλη.

Σαρκοκόλλα, ης, ἡ, carnis gluten, lacryma arboris Perſicæ. Ex σὰρξ, & κόλλα.

Σαρκολαβὶς, ίδος, ἡ, ἡ, vel σαρκολάβος, ȣ, ὁ, q. d. carnis prehenſor, forceps ad particulas carnis prehendendas, inſtrumentum chirurgicum. Ex σὰρξ. & λαμβάνω.

Σαρκολάτρης, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui carnem colit & adorat, Suic. Ex σὰρξ, & λάτρης.

Σαρκολιπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, quem caro reliquit, carne nudatus, extenuatus, macer, exilis. Ex σὰρξ, & λείπω.

Σαρκοπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, carne concretus, Suic. Ex σὰρξ, & πήγνυμι.

Σαρκοποιέω, carnem facio; *In paſſ.* caro fio, homo fio. Ex σὰρξ & ποιέω.

Σαρκοποιὸς, ὸν, carnem efficiens, gignens, alens.

Σαρκόπυον, τὸ, pus carnoſum, velut cum pulmones purulenti fiunt & exſpuuntur.

Σαρκοπυώδης, ες, idem, & ex iiſd.

Σαρκόρριζος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnoſam radicem habens, Suic. Ex σὰρξ, & ῥίζα.

Σαρκοσχίζω, carnem conicindo.

Σαρκοτροφέω, ῶ, f. ήσω, carnem alo, cutem belle curo. Ex σὰρξ, & τρέφω.

Σαρκοφαγέω, ῶ, f. ήσω, carnem edo, carne veſcor, Gl. Vet. σαρκοφαγῶ, excarnifico.

Σαρκοφαγία, ας, ἡ, carnium eſus. A

Σαρκοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnivorus, carne veſcens, ſarcophagus, arca mortuorum. Ex σὰρξ, & φάγος.

Σαρκοφανὴς, ὲς, carne tectus, ſ. veſtitus, ut corpus hominis. A φαίνομαι.

Σαρκοφθόρος, ὸν, homines perimens. A φθείρω.

Σαρκοφορέω, ῶ, carnem geſto, Suic. A

Σαρκοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnem geſtans, carne veſtitus. Ex σὰρξ, & φέρω.

Σαρκοφυέω, carnem extendo, produco. A φύω. Hinc

Σαρκοφυΐα, ἡ, carnis extenſio.

Σαρκόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, folia carnoſa habens. Ex σὰρξ, & φύλλον.

Σαρκόω, ῶ, f. ώσω, carneum reddo, incarno; (2) corpulentum reddo. A σάρξ.

Σαρκώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, carnoſus, Gl. V. carneus. Ab eod.

Σάρκωμα, ατος, τὸ, q. d. carnoſitas, carnis præter naturam incrementum; (2) carnis incrementum in naribus, Gl. V. pulpamentum. A σαρκόω.

Σάρκωσις, εως, ἡ, carnis generatio, excreſcentia carnis. Ab eod.

Σαρκωτικὸς, ὴ, ὸν, carnem reſtituendi vim habens. Ab eod.

Σάρμα, τὸ, hiatus. A σαίρω.

ΣΑ'ΡΞ, σαρκὸς, ἡ, caro, pulpa, Gl. Vet. σάρκες, pulpæ, Ph. (2) in S. S. homo, ejus imperfectio, imbecillitas, corruptio, &c. (3) lex Moſis, propter imbecillitatem in ſanandis hominum vitiis.

Σαρὸν, & σάρον, ſcopæ, verriculum. Ἀϛβὶν ϖόντειο κακὸν σαρὸν, Call. in Del. 225,

Σάρος, ȣ, vel σαρὸς, ȣ̃, ὁ, idem; (2) homo nullius pretii. A σαίρω.

Σαρόω, ῶ, fut. ώσω, verro, mundo; σεσαρωμένος, ſcopis purgatus, p. paſſ. part. Σαροῖ τὴν οἰκίαν, Luc. 15, 8. Σεσαρωμένον, Matt. 12, 44. A σαίρω.

ΣΑ'ΡΠΟΣ, ȣ, ὁ, arca, domus lignea.

Σάρωθρον, ȣ, τὸ, ſcopæ. A σαρόω.

Σάρωμα, ατος, τὸ, ſordes, quiſquiliæ verrendo collectæ. Ab eod.

Σάρων, ωνος, ὁ, libidinoſus, vel pudendum muliebre; item venatorium rete. Eſt & Σάρων, nauticus deus.

Σαρωνίδες, ων, αἱ, Call. in Jov. 22. arbores cavæ; (2) quercus excavatæ, hiantes ob vetuſtatem; (3) quercus arbor.

Σάρωσις, εως, ἡ, ipſa actio verrendi. Sordes, quiſquiliæ. Ab eod.

Σαρωτὴς, ȣ̈, ὁ, οἱ σαρωταὶ, ſcoparii, Gl. V.

Σὰς, *tuas*, acc. plur. f. g. a σὸς, *tuus*.

Σάσσω, ſagino, Ph. vide σάττω.

Σατᾶν, ὁ, & Σατανᾶς, ᾶ, ὁ, Satan, Satanas, nomen principis Angelorum malorum, Hebr. ἄκλιτον. *Adverſarius*.

Σατίνη, ἡ, plauſtrum, vehiculum. A σάττω.

Σάτινον, ȣ, τὸ. Ποιῆσαι σάτινα ϗ ἅρματα χαλκῷ, Hom. in Ven. 13. idem & ab eod.

Σάτον, ȣ, τὸ, menſura frumenti tertiam partem ephæ continens, ſeſquimodius, Vox Syr.

Σατραπεία, ας, ἡ, Satrapia, præfectura; (2) provincia, cui præeſt ſatrapa.

Σατραπεύω, ſum ſatrapa, ſum præfectus provinciæ. Σατραπεύων τῆς ἄνω Φρυγίας, Plut. Καρίας, Ariſtot. A

ΣΑΤΡΑ'ΠΗΣ, ȣ, ὁ, ſatrapa, præfectus provinciæ, proprie Perſicæ. Vox Perſica.

Σατραπικὸς, ὴ, ὸν, ad ſatrapam pertinens, ſatrapæ conveniens, Satrapicus. A pr.

ΣΑ'ΤΤΩ futur. ξω, onero, onus impono; (2) refercio, conſtipo, impleo; σεσαγμένος, ſaginatus, Ph. p. paſſ. part. Σεσαγμένος ψάμμῳ, Luc.

Σατυρία, ας, ἡ, genus eſculenti ex herba.

Σατυρίας, ȣ, ὁ, morbus hominis faciem ita immutans, ut Satyro ſimilis evadat.

Σατυρίασις, εως, ἡ, pruritus venereus; priapiſmus. A Σάτυρος. Unde

Σατυρίζω, f. ίσω, prurio ad Venerem inſtar Satyri; (2) Satyrica petulantia proſcindo.

Σατυρικὸς, ὴ, ὸν, ſatyricus, Satyro conveniens; (2) dicax, mordax, more Satyrorum.

Σατύριον, ȣ, τὸ, herba ad Venerem incitans.

Σατυρίσκος, ȣ, ὁ, parvus Satyrus, Dim.

Σατυρισμὸς, ȣ̃, ὁ, idem quod σατυρίας; (2) pruritus Veneris. A σατυρίζω. Unde

Σατυριϛὴς, ȣ̃, ὁ, ludio, Ph. ſcenicus.

Σατυρογράφος, ὁ, ſatyrorum ſcriptor.

Σάτυρος, ȣ, ὁ, *proprie* Simius; (2) Deus Bacchi comes; Satyrus, σάτυροι, Fauni, Gl. V. A σαθη, Etym.

Σατυρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſatyros ſeu ſatyrorum mores imitans; (2) hiſpidus. A σατύρος.

ΣΑΥΚΟ'Σ, ὴ, ὸν, aridus, ſiccus.

Σαυλὰ, *Adv.* tarde. A σαυλός.

Σαυλόομαι, ȣ̃μαι, delicior, luxu diffluo; (2) tripudio. Ἀοιδαῖς βασβίταν σαυλȣμένοι, Eur. Cyc. 40. A σαυλός.

Σαυλοπρωκτιάω, ῶ, ceveo, laſcive podicem moveo. Ex σαυλὸς, & πρωκτός.

ΣΑΥΛΟ'Σ, ὴ, ὸν, delicatus, mollis; (2) fluxus, levis, quietus, tardus.

Σαυνιάζω, ſaunio percutio, R. A σαύνιον.

Σαύνιον, ȣ, τὸ, Saunium, *jaculi genus*.

ΣΑΥ͂ΡΑ, vel σαύρα, ρας, ἡ, lacerta, lacertus.

ΣΑΥ'ΡΗ, ης, ἡ, naſturtium.

Σαυρία, ας, ἡ, jaculum, Gl. V. ubi editum *jaculus*.

Σαυρίδιον, τὸ, naſturtium, Hipp.

Σαυροειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lacertæ formam habens, Ex σαύρα, & εἶδος.

Σαῦρος, ȣ, ὁ, lacertus, Gl. V.

Σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, cuſpis in imo haſtæ ferro transverſa, qua haſta appenditur, vel etiam ferrum, quo haſta erigi & ſolo infigi poteſt, Ph. cuſpis. A ϛαυρός.

Σαυσαρισμὸς, ȣ̃, ὁ, aridæ linguæ hærentis affectio; linguæ hæſitatio.

Σαυτῆς, gen. ſing. f. g. *per Craſin.* pro σεαυτῆς, a σεαυτȣ̃, *tui ipſius*.

Σαυτȣ̃, *tui ipſius*, maſculinum genitivi antecedentis eodem modo formati.

Σάφα, *Adv.* certo, vere, manifeſte, perſpicue. A σαφής.

Σαφέϛατα, *Adverb.* manifeſtiſſime, apertiſſime. A σαφέϛατος, *Superl.* a σαφής.

Σαφέϛερον, *Adv.* manifeſtius, apertius.

Σαφεϛέρως, *Adv.* idem & ab eod.

Σαφέω, manifeſto, declaro, notum facio.

Σαφέως, *Ion.* pro σαφῶς. Ab eod.

Σαφῆ, acc. ſing. pro σαφέα, a σαφής.

Σαφήνεια, ας, ἡ, perſpicuitas, dilucida oratio, explanatio, Ph. diſtinctio.

Σαφηνέως, *Adv.* manifeſte, aperte, perſpicue, certo. A

Σαφηνὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, perſpicuus, clarus, certus. A σαφής, Hinc

Σαφηνίζω, f. ίσω, manifeſto, declaro, notum facio; Ph. explano, exprimo, declaro, diſtinguo. Οὕτως ἐσαφήνιζε μὲν τȣ̀ς κρατιϛεύοντας παρ' ἑαυτῷ, Xen. Cyr. 8, 28. Σαφηνίζειν δὲ ὡς ἕκαϛον ἐτίμα, τȣ̃το ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι, ibid. Hinc

Σαφηνισμὸς, ὁ, perſpicuitas, declaratio.

Σαφηνιϛικὸς, ὴ, ὸν, declarandi vim habens; (2) *Subſt.* declarator, explanator. A pr.

Σαφηνιϛικὸς, ὴ, ὸν, perſpicue declarans.

Σαφηνιῶ, fut. 1. indic. *Att.* pro σαφηνίσω, a σαφηνίζω.

Σαφηνῶς, *Adv.* manifeſte, aperte, perſpicue, dilucide.

ΣΑΦΗ'Σ, έος, ὁ ϗ ἡ, manifeſtus, apertus, perſpicuus, certus, clarus, planus.

Σαφῶς, *Adv.* manifeſte, perſpicue, dilucide; Ph. evidenter, plane, aperte, palam, Gl. Vet. al. liquido, ad liquidum, deſerte.

Σαχθέντες, nom. pl. aor. 1. part. paſſ. verbi σάττω.

Σάω, idem quod σαόω.

Σάω, *ſervavit*, 3. ſing. aor. 1. ind. act. *Ion.* & *per Apoc.* pro ἐσάωσε, vel *ſervabat*, eodem modo pro ἐσάωε, 3. ſing. imperf. ind. act. vel *ſerva*, pro σάωζε, 2. ſing. imper. act. verbi σαώζω, *ſervo*, Hom. Il. 16, 364.

Σαώζω, ſervo, ſoſpito. A σάος.

Σάωσα, aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἐσάωσα.

Σαώσει, 2. ſ. f. 1. indic. act.

Σαωσέμεν, f. 1. indic. act. *Ion.* pro σαώσειν.

Σαώσετον, 2. dual. f. 1. ind. act.

Σαώσομεν, *ſervabimus*, 1. pl. f. 1. ind. act.

Σαώτερος, magis ſalvus, incolumis. A σάος.

Σαωτὴρ, ῆρος, ὁ, ſervator. A σαόω.

Σβεννυμενάων, gen. pl. part. præſ. f. g. *Æol.* pro σβεννυμένων, a

ΣΒΕ'ΝΝΥΜΙ, ſive σβεννύω, fut. σβέσω, exſtinguo, reſtinguo; (2) compeſco, comprimo; σβέσον, exſtingue, Gl. V. aor. 1. imper. act. ut σβέννυμαι, exſtinguor; *metaphorice* etiam morior. Κεἰ μὴ θεῶν τις τῶνδε πεῖραν ἔσβεσεν, Soph. Aj. 1076. Αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται, Matt. 25, 8.

Σβέσα, *exſtinxi*, aor. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔσβεσα, a verbo eod. pro inuſ. σβέω.

Σβέσις, εως, ἡ, exſtinctio. A σβέννυμι.

Σβέσσαι, a. 1. inf. act. *Poët.* pro σβέσαι.

Σβέσω, *exſtinguam*, f. 1. indic. act.

Σβεϛὴρ, ῆρος, ὁ, exſtinctor. Ab eod.

Σβεϛήριος, ία, ιον, exſtinctivus, exſtinguendi vim habens; (2) aptus ad exſtinguendum.

Σβεϛικὸς, ὴ, ὸν, idem & ab eod.

Σβήσομαι, f. 2. ind. paſſ. v. σβέννυμι.

Σεαυτὸν, temet, teipſum, temetipſum, Ph.

Σεαυτȣ̃, ῆς, ȣ̃, tui ipſius. Ex σέο, pro σȣ̃, & αὐτȣ̃, *ipſius*.

Σεβάζομαι, f. άσομαι, colo, veneror, vereor. Ἐσεβάσθησαν ϗ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει, Rom. 1, 25. A σέβω.

Σέβας, τὸ, reverentia, veneratio, pudor, admiratio, ſtupor; (2) res ſacra. Vox ἄκλιτος, ab eod.

Σεβάσθησαν, 3. plur. aor. 1. ind. paſſ. *Ion.* pro ἐσεβάσθησαν, a σεβάζομαι. Unde

Σέβασις, εως, ἡ, veneratio, adoratio.

Σέβασμα, ατος, τὸ, veneratio, Ph. res ſacra, ſignum Dei, Ph. σεβάσματα, ſacra.

Σεβασμιάζω, veneror, pius ſum.

Σεβάσμιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vel σεβάσμιος, ία, ιον, venerabilis, colendus, auguſtus, Ph. A σεβάζομαι. Hinc

Σεβασμιότης, ητος, ἡ, ſanctimonia, Gl. V.

Σεβασμίως, venerabiliter, Gl. V. Ab eod.

Σεβασμιώτατος, colendus. Ab eod.

Σεβασμὸς, ȣ, ὁ, veneratio, adoratio, cultus; (2) religio & obſervantia. Ab eod.

Σεβάσσατο, 3. ſing. a. 1. ind. med. *Ion.* & *Poet.* pro ἐσεβάσατο, a σεβάζομαι.

Σεβαϛεύω, idem quod σεβάζομαι.

Σεβαϛικῶς, cum magna veneratione, cum ἔχειν colere.

Σεβαϛὸς, ὴ, ὸν, veneratione & adoratione dignus, venerandus, adorandus; (2) auguſtus, Ph. cognomen imperatorum Romanorum, ut σεβάϛη, imperatricum; σεβαϛοτάτη, auguſtiſſima, Philox. Ab eod.

Σεβαϛοφόρος,

Σεβαστοφόρος, ὁ καὶ ἡ, ſacerdotes Cæſaris, ut flamines Auguſtales. A pr. & φέρω.

ΣΕΒΕ'ΝΙΟΝ, ȣ, τὸ, palmæ involucrum, ſive corticoſum illud, quod in ſumma palmula enaſcitur.

Σεβίζω, colo, veneror. Φιλτάταν θαλάμων κληδȣ̃χον ȣ̓ σεβιζόμεν, Eur. Hipp. 545. Θεὸν τὰν ἀφανῆ λιταῖς σεβίζειν, Soph. Oed. Col. 1551. A σέβω.

Σέβοντι, 3. plur. præſ. ind. act. Dor. pro σέβȣσι, a

ΣΕ'ΒΩ, & σέβομαι, veneror, colo, adoro, obſervo, honoro; σέβομαι, color, pudet me, revereor. Κακὸς γὰρ ὅστις μὴ σέβει τὰ δεσποτῶν, Eur. Hel. 732. Θυσίαις θεοὺς ibid. 1072. Ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβȣσιν, Arist. Nub. 600. Εἴτι σέβῃ ξεῖνον, πέλασον εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν, Soph. Phil. 1183.

Σειβὸς, έως, ὁ, patella, in qua aliquid movetur & frigitur; ſartago. A σείω.

Σεῖος, σεία, σεῖον, Lacon. pro θεῖος.

Σεὶρ, σειρὸς, ὁ, ſol, Suid.

ΣΕΙΡΑ', ᾶς, ἡ, catena, funis, linea.

Σειραγωγὸς, ὁ, catena, funis, quo quis ducitur vel trahitur.

Σειράδιον, τὸ, funiculus, Dim. a σειρά. Unde

Σειράζω, f. άσω, vinculum traho, R.

Σειραῖος, αία, αῖον, catenatus, catena vinctus, funalis, ut equus. Ab eod.

Σειραφόρος, & σειρασφόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, catenam ferens; alias σειραῖος dicitur, Æſch. Ag. 1649. Eur. I. A. 223. *Angl. the* Fore horſe; cui opponitur ζύγιος, *the* Shaft horſe. Ex σειρὰ, & φέρω.

Σειρόω, catena, fune conſtringo; (2) conſtringo, connecto, R. Σὺ τῷ γέροντι δεσμὰ σειροῦν βρόχῳ, Eur. Her. fur. 1012.

Σειρέω, exſicco, exinanio. A σείρω.

Σειρὴν, ῆνος, ἡ, Siren, *monſtrum marinum*; (2) inſectum api ſimile. A σειρά.

Σειρίασις, εως, ἡ, capitis inflammatio ex vehementi ſolis ardore. A

Σειριάω, fulguro, luceo; (2) capitis inflammatione laboro; (3) ſuffraginum vitio laboro, de equis. Βρέφη ἐν τῷ θέρει σειριᾷ, Al. Aphr. A σείριον.

Σείρινος, ινη, ινον, aſtralis. Ab eod.

Σειριόεις, όεσσα, όεν, canicularis. A σείριος.

Σείριον, ȣ, τὸ, aſtrum. A σείριος.

Σείριος, ȣ, ὁ, Sirius, ſtella, *canicula*. A σείρω, *deſicco*.

Σειρομάστης, ȣ, ὁ, jaculi genus, lanceola.

Σεισάχθεια, ας, ἡ, q. d. onus excuſſum, allevatio æris alieni communis, tabulæ novæ; Plut. in Sol. c. 15. Ex σείω, & ἄχθος.

Σέθεν, *tui*, gen. ſing. *Æol.* pro σȣ̃, a σὺ, *tu*.

Σεῖο, *tui*, gen. ſing. *Poët.* & *Ion.* pro eod.

Σεῖοθεν, *tui*, *Poët.* idem.

Σεισαμένας, acc. plur. a. 1. part. med. verbi σείω.

Σεισθεὶς, *commotus*, aor. 1. part. paſſ.

Σεῖσις, εως, ἡ, motio, quaſſatio, concuſſio. A σείω.

Σεισίχθων, ονος, ὁ, motor ſeu quaſſator terræ, *Epith.* Neptuni. Ex σεῖσις, & χθών.

Σεῖσμα, τὸ, concuſſio, quaſſatio. A σείω.

Σεισματίας, ȣ, ὁ, ut σεισματίας τάφος, ſepulchrum eorum quos ruina ex terræ motu oppreſſit. A σεῖσμα.

Σεισμὸς, ȣ̃, ὁ, terræ motus, Ph. concuſſio, Ph. excuſſio, Gl. V. A σείω.

Σεισοπυγὶς, ίδος, ἡ, motacilla, *avis*. Ex σείω, & πυγή.

Σεισȣ́ρα, ας, ἡ, idem. Ex σείω, & ȣ̓ρά.

Σειστὸς, ἡ, ὸν, qui concuti ſeu quaſſari poteſt, concuſſus. Ab eod.

Σεῖστρον, ȣ, τὸ, ſiſtrum, crepitaculum, in ſacris Iſidis adhiberi ſolitum. A

ΣΕΙ'Ω, fut. σείσω, moveo, quatio, vibro, libro, Gl. Vet. σείει, concutit, quatit, criſpat, Ph. σεῖσαι, vibrare, Ph. inf. aor. 1. Ἡνίας χεροῖν ἔσεισαν, Soph. El. 715. Πῶς τȣ̃τ' ἔσεισέ μȣ δοκεῖς τὴν καρδίαν; Arist. Ach. 12. Χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ, Eur. Iph. in Tau. 46.

Σέλᾳ, dat. ſing. *Att.* & *Ion.* pro σέλατι, a σέλας, *jubar*.

Σελαγέω, ſplendeo, fulgeo. Σὺν πολλαῖς σελαγεῖ, Arist. Nub. 604. Σελαγεῖτο δ' ἀν' ἄστυ πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων, Eur. El. 722. Σελαγεῖται μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς, Arist. Nub. 285. A σέλας.

Σελαγίζω, f. ίσω, idem & ab eod.

Σελαηγενέτης, ȣ, ὁ, lucis autor, *Epith.* ſolis.

Σελάναν, *lunam*, acc. ſing. *Dor.* pro σελήνην.

Σελαναία, ας, ἡ, *Ion.* & *Dor.* pro σελήνη.

ΣΕ'ΛΑΣ, ατος, τὸ, fulgor, lumen, Gl. V. fulgor, jubar.

Σελασφόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, ſplendorem ſeu lumen ferens, Suic. Ex σέλας, & φέρω.

Σελάχιον, ȣ, τὸ, piſcium genus cartilaginoſum, cui cartilago pro cute eſt, Dim. a σέλαχος.

Σελαχοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, cartilagineus, cartilaginis ſpeciem referens. Ex σέλαχος, & εἶδος.

ΣΕ'ΛΑΧΟΣ, εος, τὸ, & pl. τὰ σελάχη, genus piſcium cartilaginoſorum. Hinc

Σελαχώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, cartilagineus.

Σελάω, ῶ, ſplendeo, luceo. A σέλας.

ΣΕΛΕΥΚΙ'Σ, ίδος, ἡ, poculi, navis, vel veſtis genus, itemque avis locuſtis veſcentis.

Σεληναῖος, αία, αῖον, lunaris, lumine lunari illuſtratus. Hinc *Subſt.* σεληναία, ας, ἡ, luna, *Ion.* A σελήνη.

Σελήνη, ης, ἡ, luna; σεληναι, placentæ quædam rotundæ & latæ; Alciphr. 2, 4. A σέλας.

Σεληνιάζομαι, lunaticus ſum, conflictor morbo per certa lunæ intervalla redeunte, Matt. 4, 24. A σελήνη.

Σεληνιακὸς, ἡ, ὸν, lunaris; (2) lunaticus, morbo comitiali laborans. Ab eod.

Σεληνίδιον, ȣ, τὸ, lunula. Dim. a σεληνίς.

Σελήνιον, ȣ, τὸ, lunæ lux, cum luna pernox eſt, vel luna ſive lunæ ſidus. Ab eod.

Σεληνὶς, ίδος, ἡ, lunula; (2) figura lunulæ; (3) amuletum puerorum. Ab eod. Unde

Σεληνίτης, ȣ, ὁ, ut σεληνίτης λίθος, lapis lunaris, Gl. V. σεληνίτης, lunaticus.

Σεληνόβλητος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, q. d. a luna percuſſus, lunaticus. Ex σελήνη, & βάλλω.

Σεληνοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, lunæ ſpeciem referens. Ex σελήνη, & εἶδος.

Σεληνόφως, ωτος, τὸ, lunæ lumen, radii lunæ.

Σελίδιον, ȣ, τὸ, chartula, pagella, pagellula, Gl. V. paginula. Dim. a σελίς.

Σελίδωμα, ατος, τὸ, tabula lata. Ab eod.

Σελινίτης, ȣ, ὁ, ut σελινίτης οἶνος, vinum ex apio. A σέλινον.

Σελινοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, apii figuram habens. Ex σέλινον, & εἶδος.

ΣΕ'ΛΙΝΟΝ, ȣ, τὸ, apium, *herba. Angl.* Parſly. Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον, Hom. Il. 2, 776.

Σέλινος, ȣ, ἡ, idem. Hinc

Σελινȣσία, ας, ἡ, ſpecies braſſicæ.

ΣΕΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, pagina, Ph. margo, Gl. Vet.

Σέλλα, ης, ἡ, ſella, Gl. Vet. Ariſtoph. Sch. Euſt.

Σελλάστρασις, εως, ἡ, ſelliſternium, Gl. Vet.

Σελλίζειν, divitias ſimulare in paupertate. A Sello jactatore quodam, quem Ariſtophanes perſtringit, Av. 126.

Σέλμα, ατος, τὸ, tranſtrum, jugum, tabula quævis lata, Gl. V. & σέλματα, eluvies, Ph. (ſed legendum videtur ibi τέλματα, *Ern.)* Hinc

Σελματιαῖοι, ποταμοὶ, lutulenti fluvii.

Σέλω, compingo, *Ern.*

ΣΕ'ΜΙΔΑΛΙΣ, εως, ἡ, ſimila, ſimilago, flos farinæ triticeæ.

Σεμιδαλίτης, ȣ, ὁ, ut σεμιδαλίτης ἄρτος, panis e ſimila confectus. A σεμίδαλις.

Σεμναὶ θεαὶ, Eumenides, ſive Furiæ, *apud Athenienſes*. A σεμνός.

Σεμνεῖον, ȣ, τὸ, locus ſacer, ſanctuarium, monaſterium. Ab eod.

Σεμνηγορέω, ῶ, f. ήσω, magnifice, cum gravitate loquor ſeu prædico.

Σεμνηγορία, ας ἡ, oratio gravitatem præ ſe ferens; Plut. in Num. cap. 8. A

Σεμνηγόρος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui graviter loquitur, qui magnifice prædicat. Ex σεμνὸς, & ἀγορέω.

Σεμνόθεοι, οἱ, divini humanique juris peritiſſimi ac religioni dediti philoſophi Indorum, & Gymnoſophiſtæ ap. Laërt.

Σεμνοληρέω, difficiles nugas nugari, cum gravitatis ſpecie nugari.

Σεμνολογέω, graviter & ſpecioſe loquor. Ταῦτα σεμνολογȣ̃σιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν, Luc. ἀμφὶ τȣ̃ θεȣ̃, App. A σεμνολόγος. Hinc

Σεμνολόγημα, ατος, τὸ, dictum grave & magnificum, quo quis ſe jactat.

Σεμνολογία, ας, ἡ, dictio gravis; (2) ſermo venuſtus. A

Σεμνολόγος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui graviter de re quapiam diſſerit, oſtentator, jactator. Ex σεμνὸς, & λέγω, *dico*.

Σεμνολογικῶς, idem quod

Σεμνολόγως, *Adv.* magniloque, jactabunde.

Σεμνόμαντις, εως, ἡ, vates venerabilis ac gravis.

Σεμνομυθέω, cum gravitate loquor; (2) cum faſtu & inſolentia loquor. Τί σεμνομυθεῖς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχῃ λόγων; Eur. Andr. 234. Ex σεμνὸς, & μῦθος, *ſermo*.

Σεμνοπαράσιτοι, οἱ, q. d. graves paraſiti, adulatores, qui gravitate ſupercilioſa paraſiticam adulationem tegunt.

Σεμνοποιέω, ῶ, f. ήσω, magnifice æſtimo; (2) auctoritatem addo, reverentiam & majeſtatem concilio, illuſtro, orno.

Σεμνόπονος, ὁ καὶ ἡ, arte exquiſita factus. (ap. Ath. ſi lectio ſana.

Σεμνοπρέπεια, ας, ἡ, gravitas decora, dignitas oris, dignitas. A

Σεμνοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, gravem virum decens; (2) gravi & eximia dignitate præditus. Ex σεμνὸς, & πρέπει.

Σεμνοπρεπῶς, *Adv.* cum dignitate, graviter, decore.

Σεμνοπροσωπέω, gravitatem in vultu præfero. Κᾀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς, Arist. N. 362.

Σεμνοπροσωπία, ας, ἡ, gravitas ſeu dignitas oris, perſona gravis. A

Σεμνοπρόσωπος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, qui gravitatem aliquam vultu præfert. A πρόσωπον.

ΣΕΜΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, venerabilis, caſtus, Ph. σεμνὸν ἀξίωμα, majeſtas, Gl. Vet. σεμνὴ, pudica, caſta, affectata fœmina, Gl. Vet. σεμνὸς, etiam honeſtus, gravis, magnificus.

Σεμνόστομος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, gravis ore, qui graviter loquitur. Ex σεμνὸς, & στόμα.

Σεμνότης, ητος, ἡ, gravitas, majeſtas; (2) reverentia; (3) ſanctimonia, honeſtas; (4) pudicitia. A σεμνός.

Σεμνότιμος, ὁ καὶ ἡ, venerandus. A τιμή.

Σεμνοτυφία, ας, ἡ, gravitas faſtuoſa, Suic. Eq σεμνὸς, & τύφος, *faſtus*.

Σεμνόω, ῶ, f. ώσω, exorno, illuſtro, magnifice prædico. A σεμνὸς.

Σεμνύνω, venerandum & auguſtum reddo; (2) orno, honore & dignitate adficio; & σεμνύνομαι, gravitatem præ me fero; efferor, glorior, jacto me, ſuperbio. Σεμνύνȣσι τὴν τραγῳδίαν, Luc. Σεμνύνεται ἐπὶ τῇ τῆς ὄψεως εὐπρεπείᾳ, Dem. Ab eod.

Σέμνωμα, ατος, τὸ, ornamentum, decus. A σεμνόω.

Σεμνῶς, *Adv.* honeſte, decenter, graviter, Gl. V. pudice. A σεμνὸς.

Σέο, *tui*, gen. ſing. *Ion.* pro σȣ̃, a σὺ, *tu*.

Σεοῖο, *tui*, *Poët.* idem quod antecedens σέο.

Σέομαι, σȣ̃μαι, pro σείομαι.

Σεπτάζω, veneror. A σεπτὸς.

Σεπτήριος, ία, ιον, ad cultum ſ. venerationem pertinens. Hinc τὸ σεπτήριον, ȣ, ſc. ἱερὸν, novennalis Delphis in honorem Apollinis celebrari ſolita. Ab eod.

Σεπτικὸς, ἡ, ὸν, idem quod

Σεπτὸς, ὴ, ὸν, venerabilis, venerandus, auguſtus; Æſc. Pr. 811. Ph. τὸ σεπτὸν, ſacrum. A σέβω.

ΣΕΡΑΠΙΑ'Σ, αδος, ἡ, Serapias, *herba*.

ΣΕ'ΡΙΣ, ιδος, ἡ, cichorii ſive intybi genus, Gl. Vet. intybus, intibum, intuba; σέριδες, intuba, Gl. V. Acc. ſing. σέριν, & σέριδα *Angl.* Endive.

ΣΕΡΙΦΙΟΝ, ου, τὸ, abſinthium marinum.

Σέριφον, ου, τὸ, idem.

ΣΕ'ΡΦΟΣ, ου, ὁ, inſecti genus, culex. Ἔνι κἀν μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολὴ, Proverb.

Σέσαγμαι, perf. part. paſſ. verbi σάττω.

Σεσαρυῖαι, nom. pl. part. perf. med. f. g. a σαίρω.

Σεσαρωμένον, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi σαρόω.

Σέσεισαι, perf. ind. paſſ. verbi σείω.

ΣΕ'ΣΕΛΙ, εως, τὸ, Seſeli, *herba*.

Σέσελις, εως, ἡ, idem.

Σέσηπε, 3. ſ. perf. ind. med. v. σήπω.

Σέσηρα, *verri*, perf. ind. med. verbi σαίρω.

Σεσιγαμένοι, nom. plur. perf. part. paſſ. *Dor.* pro σεσιγημένοι, a σιγάω.

Σεσοφισμένον, acc. ſing. perf. part. paſſ. verbi σοφίζω.

Σεσοφισμένως, *Adv.* captioſe, doloſe, more ſophiſtarum, callide. A σοφίζω.

Σέσωκε, 3. ſing. perf. ind. act. verbi σόω, ſive σώζω.

Σεῦ, gen. ſing. *Dor.* pro σοῦ, a σύ, *tu*.

Σεῦα, a. 1. ind. act. *Ion.* pro ἔσσευα, a σεύω.

Σεύατο, 3. ſing. aor. 1. indic. med. *Ion.* pro ἐσσεύατο.

Σεύσθω, 3. ſing. a. 1. imper. med. *per Syncop.* pro σευάσθω.

Σεὺς, ὁ, nom. inuſ. Unde σέων, gen. plur. σέας, acc. pl. &c. vermis, tinea.

Σευτλαῖος, ου, ὁ, q. d. betarius, ranæ nomen in Batrachom. ver. 208. A σεῦτλον.

Σευτλίον, ου, τὸ, parva beta; σευτλία, betæ, Gl. V. Dim. a

ΣΕΥ͂ΤΛΟΝ, ου, τὸ, beta, Ph.

ΣΕΥ'Ω, cieo, agito, concito, fugo; σεύομαι, feror, concitor, prorumpo, ruo; ἐσσύατο, a. 1. med. pro ἐσσεύσατο. Ἐκ δ' ἀμφοτέροιιν Ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσσευα βαλὼν, Il. 5, 208. Ἐπὶ τείχεα δ' ἐσσεύοντο, ib. 2, 808. A σείω.

Σεφθῆναι, a. 1. inf. paſſ. v. σέβω.

Σέψασθαι, a. 1. inf. med. verbi ejuſd.

Σεωϋτέου, gen. ſing. *Ion.* pro σεαυτοῦ.

Σεωυτοῦ, *tui ipſius*, idem.

Σήθω, cribro, Gl. Vet. σήθει, cernit, Ph. Σησθέντα κρησέρῃ, *Aret.* A σείω.

Σηκάζω, ſtabulo includo. Καί νύ κε σήκασθεν κατὰ Ἴλιον, ἠΰτε ἄρνες, Il. 8, 131. A σηκός.

Σήκασθεν, 3. pl. a. 1. ind. paſſ. *Ion.* & *Poët.* pro ἐσηκάσθησαν, a σηκάζω.

Σηκοκόρος, *Dor.* σηκακόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſtabulum verrit ſeu purgat; (2) æditūus, qui Deorum delubra purgat. Ex σηκὸς, & κορέω, *verro*.

Σηκίζω, ſagino. A σηκός.

Σηκὶς, ίδος, ἡ, ancilla, famula rerum domeſticarum curam gerens. Ab eod.

Σηκίτης, ου, ὁ, ſtabulo adhuc incluſus, lactens, *de agno*. Ab eod.

ΣΗΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *proprie* ſeptum, Gl. Vet. Unde (2) ſtabulum; (3) templum, fanum; (4) loculi avium, niduli; (5) domus cujuſque; (6) ſacra olea, ap. Ath. quæ & μορία, *in quibus omnibus ſepti notio ineſt*; (7) dicitur & de libra, *Euſt.*

Σηκόω, pondero, Ph. σηκοῖ, perpendit, examinat; σήκασον, pondera, Ph. a. 1.

Σήκωμα, τὸ, libramentum, examen, temperamentum, Ph. æquipondium, Gl. V.

Σηκωτὴρ, ῆρος, τὸ, lorum jugi. Ab eod.

Σηκωτὸς, loculatus, Gl. V. A σηκός.

ΣΗ͂ΜΑ, ατος, τὸ, ſignum, nota; (2) portentum, augurium; (3) vexillum; (4) buſtum, ſepulchrum, monumentum.

Σημαία, ας, ἡ, vexillum, ſignum militare; (2) milites ſub uno ſigno militantes, cohors; (3) ſimulacrum, inſigne familiæ ſive nobilitatis. Τὰς σημαίας ἐκφέρειν, Plut. in Fab. Max. cap. 12. A σῆμα.

Σημαίνοισα, præſ. part. act. f. g. *Dor.* pro σημαίνουσα, a

Σημαίνω, ſigno, ſignifico, nuncio, impero, Gl. Vet. σημαίνει, portendit, Ph. σημαίνοντες, ſignatores, Gl. Vet. σημάνῃ, deſignet, Ph. aor. 1. conj. σεσημασμένος, obſignatus, p. paſſ. part. ἐσήμηνε, ſignum dedit, aor. 1. act. σημῆναι, declarare, Ph. σημαίνομαι, e ſignis colligo; (2) obſigno. Τοῖς ἄλλοις ὅ ἐσήμαινε πᾶσι ἐκβοηθεῖν, Xen. πρός τινα, Plat. τὸ ἀνακλητικὸν, Plut. στρατοῦ ἄλλου, præeſſe, Il. 14, 85. Τὰ μὲν σημαίνομαι, τὰ δ' ἐκπέπληγμαι, Soph. Aj. 32. Ab eodem.

Σημαιοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſignifer. Ex σημαία, & φέρω.

Σημαλέος, έα, έον, ſignificativus. A σῆμα.

Σημάναι, a. 1. inf. act. verbi σημαίνω.

Σημανέω, f. 1. ind. act. *Ion.* pro σημανῶ.

Σημαντέον, *Adv. poſ.* ſignificandum eſt. A σημαίνω.

Σημαντὴρ, ῆρος, ὁ, qui ſignum dat, qui claſſicum canit, paſtor, dominus; (2) annulus ſignatorius. Ab eod. Hinc

Σημαντήριον, ου, τὸ, ſignaculum, ſigillum.

Σημαντικὸς, ὴ, ὸν, ſignificandi vim habens, A σημαίνω.

Σημαντικῶς, *Adv.* Unde

Σημαντικώτατα, *Adv.* cum magna vi & emphaſi: proprie, aptiſſime.

Σημαντρὶς, γῆ, terra ſigillaris, cimolia, creta. Ab eod.

Σήμαντρον, ου, τὸ, ſigillum, ſignum.

Σημάντωρ, ορος, ὁ, ſignificator, qui aliquid ſignificat; (2) dux, imperator, præſes, præfectus; (3) *Adject.* ſignificans, indicans. Ab eod.

Σημασία, ας, ἡ, ſignificatio, ſignificatus, ſignificatum, Ph. (2) ſigni datio, claſſicum. A

Σημάτεσσι, dat. plur. *Poët.* pro σήμασι.

Σηματίζομαι, f. ίσομαι, ſignis colligo.

Σημάτιον, ου, τὸ, parvum ſignum, Dim. a σῆμα.

Σηματόεις, όεσσα, όεν, q. d. ſepulchroſus; multa habens ſepulchra, Suic. Ab eod.

Σηματουργὸς, οῦ, ὁ, qui inſignia facit, Suic. Ex σῆμα, & ἔργον.

Σημειογραφέω, ῶ, notis in ſcribendo utor. A

Σημειογράφος, ου, ὁ καὶ ἡ, notarius, qui per notas ſcribit. Ex σημεῖον, & γράφω.

Σημεῖον, ου, τὸ, ſignum, nota, argumentum; Ph. vexillum. Gl. Vet. monſtrum, Ph. oſtentum, miraculum; item ſignum pugnæ vel receptus. A σῆμα.

Σημειοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſignifer, vexillarius, Gl. V. Ex σημεῖον, & φέρω.

Σημειόω, ῶ, & σημειόομαι, οῦμαι, noto, ſigno, denoto, deſigno. Gl. Vet. in commentarios refero, σημείωσαι, imper. a. 1. med. nota, obſerva, ſcito. Vox Sch. σεσημειωμένος, ſignatus. Τοῦτον σημειοῦσθε, 2 Theſſ. 3, 14. A σημεῖον.

Σημειώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſignificans, ſignificandi vim habens; (2) inſignis, inſignitus, notabilis. Ab eod.

Σημειωδῶς, *Adv.* ita ut facile appareat, notabiliter.

Σημείωμα, ατος, τὸ, conſtitutio, declaratio, decretum. A σημειόω.

Σημείωσις, εως, ἡ, notatio, deſignatio, obſervatio. *In pl.* brevia ſcholia in ſcriptorem aliquem. Ab eod.

Σημειωτέον, notandum. Ab eod.

Σημειωτικὸς, ὴ, ὸν, notatorius. Hinc ἡ σημειωτικὴ, ῆς, pars medicinæ quæ ſigna morborum dijudicat. Ab eod.

Σημερινὸς, hodiernus, Ph. A

Σήμερον, *Adv.* hodie; ἡ σήμερον, item ἡ σήμερον ἡμέρα, hodiernus dies. Ab ἡμέρα.

Σημήϊον, ſignum, *Ion.* pro σημεῖον.

Σημήνῃ, 3. ſing. aor. 1. conj. act. *Att.* pro σημάνῃ, a σημαίνω.

Σὴν, *tuam*, acc. ſing. f. g. a σὸς, *tuus*.

Σήνυρος, idem quod σαίνυρος.

Σηπεδονώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, putredine vitiatus. A

Σηπεδὼν, όνος, ἡ, putredo, Gl. Vet. (2) lacertæ genus. A σήπω.

Σηπία, ας, ἡ, ſepia, piſcis atrum ſuccum in timore emittens; unde & atramentum ita dicitur. Σηπιὰς αδος, ἡ, id. q. d. σηπία. Σηπιάδος φυξήλιδος. Nicand. in Alexiph. 472. Ab eod.

Σηπιδάριον, τὸ, idem quod

Σηπίδιον, ου, τὸ, parva ſepia, ſepiola, Dim.

Σήπιον, ου, τὸ, pars quædam dura & ſolida beſtiæ. Ab eod.

Σηποποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, putrefaciens, putrefaciendi vim habens. Ex σήπω, & ποιέω.

Σηπτικὸς, ὴ, ὸν, idem. A σήπω.

Σηπτὸς, ὴ, ὸν, idem; (2) putridus. Ab eod.

ΣΗ'ΠΩ, putrefacio, putredine vitio; σήπομαι, putrefio, putreſco; marceo, Gl. Vet. σεσηπὼς, putridus, Gl. V. σεσηπὸς, putridum, Ph. p. part. Αἷμα δ' ἔτι πατρὸς κατὰ στέγας μέλαν σέσηπεν, Eur. Elec. 321. Ἵνα μὴ σήπωνται αἱ ποδοστράβαι, Xen. Χρὼς σήπεται, Il. 24. 414.

Σὴρ, ὸς, verniculus, a quo ſericum fit.

Σηραγγόομαι, in modum antri fornicor. Οἷα πολλὰ περὶ γῆν τε, καὶ ὑπὸ γῆν αὐτόματα σηραγγοῦται, Heliod. lib. 1.

Σηραγγώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, rimoſus, cavernoſus, fiſtularum plenus. A σῆραγξ.

Σῆραγξ, γγος, ἡ, rima, fiſſura, hiatus, antrum, caverna, ſpecus. A σεσηρέναι, hiare, p. a. σαίρω.

ΣΗ͂ΡΕΣ, ων, οἱ, Seres, gens Aſiæ; (2) bombyces, *vermes*.

Σηρικοπλόκος, ſericarius, Gl. V. opifex ſericarius. Ex σηρικὸν, & πλέκω, *necto*.

Σηρικὸς, ὴ, ὸν, ſericus, Gl. Vet. σηρικὴ, ſericum. A σῆρες.

Σηρικοφόρος, ſericatus, Gl. Vet. A σηρικὸν, & φέρω.

ΣΗ'Σ, σητὸς, ἡ, tinea, vermiculus veſtibus noxius; (2) omne id, quod aliquid corrodit, Ph. tinea, robigo.

Σῇς, dat. pl. f. g. *Ion.* pro σαῖς. A σός.

ΣΗΣΑ'ΜΗ, ης, ἡ, Seſama, frumenti Indici genus. Hinc

Σησάμινος, ίνη, ινον, e ſeſamo factus.

Σησαμὶς, ίδος, ἡ, placenta ex ſeſamo & melle; (2) herba quædam. Ab eod.

Σησαμοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſeſamo ſimilis, ſeſami ſpeciem referens. Ab eod.

Σησαμόεις, όεσσα, όεν, ex ſeſamo paratus.

Σήσαμον, ου, τὸ, ſeſamon. Ab eod.

Σήσαμος, ſeſamus, Gl. V.

Σησαμοῦς, οῦντος, ὁ, placenta e ſeſamo.

Σῇσι, dat. pl. f. g. *Ion.* & *Poët.* pro σαῖς.

Σῆσις, εως, ἡ, cribratio, cribri agitatio. A σήθω.

Σῆστρον, ου, τὸ, cribrum. Ab eod.

Σητάνειος, εία, ειον, vel σητάνιος, ία, ιον, cribratus; (2) factus e farina ſuccreta; (3) hornus, hornotinus; (4) *Subſt.* meſpili genus. A σήθω, vel σῆτες.

ΣΗ͂ΤΕΣ, *Adv.* hoc anno, *Dor.* σᾶτες, *Att.* τῆτες.

Σητινὸς, ὴ, ὸν, hornus, R. A σῆτες.

Σητόβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, a tinea adeſus ſive corroſus. Ex σὴς, & βρωτός.

Σητόκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, a tineis pertuſus ſeu deroſus. Ex σὴς, & κόπτω, *tundo*.

Σὴψ, σηπὸς, ὁ, parvus ſerpens, Seps. A σήπω, eo quod vulnera ex ejus morſu putreſcunt. A σήπω.

Σῆψις, εως, ἡ, putrefactio, putredo; tabum, Gl. V. Ab eod.

Σθεναρὸς, ρὰ, ρὸν, robuſtus, validus. A

Σθένος, εος, τὸ, robur, vis, potentia.

Σθενόω, ῶ, f. ώσω, roboro, confirmo. A

ΣΘΕ'ΝΩ, valeo, poſſum. Ἡμεῖς οὐδὲν σθένομεν πρὸς ταῦτ' ἀπαλέξασθαι, opem afferre, Soph. Aj. 165. Σθένοντος ἐν πλούτῳ Φρυγῶν, ibid. 488.

Σθενῶσαι, aor. 1. inf. act. v. σθενόω.

Σιαγόνιον, ου, τὸ, pars maxillæ; σιαγόνια, maxillæ. A

ΣΙΑΓΩ'Ν, ῶνος, ὁ, mala, maxilla.

Σιαλίζω, f. ίσω, ſalivam emitto. A σίαλον.

Σιαλικὸς, ὴ, ὸν, ſalivarius, Gl. V. A σίαλον.

Σιαλὶς, ίδος, ἡ, ſputum, ſaliva, ſalivarius lentor. Ab eod.

Σιαλισμὸς, οῦ, ὁ, morbus, quum ſaliva nimia in os influit. A σιαλίζω.

Σιαλιστήριον, ου, τὸ, fræna equis indita, ſpumam excitantia ipſis mandentibus. Ab eodem.

ΣΙ'ΑΛΟΝ, ου, τὸ, ſaliva, ſputum.

Σίαλος, ου, ὁ, ſaliva, Gl. V. (2) porcus ſaginatus; (3) pinguedo, axungia.

Σιαλοχοέω, ῶ, fut. ήσω, ſalivam ore effundo, Hippocr. lib. 3. de morbis. A

Σιαλόχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui multam ſalivam ore effundit. Ex σίαλον, & χέω.

Σιαλώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſalivoſus, ſalivam referens; (2) pinguis, opimus. A σίαλος.

Σίαλωμα, ατος, τὸ, munimen & circulus ſcuti ferreus.

Σίβδη, ἡ, malum punicum. Vox Dor. v. σίδη.

ΣΙ'ΒΥΛΛΑ, ης, ἡ, Sibylla; (2) vates. vaticinatrix.

Σιβυλλαίνω, vaticinor, reddo oracula; (2) more ſenum deliro. A σίβυλλα.

Σιβύλλειος, ου, ὁ ϗ ἡ, Sibyllinus, ad Sibyllam pertinens. Ab eod.

Σιβυλλιάω, ῶ, Sibyllinis oraculis intentus ſum. Ἐιθ' ὁ γέρων σιβυλλιᾷ, Ariſt. Eq. 61.

Σιβυλλισταὶ, fatidici. Quaſi a σιβυλλίζω.

ΣΙΒΥ'ΝΗ, ης, ἡ, telum, jaculum, ſpiculum, Gl. V. venabulum.

Σιβυνίον, ου, τὸ, haſtula, ſpiculum vel haſtile parvum, Dim. a σιβύνη.

Σῖγα, *Adv.* tacite. A σιγή.

Σιγάζω, fut. άσω, tacere facio, conticeſcere jubeo. Ab eod.

Σιγαλέος, έα, έον, tacitus. Ab eod.

Σιγαλόεις, όεσσα, όεν, qui pulchritudine ſua ſilentium & admirationem inducit, ſplendidus, elegans; (2) qui ob teneritudinem ſuam nullum crepitum aut ſonitum edit; σιγαλόεντα, ſplendida; miranda. Ἡνία σιγαλόεντα, Hom. 5, 226. Habenas miro artificio factas. Ab eod.

Σιγᾷν, pr. inf. act. pro σιγάειν, a

ΣΙΓΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, taceo, ſileo, conticeſco, Gl. Vet. σίγησον, tace, Ph. aor. 1. imperat. Σιγῶμεν αὐτὰ, ϖατρὶ τιμωρῶν ἐμῷ, Eur. I. T. 928. κακὰ, ib. 943. Τί σεσίγηται δόμος Ἀδμήτου; id. Alc. 79. Ἐξ' ἐμοῦ ϖάντα σιγηθήσεται, id. I. T. 1079. Ἃ δεῖ, σιγήσεται, id. Ph. 915.

Σιγέρπης, ου, ὁ, tacite incedens; ut ſerpentium genus. Ab ἕρπω.

Σιγὴ, ῆς, ἡ, ſilentium, taciturnitas, reticentia, Ph. A σιγάω.

Σιγῇ, *Adv.* tacite, ſubmiſſa voce, clam. Dat. adverbiaſcens a σιγή.

Σιγηθεῖσα, a. 1. part. paſſ. f. g. v. σιγάω.

Σιγηλὸς, ὴ, ὸν, tacitus, taciturnus. Ab eod.

Σιγηλῶς, *Adv.* tacite. A σιγηλός.

Σιγῆν, præſ. ind. act. *Dor.* pro σιγᾶν.

Σιγησάλπιγξ, γος, ὁ, præco, tuba ſilentium indicens, Rob. Ex σιγάω, & σάλπιγξ.

Σιγηρὸς, ρὰ, ρὸν, tacitus, ſilentioſus, Gl. V. A σιγή.

Σιγηρῶς, *Adv.* tacite. A σιγηρός.

ΣΙ'ΓΛΑΙ, inaures, Heſ.

ΣΙΓΛΑΙ, ῶν, αἱ, cifræ, notæ compendiariæ in ſcribendo.

Σίγλος, ὁ, pro σίκλος, Xen. Vox Hebr.

ΣΙ͂ΓΜΑ, τὸ, Sigma, litera Græca; menſa ſive cœnaculum ſemirotundum inſtar hemicycli, vel C Latini. Hinc

Σιγματίζω, Sigma crebrius uſurpo. Hinc

Σιγματισμὸς, οῦ, ὁ, litera Σ crebrior uſurpatio ſive concurſus.

Σιγματοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, habens formam literæ Σ, vel potius C. A σῖγμα, & εἶδος.

Σιγμὸς, οῦ, ὁ, ſtridor, qualis eſt ferri candentis in aqua extincti; (2) ſibilus. A σίζω.

Σιγνοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, manipularius, Gl. Vet. ſignifer. Ex σίγνον, *ſignum*, Lat. & φέρω.

Σιγυνὴς, ου, ὁ, jaculum e ferro. A σιβύνη.

Σίγυνον, ου, τὸ, jaculum, telum haſtæ adſimile, ſpiculum, jaculum Romanis uſitatum, haſtile. Ab eod.

Σίγυνος, ου, ὁ, idem & ab eod.

Σιγῶντι, 3. pl. præſ. ind. act. *Dor.* pro σιγῶσι, a σιγάω.

Σιδάριος, & σιδαρέος, *Dor.* pro σιδήρειος.

Σιδαρόδετος, *Dor.* pro σιδηρόδετος.

Σίδαρον, *ferrum*, acc. ſing. *Dor.* pro σίδηρον.

Σιδαροχάρμας, Pind. Pyth. 2, 4. *Dor.* Ex σίδηρος, & χαίρω.

ΣΙ'ΔΗ, ης, ἡ, malus Punica; (2) malum Punicum.

Σιδηρεία, ας, ἡ, tractatio ſeu negotiatio ferri. A σίδηρος.

Σιδηρεῖον, ου, τὸ, fabri ferrarii officina, ferraria. Ab eod.

Σιδήρειος, εία, ειον, ferreus; (2) ferri modo durus. Ab eod.

Σιδήρεος, έα, εον, *contr.* σιδηροῦς, ῆ, οῦν, idem.

Σιδηρεὺς, έως, ὁ ϗ ἡ, faber ferrarius. A

Σιδηρεύω, f. εύσω, ferrum tracto. A σίδηρος.

Σιδηρικὸς, ὴ, ὸν, ferrarius. Hinc ἡ σιδηρικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars ferraria ſive tractandi ferrum. Ab eod.

Σιδήριον, ου, τὸ, ferrum, ferramentum, inſtrumentum ferreum, Gl. Vet. σιδήρια, ferramenta. Ab eod.

Σιδηρίτης, ου, ὁ, ferrarius; σιδηρίτης λίθος, magnes. Ab eod.

Σιδηρῖτις, ιδος, ἡ, fabrilis; σιδηρῖτις γῆ, terra, ubi ferrum effoditur; σιδηρῖτις λίθος, magnes; & σιδηρῖτις, herba quædam. Ab eodem.

Σιδηροβόλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferrum jaculans. Ex σίδηρος, & βάλλω.

Σιδηροβριθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, gravis ferro; (2) ferreus. Ex σίδηρος, & βρίθω.

Σιδηροβρὼς, ῶτος, ὁ ϗ ἡ, ferrum edens, ferrum adedens. Σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής, Soph. Aj. 832. Ex σίδηρος, & βρώσκω.

Σιδηροδάκτυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferreos digitos habens.

Σιδηρόδεσμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferreos nexus ſeu ferrea vincula habens.

Σιδηρόδετος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferro ligatus. Ex σίδηρος, & δέω.

Σιδηρόδμης, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, ferro occiſus. A δαμάω.

Σιδηροθώραξ, ακος, ὁ, ferrea lorica indutus.

Σιδηροκατάδικος, ου, ὁ ϗ ἡ, ad ferrum damnatus, Suic. Ex σίδηρος, & καταδίκω.

Σιδηροκμὴς, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, e ferro factus, arte fabrili ſ. ferraria elaboratus. Ex σίδηρος, & κάμνω, unde κεκμηκότες, mortui.

Σιδηροκόπος, ου, ὁ, faber ferrarius, Gl. Vet. Ex σίδηρος, & κόπτω.

Σιδηρομήτωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, q. d. ferri mater, i. e. ferrum producens, *Epith.* terræ.

Σίδηρον, ου, τὸ, ferrum. Pro σίδηρος.

Σιδηρονόμος, ον, ferro dividens, i. e. vi utens & bello in diſceptatione de poſſeſſionibus. A νέμω.

Σιδηρόνωτος, ον, ferreum dorſum habens i. e. æratus & firmus, de ſcuto vel clypeo.

Σιδηροπέδη, ἡ, pedica ferrea.

Σιδηρόπλαγκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, e ferro demens.

Σιδηροποίκιλος, ου, ὁ, lapis quidam.

Σιδηρόπτερος, ον, alas ferreas habens.

Σιδηροπώλης, ου, ὁ, ferri venditor.

ΣΙ'ΔΗΡΟΣ, ου, ὁ, ferrum; (2) ex ferro confectum, ut enſis, telum, thorax ferreus.

Σιδηρόσπαρτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferro ſatus, Suic. (ferro concitatus ſ. illatus, ut chirurgicis inſtrumentis, &c. *Ern.*)

Σιδηροτέκτων, ονος, ὁ, faber ferrarius, Suic.

Σιδηρότευκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, e ferro factus. A σίδηρος, & τεύχω.

Σιδηροτόκος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferrum gignens, ferri ferax. Ex σίδηρος, & τίκτω.

Σιδηροτομέω, ferro ſeco ſeu incido. Ex σίδηρος, & τέμνω.

Σιδηρουργεῖον, ου, τὸ, fodina ferraria, officina ferraria, fabrica ferraria.

Σιδηρουργία, ας, ἡ, ars ferraria, fabrile opus. A

Σιδηρουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui ferrum tractat, faber ferrarius. Ex σίδηρος, & ἔργον.

Σιδηροφορέω, ferrum geſto, gladio accinctus ſum, arma fero. Πᾶσα ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, Thuc. Ἐσιδηροφοροῦντο οἱ Ἕλληνές, Id. A

Σιδηροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ferri ferax. Ex σίδηρος, & φέρω.

Σιδηρόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, ferreus animo, durus, immitis. Ex φρήν.

Σιδηρόω, ῶ, f. ώσω, ferro obduco, ferro præfigo, Gl. V. ferro, as. A σίδηρος. Hinc

Σιδήρωμα, ατος, τὸ, ferrumen, Gl. V.

Σιδιοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, pallidus inſtar corticis mali Punici. Ex σίδιον, & εἶδος.

Σιδιόεις, όεσσα, όεν, puniceus. A σίδη.

Σίδιον, ου, τὸ, cortex ſeu putamen mali Punici, Gl. V. malicorium. Ab eod. Unde

Σιδόεις, όεσσα, όεν, puniceus, V. Lex.

Σιδὼν, ῶνος, ἡ, Sidon. Urbs Phœniciæ.

Σιελίζω, f. ίσω, ſalivam emitto. A σίελος.

Σιελισμὸς, οῦ, ὁ, emiſſio ſalivæ. A pr.

Σιελιστήρια, ων, τὰ, fræna equorum ſpumam moventia mordentibus. Ab eod.

Σίελον, ου, τὸ, ſaliva. A σίελος.

Σίελος, ου, ὁ, ſputum, ſaliva, *Att.* pro σίαλος.

ΣΙ'ΖΩ, fut. σίσω, vel σίξω, ſtrido, ſibilo. Ὡς τοῦ σίζ' ὀφθαλμὸς, Odyſſ. 9, 394. Ἤδη ἀπηλλαγμένη σίζουσα ϖάραλος ἐπὶ τραπέζῃ κειμένη, Ariſt. Ach. 1173.

Σικάριος, ου, ὁ, ſicarius. Vox Latina.

Σικελὸς, Siculus.

ΣΙ'ΚΕΡΑ, τὸ, vox ἄκλιτος, ſicera; (2) quivis potus inebrians, præter vinum.

Σικιννίζω, ſicinnidem ſalto. A σικιννίς.

Σικίννη, ἡ, idem quod

ΣΙΚΙΝΝΙ'Σ, ſaltatio militaris, Rob. ſatyrica, *Ern.)* Κρότος σικιννίδων, Eur. Cyc. 37. Ὀρχήσεώς τινος ϖολυσχημάτου εἶδος, Vid. Caſaub de Satyrica Poeſi, lib. 1.

Σικιννοτύρβη, ης, ἡ, modus quidam tibia canendi, Rob. Ex σικιννίς, & τύρβη.

Σίκλος, ου, ὁ, ſiclus, didrachmum, (tetradrachmum, *Ern.)* Vox Hebr.

Σικύα, ας, ἡ, cucurbita; (2) cucurbitula medica. Ναὶ μὴν ϗ σικύην χαλκήρεα λοιγέι τύψει Προσμάξας, ἰόν τε ϗ ἀθρόον αἷμα κενώσεις, Nic. Th. 921. A σίκυος.

Σικυάζω, cucurbito, Gl. V. Ph. A σικύα.

Σικύδιον, ου, τὸ, parvus cucumis, Gloſſ. Vet. σικύδιον, cucumis, σικύδια, cucumeres, Gl. V. Dim. Ab eod.

Σικυδὸν, *Adv.* in modum cucurbitæ.

Σικυήλατον, ου, τὸ, cucumerarium, Gl. Vet. Ex σίκυος, & ἐλαύνω, *propello.*

Σικυήρατον, ου, τὸ, idem.

Σίκυον, ου, τὸ, granum ſeu ſemen cucumeris. A σίκυος.

Σικυοπέπων, ονος, ὁ, cucumeris genus. Ex σίκυος, & ϖέπων.

ΣΙ'ΚΥΟΣ, ου, vel σικυὸς, οῦ, ὁ, cucumis.

Σίκυς, υος, ὁ, idem, σίκυες, cucumeres, Gl. Vet.

Σικυώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, cucumeraceus. A σικυός.

Σικυώνη, ης, ἡ, idem quod Σικύα.

Σικυωνία, ας, ἡ, idem & ab eod.

Σιχάζομαι, derideor, irrideor, Heſ. A σίκχος.

Σικχαίνω, & σικχαίνομαι, faſtidio, tædet me, Gl. V. faſtidio, abominor, M. Anton. 5, 7.

Σικχαντὸς, ὴ, ὸν, moleſtus, injucundus, teter, tædioſus, Gl. V. A σικχαίνω. Unde

Σικχασία, ας, ἡ, faſtidium, tædium, Gl. V.

Σίκχος, tædium, Ph. A

ΣΙΚΧΟ'Σ, ὴ, ὸν, injucundus, moleſtus; (2) deriſor; (3) imbecillus, Ph. faſtidioſus, tædioſus, teter adſpectu.

Σιληνὸς, Silenus, Silvanus, Gl. V.

Σιληπορδέω, delicior, delicias facio, mollis ſum.

Σιληπορδία, ἡ, deliciæ, mollities, inſolentia. A σείω, vel σίλλω & ϖορδὴ, *Ern.*

Σιλίγνιον, ſiligo, Gl. V.

ΣΙΛΙΓΝΙΣ, εως, ἡ, ſiligo, optimum puriſſimumque triticum, vel farina ejus.

Σιλιγνίτης,

Σιλιγνίτης, ου, ὁ, ut σιλιγνίτης ἄρτος, panis ſiligineus. A pr.

Σιλλαίνω, ludo σίλλους; (2) per ludibrium oculos agito ſeu moto, dicteriis proſcindo, dicaciter illudo. Σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς, Diog. Laert. A σίλλος.

Σιλλογραφία, ας, ἡ, ſillorum ſcriptio. A

Σιλλογράφος, ου, ὁ, ſillorum ſcriptor. Ex σίλλος, & γράφω.

ΣΙ'ΛΛΟΣ, ου, vel σιλλὸς, οῦ, ὁ, Sillus, genus poëſeos comicæ, ſcomma & irriſorium poëma; (2) dicacitas, convicium; σιλλοὶ, dicacitates, ſcommata; σιλλὸς, etiam recalvaſter.

Σίλλω, idem quod σιλλαίνω, R.

Σιλουανὸς, οῦ, ὁ, Silvanus. Nomen viri, Lat.

Σιλουρισμὸς, ὁ, eſus ſiluri. A

Σίλουρος, ου, ὁ, ſilurus, *piſcis*. Ex σείω, & οὐρά.

ΣΙ'ΛΦΗ, ης, ἡ, blatta, genus inſecti ſenectutem exuens.

ΣΙ'ΛΦΙΟΝ, ου, τὸ, laſerpitium, *frutex*.

Σιλφιοπώλης, ου, ὁ, qui laſerpitium vendit.

Σιλφιοφόρος, ον, ſilphii ferax. A φέρω.

ΣΙ'ΜΑΙ, ῶν, αἱ, partes ſummæ citharæ, Heſ.

Σιμβλεύω, apes alvearibus condo. A σίμβλον.

Σίμβλη, ης, ἡ, idem quod σίμβλον.

Σιμβληΐς, ίδος, ἡ, alveola, inſtar alvearis excavata. Ab eod.

Σιμβλίδες, ων, αἱ, apes. Ab eod.

Σίμβλιος, ια, ιον, ad alveare pertinens, melleus. A

ΣΙ'ΜΒΛΟΝ, ου, τὸ, alveare, alveus apum.

Σίμβλος, ου, ὁ, idem.

Σιμβλοποιεῖν, mel facere, & in alveare reponere. *Euſt.*

Σιμικίνθιον, ου, τὸ, ſemicinctium. Vox Lat. rectius σημικίνθιον.

Σιμοπρόσωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſimus, i. e. ſima ſeu depreſſa nare. Ex πρόσωπον.

ΣΙΜΟ'Σ, ὴ, ὸν, ſimus, qui depreſſis eſt naribus, Ph. ſimus, cilico, ſilo, ſilus; (2) arduus, acclivis. Hinc τὰ σιμὰ, ῶν, loca ardua & acclivia. Hinc

Σιμότης, ητος, ἡ, ſimitas, naris ſima.

Σιμόω, ſimum reddo. Ab eod.

Σίμωμα, ατος, τὸ, ſimitas naris; (2) ſimitas navis. A σιμόω.

Σιναμωρέω, ῶ, damno ſeu detrimento adficio, noceo, perdo, vaſto. Γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει, Ariſt. Nub. 1066.

Σιναμωρία, ας, ἡ, maleficentia, natura noxia & prava. A

Σινάμωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui in fatis eſt nocere aliis, ad alios lædendos natus. Ex σίνω, & μόρος, *fatum*.

Σίναπι, idem quod σίνηπι. Hinc

Σιναπίζω, f. ίσω, cataplaſma ex Sinapi impono.

Σινάπιον, Sinapi, Gl. V. A σίναπι.

Σιναπισμὸς, οῦ, ὁ, cataplaſma ex Sinapi. A σιναπίζω.

Σιναρὸς, ρὰ, ρὸν, noxius; (2) damno adfectus, læſus. A σίνος.

Σινὰς, άδος, ἡ, noxia. Ab eod.

Σινδόνη, ης, ἡ, tela Tyria, Sindon, R. A σινδών.

Σινδονοφορέω, Sindonem geſto. Ex φέρω.

Σινδονυφὴς, ὲς, e ſindone textus. Ab ὑφή

ΣΙΝΔΩ'Ν, όνος, ὁ, Sindon, linteum pertenue; (2) amictus ex lino, Gl. Vet. tunica lintea.

ΣΙ'ΝΗΠΙ, vel σίναπι, εως, τὸ, Sinapi.

Σινιάζω, fut. άσω, cribro, ventilo, vanno; σινίασον, cerne, Gl. Vet. aor. 1. imp. Ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον, Luc. 22, 31. A σινίον. Hinc

Σινίασμα, ατος, τὸ, retrimentum, noxa, intertrimentum, Gl. Vet.

ΣΙΝΙ'ΟΝ, ου, τὸ, cibrum, Suic.

Σίνις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, homo noxius damna & mala cæteris inferens; raptor. Λέοντα Ὑψηὶς κατέπεφνε, βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο, Call. in Apoll. 92. A σίνω.

Σινόδους, οντος, ὁ καὶ ἡ, dentibus nocens. Ex σίνω, & ὀδοὺς.

Σίνος, εος, τὸ, damnum, clades, Ph. vitium. A σίνω. Hinc

Σινότης, ητος, ἡ, vitioſitas, Ph.

Σινόω, ῶ, f. ώσω, noceo; σινοῖ, vitiat, Ph. σινοῦντες, infeſtantes, Ph. Ab eod.

Σίντης, ου, ὁ, noxius. Αὐτοῦ σίνταο κάρη κακὸν, Nic. Th. 623. Ab eod.

Σίντωρ, ορος, ὁ, idem & ab eod.

ΣΙ'ΝΩ, noceo, lædo. Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι, Heſ. Ἔργ. 316.

ΣΙΝΩ'ΔΩΝ, οντος, ὁ, piſcis quidam.

ΣΙΝΩ'ΠΗ, ης, ἡ, Sinope, nomen ſcorti; (2) nomen urbis in Ponto; (3) rubrica. Hinc

Σινωπίζειν, laſcivire more ſcorti Sinopes, R.

Σινωπὶς, ίδος, ἡ, rubrica, Gl. V. miltum.

Σίξις, εως, ἡ, ſtridor; (2) ſibilus. A σίζω.

ΣΙ'ΟΝ, ου, τὸ, ſium, laver.

Σιὸς, deus, *Dor.* pro θεός; τὼ σιὼ, Caſtor & Pollux, gemini Dii.

ΣΙ'ΠΑΛΟΣ, deformis, impurus, Heſ.

ΣΙΠΥ'Η, ἡ, arca panaria, mactra. Ἡ μὲν σιπύη μεστὴ ᾽στι λευκῶν ἀλφίτων, Ariſt. Pl. 807.

Σιπυΐς, ίδος, ἡ, vas fictile adſervandæ farinæ. A σιπύη.

ΣΙ'ΡΑΙΟΝ, ου, τὸ, defrutum, ſapa.

Σιρίασις, εως, ἡ, inflammatio capitis ex vehementi ſolis ardore. A σιριάω.

ΣΙΡΙΑ'Ω, ῶ, capitis inflammatione ab æſtu laboro, f. a σείριος. *Ern.*

Σιρὸς, οῦ, ὁ, ſcrobs in qua condita frumenta aſſervantur. Alii σειρός; al. σιῤῥος, ſed σιρὸς verum eſt. *Ern.*

Σίσαμις, ίδος, ἡ, ſeſamis, idem quod σησαμίς.

ΣΙ'ΣΑΡΟΝ, ου, τὸ, ſiſer, *olus*.

ΣΙΣΟ'Η, ης, ἡ, ſiſoë, cincinnus.

Σισμὸς, οῦ, ὁ, ſtridor. A σίζω.

ΣΙΣΥΒΟΣ, ου, ὁ, fimbria, R.

ΣΙΣΥ'ΜΒΡΙΟΝ, ου, τὸ, ſiſymbrium, ſerpillum ſilveſtre, Gl. V. cunila.

Σισύμβρον, ου, τὸ, id. Gl. Vet. cunila. Καὶ μὴν καὶ σισύμβρα πέλει μειλίγματα νούσων, Nic. Th. 896.

ΣΙΣΥ'ΡΑ, ας, ἡ, ſagum pelliceum, veſtis e pellibus caprinis; (2) penula, craſſum & vile ſtragulum, Gl. V. Lodex; lodix.

Σισύρνα, ης, ἡ, idem. Sch. Theoc.

Σισυρνὸς, genus ligamenti medici.

Σισυρνώδης, ap. Heſ. A σίσυρνα.

Σίσυς, ἡ, tenue & vile veſtimentum. Sch. Lyc.

ΣΙ'ΣΩΝ, ωνος, ὁ, ſemen exiguum apio ſimile.

Σῖτα, pl. cibus, annona, victus; per metaplaſmum. A σῖτος.

Σιταγωγέω, frumentum veho, commeatum adveho. A σιταγωγός.

Σιταγωγία, ας, ἡ, frumenti advectio. A

Σιταγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, frumentum vehens; (2) frumento vehendo aptus, *Subſt.* navis frumentaria. Ex σῖτος, & ἄγω.

Σιτάθη, 3. ſing. a. 1. ind. paſſ. *Ion.* & *Dor.* pro ἐσιτήθη, a σιτέω.

Σιτανίας, ου, ὁ, genus tritici, frumentago. A σῖτος.

Σιτάνιος, ου, ὁ, ſc. πυρὸς, idem & ab eod.

Σιτάριον, ου, τὸ, parvum frumentum; (2) exiguus panis, Dim. a σῖτος.

Σιτάρκεια, ας, ἡ, annona; (2) annona militaris, quæ militibus ſtipendii loco in ſingulos menſes dabatur. Ex σῖτος, & ἀρκέω.

Σιταρκέω, cibaria vel annonam ſubminiſtro, frumentum ſeu annonam ſuppedito; (2) mercede conduco. Ex iiſd.

Σιταρκία, ας, ἡ, idem quod σιτάρκεια.

Σιταρχέω, annonæ præſum. A

Σιτάρχης, ου, ὁ, præfectus annonæ; (2) curator convivii. Ex σῖτος, & ἀρχή.

Σίταρχος, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Σιταρχία, ἡ, præfectura annonæ.

Σιτεία, ας, ἡ, ſagina, Gl. V. A σιτεύω.

Σιτέομαι, comedo, veſcor; σιτεῖσθαι, epulari, Gl. V. σιτέσκετο, comedebat, imperf. *Ion.* pro ἐσιτεῖτο. Τί δαὶ, κυνηδὸν τὴν σοφίαν σιτήσομαι; Ariſt. Nub. 491. Τὰ γλυκέα σιτεῖται, Luc. Vit. Auct. A σῖτος.

Σιτευτὴς, οῦ, ὁ, ſaginator, Gl. V. fartor, Ph. σιτευταὶ, fartores, Ph. A σιτεύω.

Σιτευτὸς, ἡ, ὸν, ſaginatus, altilis. Ab eod.

Σιτεύω, f. εύσω, frugibus ſagino, pinguefacio, alo, Gl. Vet. ſagino, farcio, σιτεύομαι, victito, Gl. V. A σῖτος.

Σιτέω, ῶ, f. ήσω, nutrio, paſco, σιτοῦμαι, cibum capio, edo, comedo, veſcor, devoro.

Σιτηγέω, ῶ, frumentor, Gl. Vet. A

Σιτηγὸς, ὁ καὶ ἡ, frumentarius, Gl. V. Εὐπορίαν γὰρ τὰ σιτηγὰ τῆς ἀγορᾶς παρέξειν. Plut. Craſſ. cap. 20. Ex σῖτος, & ἄγω.

Σιτηρεσιάζω, frumentum & ſtipendium præbeo. A

Σιτηρέσιον, ου, τὸ, annonæ demenſum, frumentum quod militibus pro ſtipendio in ſingulos menſes datur. Ph. frumentatio, frumentum, ſtipendium, commeatus, annona. Ex σῖτος, & ἄρω, *apto*.

Σιτηρέσιος, annonarius, Gl. V.

Σιτηρὸς, ρὰ, ρὸν, frumentaceus, qui frumenti loco cenſetur; (2) frumentarius, eſcarius, Gl. V. A σῖτος.

Σίτησις, εως, ἡ, jus epulandi, jus cibum capiendi; (2) victus, paſtus. A σιτέω.

Σιτία, τὰ, victus, epulæ, Gl. Vet. A σιτίον.

Σιτίζω, f. ίσω, nutrio, paſco, cibo, ſagino, cibum præbeo, pinguefacio; σιτίζομαι, edo, comedo, veſcor; σιτισθεὶς, paſtus, aor. 1. part. Μὴ πρῴκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ, Theocr. 4, 16. A σῖτος.

Σιτικὸς, ἡ, ὸν, frumentarius. Ab eod.

Σιτίον, ου, τὸ, cibus, alimentum frumentaceum, annona, commeatus. Ab eod.

Σίτισις, εως, ἡ, idem quod

Σιτισμὸς, οῦ, ὁ, ſubminiſtratio cibi.

Σιτιστὴς, οῦ, ὁ, fartor, Gl. V. A σιτίζω.

Σιτιστὸς, ἡ, ὸν, altilis, ſaginatus. Ab eod.

Σιτοβόλιον, ου, τὸ, horreum, in quo frumenta reponuntur. Gl. V. granarium. Ex σῖτος, & βάλλω.

Σιτοβολὼν, ῶνος, ὁ, idem. Gl. V. ſportula. Ex iiſd.

Σιτοβολῶνας, *horrea*, acc. plur. a σιτοβολών.

Σιτοδεία, ας, ἡ, penuria rei frumentariæ. Ex

Σιτοδέομαι, annonæ penuria premor, annona ſeu commeatu deficio.

Σιτοδόκη, ης, ἡ, ciborum ſeu frumenti receptaculum. A

Σιτοδόκος, ὁ καὶ ἡ, capiens ſeu recipiens frumentum vel cibum. Ex δέχομαι.

Σιτοδοσία, ας, ἡ, frumenti datio, largitio ſeu diſtributio, frumentatio. Ex δόσις, *datio*.

Σιτοδοτέω, ῶ, f. ήσω, frumentum diſtribuo ſeu dimetior, & *paſſ.* frumentum mihi datur, annonam accipio, cibum capio. A

Σιτοδότης, ου, ὁ, frumenti largitor ſeu diſtributor.

Σιτοδοχεῖον, ου, τὸ, receptaculum frumenti, horreum. Ex σῖτος, & δοχεῖον.

Σιτοδόχος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod σιτοδόκος.

Σιτοθήκη, ης, ἡ, frumenti repoſitorium, horreum.

Σιτοκάπηλος, ου, ὁ, propola frumenti, negotiator frumentarius. Ph. dardanarius.

Σιτοκλονέω, frumentum congero.

Σιτοκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, homo fruges tantum conſumere natus, inutilis, qui fruſtra alitur. Ex σῖτος, & κουρὰ, *tonſura*.

Σιτολογέω, ῶ, f. ήσω, frumentum comporto, frumentum exigo, frumentor. Τὴν χώραν σιτολογεῖν, Polyb. A σιτολόγος.

Σιτολογία, ας, ἡ, frumentatio, collectio ſive exactio frumenti.

Σιτολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui frumenta colligit, qui annonam exigit. Ex σῖτος, & λέγω.

Σιτομετρέω. frumentum dimetior, frumentum certa menſura diſtribuo. A

Σιτομέτρης, ου, ὁ, qui frumentum certa menſura diſtribuit, frumenti menſor, annonæ diſtributor. Ex μετρέω. Hinc

Σιτομετρία, ας, ἡ, frumenti dimenſio, frumenti diſtributio, quæ fit certa menſura.

Σιτομέτριον, ου, τὸ, idem quod

Σιτόμετρον, ου, τὸ, cibarium, diarium, Gl. V. dimenium.

Σιτομνημονέω, ῶ, frumentum dimetior, notatis capientium nominibus.

Σῖτον, ου, τὸ, cibus, annona, commeatus; in ſing. vix occurrit, ſed in pl. σῖτα: quod videtur potius per metaplaſmum eſſe a σῖτος.

Σιτονόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, cibum diſtribuens, præbens, ſeu ſubminiſtrans. Ex νέμω.

Σιτοποιέω, panem conficio; (2) ad panificium utor vel accommodo; (3) alo, cibum ſubminiſtro: & σιτοποιέομαι, in panificio occupatus ſum; (4) frumentum mihi comparo, frumentatum eo; (5) pro cibo utor, veſcor. Τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα σιτοποιεῖν, Eur. Tro. 490. Χειρομύλας χρὴ αὐτόθεν παρασκευάσασθαι, αἷς σιτοποιησόμεθα, Xen. Cyr. 6, 18.

Σιτοποιΐα, ας, ἡ, panificium.

Σιτοποιϊκος, ἡ, ὸν, ad cibaria coquenda & conficienda pertinens; (2) ad farinam conficiendam aptus. A

Σιτοποιὸς, οῦ, ὁ, panifex, piſtor; ἡ σιτόποιος, piſtrix, Gl. Vet. Ex σῖτος, & ποιέω.

Σιτοπομπεία, ας, ἡ, frumenti tranſmiſſio, procuratio frumenti ſive annonæ. Ex σῖτος, & πέμπω.

Σιτοπομπεῖον, ου, τὸ, idem & ab eod.

Σιτοπομπία, ας, ἡ, idem & ab eod.

Σιτοπόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, piſtor; (2) coquus.

Σιτοπώλης, ου, ὁ, venditor frumenti, Gl. Vet. frumentarius, frumentator.

ΣΙ͂ΤΟΣ, ου, ὁ, frumentum, triticum; (2) cibus, annona, commeatus.

Σιτόσπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, frumento conſitus. Ex σπείρω.

Σιτουργος, ὁ ϗ ἡ, pinſens, molens, piſtor, molitor. A σι. & ἔργον.

Σιτοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, frumento veſcens, pane victitans. Ex σῖτος, & φάγος.

Σιτοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, frumentum ferens, frumentum ſubvectans, commeatum ſeu cibaria vehens. Gl. Vet. dapifer. Ex φέρω.

Σιτοφυλακεῖον, & σιτοφυλάκιον, τὸ, locus, ſeu vas, in quo frumentum adſervatur; (2) horreum. A

Σιτοφύλακες, frumenti cuſtodes; magiſtratus Athenis.

Σιτοφυλακέω, ῶ, frumentum cuſtodio vel adſervo, Suic. Ab eod.

Σιτόχροος, contr. σιτόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, colorem frumenti habens. Ex σῖτος, & χρόα.

ΣΙ'ΤΤΑ, vel σίττε, vox paſtorum gregem ad feſtinandum compellentium.

Σιττακὸς, οῦ, ὁ, idem quod ψιττακός.

ΣΙ'ΤΤΗ, ης, ἡ, ſitta, avis quædam.

ΣΙΤΤΥ'ΒΑ, veſtis pellicea, Heſ.

ΣΙ'ΤΤΥΒΟΣ, ου, ὁ, genus vaſis; Euſt.

Σιτὼ, όος, ἡ, Ceres. Vox Syracuſ. A σῖτος.

Σιτώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, frumentaceus, qui frumenti nomine cenſetur. Ab eod. Unde

Σιτὼν, ῶνος, ὁ, ager frumentarius.

Σιτώνης, ου, ὁ, frumenti emptor; (2) annonæ coëmendæ præfectus. Ex ὠνέομαι.

Σιτωνέω, frumentum coëmo, rei frumentariæ curandæ præfectus ſum. A pr.

Σιτωνία, ας, ἡ, frumenti emptio, munus publicum coëmendæ annonæ. Ab eod.

Σιφαῖος, α, ον, ſilignus. Lucian. *Lex.*

Σιφλὸς, ἡ, ὸν, deformis & odioſam faciem habens; (2) mutilus, oblæſus; (3) debilis, invalidus, ad agendum ineptus; (4) vorax. A σιπαλός.

Σίφλος, ὁ, reprehenſio, irriſio. Ab eod.

Σιφλόω, ῶ, f. ώσω, deformem reddo, ignominiam adfero, debilito. Θεὸς δέ ἑ σιφλώσειε, Il. 14, 142. A σιφλός.

Σιφλάζω, exſibilo, Gl. V.

Σιφνεὺς, ὁ, talpa. E. M.

ΣΙΦΝΟ`Σ, ἡ, ὸν, vacuus, Heſ.

ΣΙ'ΦΩΝ, ωνος, ὁ, Siphon, tubus, canalis; (2) herba quædam. Hinc

Σιφωνίζω, elicio, extraho, quaſi ſiphone. Σιφωνίζομαι τὸν σῖτον, Ariſt. Th. 564.

Σιώπα, 2. ſing. imper. act. a

ΣΙΩΠΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, ſileo, taceo, obticeſco, conticeſco. Gl. Vet. reticeſco, ſilentio prætereo; σιώπησον, tace, Ph. Οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι πρός σε, Luc.

Σιωπὴ, ῆς, ἡ, ſilentium, taciturnitas. Hinc σιωπῇ, tacite. A σιωπάω.

Σιωπηλὸς, ἡ, ὸν, taciturnus. Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ᾽ ἄψοφον ἴχνος τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος. Callim. Hymn. in Apoll. 12. A σιωπή. Unde

Σιωπηρὸς, ρὰ, ρὸν, tacitus, Gl. Vet.

Σιωπηρῶς, tacite, Gl. V.

Σιωπήσῃ, 3. ſing. a. 1. conj. act. v. σιωπάω. Hinc

Σιώπησις, εως, ἡ, taciturnitas, R.

Σιωπητέος, α, ον, tacendus.

ΣΚΑ'ΖΩ, claudico. Gl. V. titubo, vacillo. Apud metricos iambi σκάζοντες dicuntur, quorum ultimus pes ſpondæus eſt. Σκάζων ἐκ πολέμου, Il. 11, 810.

Σκαιῇ, dat. ſing. f. g. *Ion.* pro σκαιᾷ, a σκαιὸς.

Σκαιόθεν, *Adv.* a læva, a ſiniſtra. A

Σκαιὸς, ὰ, ὸν, ſcævus, importunus, vanus, pravus, ſtupidus, durus, inhumanus. Ph. A σκάζω. Hinc

Σκαιοσύνη, ης, ἡ, ineptum & ſtupidum ingenium; (2) ruſticitas, ſtultitia.

Σκαιότης, ητος, importunitas, Ph. ruditas, Gl. V. Ab eod.

ΣΚΑΙ'ΡΩ, ſalio, ſaltito, tripudio. Ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. Hom. Il. 18, 572. Ἄλλοκα δ᾽ σκαίρει τὸ βαθύσκιον ἀμφὶ Λάτυμνον, Theocr. 4, 19.

Σκαιωρέω, maleficio adficio. A σκαιός.

Σκαιώρημα, τὸ, maleficium. A pr.

Σκαιῶς, *Adv.* ſiniſtre, inepte, ſtupide, ſtolide, ruſtice. A σκαιός.

Σκαλαβώτης, ου, ὁ, ſtellio. Ab ασκάλαβος, R.

Σκαλάθυρμα, ατος, τὸ, ludicrum.

Σκαλαθυρμάτιον, ου, τὸ, ludicrum, ludicræ nugæ. Dim. A

Σκαλαθύρω, ludibundus fodio, fodicans ludo cum aliquo, ludo ſimpliciter; (2) ineo, coeo. Ex σκάλλω, & ἀθύρω, *ſodico.*

Σκαλεία, ας, ἡ, ſarritio. A σκαλεύω.

Σκάλευθρον, ου, τὸ, ſarculum; (2) inſtrumentum, quo ignis & prunæ proruuntur.

Σκάλευμα, ατος, τὸ, foſſa; (2) effoſio; (3) ſarritio; (2) ludicrum, ἄθυρμα.

Σκαλεὺς, έως, ὁ, ſarritor, ſartor, qui ſarculo ſolum induratum circa plantam laxat, qui in ſegetibus herbas noxias effodit.

Σκάλευσις, εως, ὁ, ſarritura, Gl. V.

Σκαλεύω, fodio. Σκαλεύειν ἄνθρακας, Ariſt. Pace, 439. A σκάλλω.

Σκαληνὸς, οῦ, ὁ, obliquus & inequalis; (2) inæqualia crura habens; (3) impar, de numero. A σκάζω.

Σκαληνόω, obliquo. A pr.

Σκαλίζω, fodio, ſarrio. Ph. ſarculo.

Σκαλὶς, ίδος, ἡ, ſarculum, Ph. A σκάλλω.

Σκάλισις, εως, ἡ, ſarritio, ſarritura. A σκαλίζω.

Σκαλισμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Σκαλιστήριον, τὸ, ſarculum. Ab eod.

ΣΚΑ'ΛΛΩ, fodio, ſarculo circumcirca ſarrio, findo. Hinc

Σκάλμη, ης, ἡ, gladius Thracius.

Σκαλμίδιον, τὸ, Dim.

Σκαλμὸς, οῦ, ὁ, ſcalmus, paxillus, ad quem alligatur remus, ſ. theca in quam reponitur. A σκάλλω.

Σκάλοψ, οπος, ὁ, talpa. Ab eod.

Σκάλσις, εως, ἡ, ſarritio, ſarrituta, Ab eod.

Σκάλωμα, ατος, τὸ, inciſura ſarculo cavata. Ab eod. ſed tamen quaſi a σκαλόω.

Σκαμβὸς, ἡ, ὸν, qui obliquus in latus procedit, incurvus, tortus, cui crura introrſus torta ſant. Ph. ſcaurus, valgus, varus, curvus. A σκάζω.

Σκάμμα, ατος, τὸ, foſſa; (2) ſulcus ſtadii, ſeu ſpatii, in quo certabant ſaltu. A σκάπτω.

ΣΚΑΜΜΩΝΙ'Α, ας, ἡ, Scammonia, *herba.*

Σκαμμώνιον, ου, τὸ, idem.

Σκανδάλα, vel λη, decipula. A σκάζω.

Σκανδαληθρίζω, decipulam tendo. A

Σκανδάληθρον, ου, τὸ, lignum decipulæ incurvum, cui eſca ſolet illigari. A σκάνδαλον. Unde

Σκανδαλίζω, f. ίσω, offendere vel impingere facio, ſum ſcandalo, ſcandalum præbeo. Ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω, 1 Cor. 8, ult. Ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε, Joann. 16, 1. Σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, Matt. 26, 33.

Σκανδαλισθῇ, 3. ſing. aor. 1. conj. paſſ. verbi σκανδαλίζω.

Σκάνδαλον, ου, τὸ, offendiculum. A σκάζω.

Σκανδικοπώλης, ου, ὁ, viliſſimi oleris venditor, R. Ex σκάνδιξ, & πώλης.

ΣΚΑ'ΝΔΙΞ, ικος, ὁ, genus oleris ſilveſtris ac vilis.

Σκαπανεὺς, έως, ὁ, foſſor. A

Σκαπάνη, ης, ἡ, ligo. Gl. Vet. raſtrum; (2) foſſio. A σκάπτω. Hinc

Σκαπανίτης, ου, ὁ, foſſor.

ΣΚΑΠΕ'ΡΔΑ, ης, ἡ, ludi genus, in quo alter alterum ex fune per trabem erectam trajecto, ſuſpenſum ad ſummum evehebat; (2) res quævis difficilis.

Σκάπετος, ου, ὁ, foſſa, Heſ. A σκάπτω.

Σκάπτειρα, ας, ἡ, quæ fodit, fodiens, Suic. A σκαπτήρ.

Σκαπτέον, fodiendum. Ph. iterandum. A σκάπτω. Unde

Σκαπτὴρ, ῆρος, ὁ, foſſor, qui fodit.

Σκάπτοιτο, 3. ſing. præſ. optat. paſſ. verbi σκάπτω.

Σκᾶπτον, ſceptrum. *Dor.* pro σκῆπτρον.

Σκαπτὸς, ἡ, ὸν, foſſus, foſſilis. Ab eod.

ΣΚΑ'ΠΤΩ, f. ψω, fodio, fodico, Gl. Vet. Ἔσκαψε, ϗ ἐβάθυνε, ϗ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν, Luc. 6, 48. τὴν κόπρον, Theophr.

Σκάραβος, ὁ, fullo, *it.* inſectum quoddam.

Σκαρδαμυκτέω, ῶ, oculis crebro conniveo, nicto. A σκαρδαμύττω.

Σκαρδαμυκτὶ, *Adv.* nictantibus vel conniventibus oculis. Ab eod.

Σκαρδαμυκτικὸς, ἡ, ὸν, crebro nictans. A

Σκαρδαμύσσω, vel σκαρδαμύττω, f. ξω, oculis crebro ſalientibus conniveo. Gl. V. σκαρδαμύττω, nicto, conniveo. Οὐδὲ πνεῖν ἐῶ, οὐ σκαρδαμύσσειν, Eur. Cyc. 618. Ex σκαίρω, *ſalio,* & μύω, *conniveo.*

Σκαρθμὸς, οῦ ὁ, ſaltus. A σκαίρω. Unde

Σκαρίζω, f. ίσω, ſalio, palpito, bullio.

Σκαρὶς, ίδος, ἡ, genus lumbricorum. A σκάρος.

Σκαρισμὸς, οῦ, ὁ, ſaltus, ſaliendi actus, palpitatio. A σκαρίζω.

Σκαριφάομαι, ῶμαι, rado, fodio, ſcalpo, ſcarifico, ſuperficiem ſcindo. A σκάριφος.

Σκαριφεύειν, leviter delineare; adumbrare. Ab eodem.

Σκαριφεύω, idem.

Σκαριφήματα, ων, τὰ, lineamenta; (2) res nullius pretii, nugæ tenues philoſophorum, ap. Sch. Ar. A σκαριφάομαι.

Σκαριφισμὸς, οῦ, ὁ, delineatio rei prima, quæ fere punctis tantum fit. Quaſi a σκαριφίζω.

ΣΚΑ'ΡΙΦΟΣ, ου, ὁ, & σκάριφον, ου, τὸ, ſtilus, penicillus, ſtipula, feſtuca, ſarmentum. Hinc *ſcarifico,* vel *ſcarifo.*

Σκαρίτης, ου, ὁ, ut σκαρίτης, λίθος, ſcarites, gemma ſcari piſcis colorem referens. A

Σκάρος, ου, ὁ, ſcarus, piſcis. A σκαίρω. Unde

Σκάρτης, ου, ὁ, agilis in ſaltu, celer, velox.

Σκατὸν, οῦ, τὸ, vel σκατὸς, οῦ, ὁ, merda. A σκώρ.

Σκατοφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, merdivorus. Ex σκατὸς, & φάγω.

Σκαφετὸς, hæc foſſura, occatio, bidentatio, iteratio, Ph. A σκαφή.

Σκαφεία, ας, ἡ, foſſio. A σκάπτω.

Σκαφεῖον, ου, τὸ, idem; (2) inſtrumentum foſſoris, ligo latior, breviorque. Gl. Vet. rutrum. Ab eod.

Σκαφεῖσα, aor. 2. part. paſſ. f. g. a. σκάπτω.

Σκαφεὺς, έως, foſſor; σκαφεῖς, foſſores, Gl. V. Ab eodem.

Σκάφευσις, εως, ἡ, foſſio. A σκαφεύω.

Σκαφευτὴς; σκαφευταὶ, foſſores, Gl. V. A

Σκαφεύω, f. εύσω, fodio; (2) inter ſcaphas neco; Plut. in Art. c. 16. A σκάπτω.

Σκάφη, ῆς, ἡ, ſcapha, alveus, cymba, linter, Gl. V. Ab eod.

Σκαφὴ, ῆς, ἡ, foſſa; (2) foſſio; (3) everſio. Καρχηδόνα κατέσκαψάν τε ϗ συνῴκισαν αὖθις μετὰ ἔτη τῆς σκαφῆς ἑκατὸν ϗ δύο. Appian. in Libyc. fine. Ab eod.

Σκαφητὸς, ὁ, foſſio, paſtinatus. Ab eod.

Σκαφηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſcapham ferens. Gl. V. alvearius. Ex σκάφη, & φέρω.

Σκαφθῆναι, a. 1. inf. paſſ. verbi σκάπτω.

Σκαφίδιον, ου, τὸ, ſcapula, navigiolum, linter; faſelus, Gl. V. Dim. a σκαφίς.

Σκαφίον, ου, τὸ, idem; (2) vas, *inpr.* in quod aqua ſolaris deſtillat; (3) matulæ genus, mulieribus proprium; (4) genus tonſuræ. Ph. ſarculum. A σκάφη.

Σκαφὶς, ίδος, ἡ, ſcaphula; (2) alveus; (3) vas ligneum concavum oblongum; (4) menſura, quantum concha capit; Nic. Th. 618. A σκάφη.

Σκαφίτης, ου, ὁ, qui ſcapham remo impellit. A σκάφη.

Σκαφοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſcaphæ ſimilis, ſcaphæ formam gerens. Ex σκαφὴ, & εἶδος.

Σκάφος, εος, τὸ, foſſa, foſſio; (2) ſcapha, navigium; (3) alveus navis. Gl. V. lembus, barca, cymba; (4) ciſterna, piſcina. A σκάπτω.

Σκεδᾷ, 2. ſing. f. 1. ind. med. *Bœot.* vel *Ion.* & *Att.* pro σκεδάσῃ, & ſublato σ, σκεδάῃ, σκεδᾷ, a σκεδάζω.

Σκεδάζω, f. άσω, idem quod σκεδάω.

Σκεδάννυμι, & σκεδαννύω, diſſipo; σκεδάννυμαι, diſſipor; ἐσκεδάσθησαν, diſſipati ſunt; a. 1. paſſ.

Σκεδάσεις, 2. ſ. f. 1. ind. act. v. σκεδάζω.

Σκέδασις, εως, ἡ, diſſipatio, diſperſio. A σκεδάω.

Σκεδασμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Σκεδαστικὸς, ἡ, ὸν, diſſipandi vim habens, diſſipans, diſcutiens. Ab eod.

Σκεδαστὸς, ἡ, ὸν, diſſipatus, diſperſus; (2) diſſipabilis, qui diſſipari ſeu diſpergi poteſt. Ab eod.

ΣΚΕΔΑ΄Ω, ῶ, f. άσω, diſſipo, diſpergo, diſcutio. Σκεδάσαι θέλω μερίμνας, Anacr. 4, ult. Σκεδασθέντες εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν, Herodian. Λαὸν σκέδασον, populum dimitte. Hom Il. 19, 171.

ΣΚΕΘΡΟ΄Σ, ρὰ, ρὸν, exactus, exquiſitus, diligens.

Σκεθρῶς, *Adv.* exacte, exquiſite, diligenter, accurate; Æſch. Pr. 102. A σκεθρός.

Σκεῖρα, ης, ἡ, feſtum quoddam Athenis, *it.* σκίρα, *it.* σκίῤῥα.

ΣΚΕΙ΄ΡΩΝ, ωνος, ὁ, ventus e Scironis ſaxis ſpirans.

Σκέλεαι, vel σκελεαὶ, ῶν, αἱ, femoralia, fæminalia, tibialia, calceamentorum genus A σκέλος.

Σκελετεία, ας, ἡ, & *Ion.* σκελετίη, exſiccatio, arefactio. A σκελετεύω.

Σκελέτευμα, ατος, τὸ, idem quod σκελετόν.

Σκελετεύω, f. εύσω, exſicco, arefacio. Σκελετευθεῖσα σὰρξ, Dioſc. A σκελετός.

Σκελετὸν, οῦ, τὸ, ſc. σῶμα, cadaver exſiccatum ſive aridum, R. Ab eod.

Σκελετὸς, ἡ, ὸν, exſiccatus, arefactus, aridus. Gl. Vet. larva, ſceletus. A σκέλλω.

Σκελετώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, corporis arefacti ſpeciem gerens. A σκελετόν.

Σκελέω, ῶ, idem quod σκέλλω.

Σκελιαγὴς, έος, τὸ, cruris fractio. Gl. Vet. crurifragium. Ex σκέλος, & ἄγω.

Σκελίζω, f. ίσω, ſupplanto, ſubverto. Gl. V. varico. A σκέλος.

Σκελὶς, ίδος, ἡ, perna, femur porci vel alius pecoris, una cum carne pulpoſa a ſpina uſque ad imum ventrem. Ab eod.

Σκελιφρὸς, ὰ, ὸν, idem quod σκληφρός. Reperitur & σκελεφ. & σκολ. *ſed vitioſe.* Hipp. *Ern.*

Σκελλὶς, ίδος, ἡ, σκελλίδες, ſpicæ capita, nuclei allii & ſegmina ceparum, R. (2) ſegmen cepæ. A σκέλλω.

Σκελλὸς, ἡ, ὸν, aridus; (2) diſtortus, Ph. ſcaurus, pandus. Ab eod.

ΣΚΕ΄ΛΛΩ, exſicco, arefacio, attenuo, tenuem reddo; σκέλλομαι, areſio; vid. σκλῆμι. Μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο Σκήλῃ ἀμφὶ περὶ χρόα ἴνεσιν, Il. 23, 191.

Σκελόδεσμος, ου, ὁ, crurarium, Gl. Vet. vinculum. Ex σκέλος, & δεσμός.

Σκελοκοπία, ας, ἡ, tibiæ reſectio, crurifragium, Gl. Vet. Ex σκέλος, & κόπτω.

ΣΚΕ΄ΛΟΣ, εος, τὸ, crus, pes, ſuffrago; (2) Ἐπι σκέλος, ceſſim, paulatim. Eur. Ph. Εἶξαν ἐπὶ σκέλος ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν. Plut.

Σκελοτύρβη, ης, ἡ, ſpecies paralyſios, qua membra ſolvuntur, & dentes etiam excidunt, *Strabo*, lib. 16. *Vulgo*, Scorbutus. *Angl.* the Scurvy. Ex σκέλος, & τύρβη.

Σκελύθριον, ου, τὸ, ſellula tripes. A σκέλος.

Σκέμμα, ατος, τὸ, id, quod animo perpendimus, commentatio, ſpeculatio. Gl. Vet. conſilium. A σκέπτομαι.

Σκεμμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Σκέπα, *tecta*, nom. vel acc. pl. *per Apocop.* pro σκεπάσματα, a σκέπασμα.

Σκεπάζω, f. άσω, tego, operio, cooperio, protego, obnubo, Ph. intego, velo, Gl. Vet. ἐσκεπασμένος, velatus, Gl. Vet. perf. paſſ. part. Τὸ δὲ κάδμα τῶν ἐρώτων, Κραδίη, τινὶ σκεπάζω, Anacr. 21, ult. Ab eod.

Σκεπαρνηδὸν, *Adv.* aſciæ modo & forma. A σκέπαρνον.

Σκεπαρνίζω, f. ίσω, aſcia percutio, ancipiti ſecuri ferio. Ab eod. Hinc

Σκεπαρνισμὸς, οῦ, ὁ, fractura calvæ in duas partes, quum oſſa graviore ictu percuſſa diſſiliunt, R.

ΣΚΕ΄ΠΑΡΝΟΝ, ου, τὸ, aſcia, dolabra, runcina, Hom. Odyſſ. 5, 237.

Σκέπας, τὸ, idem quod

Σκέπασμα, ατος, τὸ, tegumentum, teges, Ph. velamen, velamentum, coopertorium, amictorium, Gl. V. A σκεπάζω.

Σκεπαστήριον, ου, τὸ, idem. Ab eod.

Σκεπαστήριος, ου, ὁ ϗ ἡ, tegendi vim habens.

Σκεπαστὴς, οῦ, ἡ, qui tegit & operit, Gl. Vet. tector; (2) protector, defenſor.

Σκεπαστικὸς, ἡ, ὸν, tegendi & operiendi vim habens; (2) qui libenter tegit. Ab eod.

Σκεπαστὸς, ἡ, ὸν, opertus, tectus. Ab eod.

Σκέπαστρον, ου, τὸ, tegumen. A σκεπάζω.

Σκεπάω, tego, operio, σκεπόωσι, 3. pl. pro σκεπῶσι, σκεπάουσι, Odyſſ. 13, 99. A σκέπω.

Σκέπη, ης, ἡ, tegmen, tegumentum, operimentum, veſtis; (2) prætextus; (3) protectio, Ph. tutamen, præſidium.

Σκεπηνὸς, ἡ, ὸν, munitus, tectus. Ab eod.

Σκεπτέον, videndum eſt. A σκέπτομαι.

Σκέπτεο, 2. ſing. præſ. imperat. med. *Ion.* pro σκέπτου, a σκέπτομαι.

Σκεπτικὸς, ἡ, ὸν, quæſitor & conſideratur, qui diſquirere & conſiderare ſolet, ſcepticus, Gl. V. meditativus. A

ΣΚΕ΄ΠΤΟΜΑΙ, fut. ψομαι, circumſpicio, diſpicio; (2) inviſo, viſo, viſito; (3) ſpeculor, perpendo, delibero, conſulto, Gl. Vet. cogito, conſulto, alterno, conſidero; ἐσκεμμένος, conſideratus, perf. particip. paſſ. Οὐκοῦν ἐκ τῶν ὁμολογουμένων τοῦτο σκεπτέον, Plat. Crit. 4. Σκεψόμεσθα δὴ κἀντιτιθῶμεν πρὸς ἕκαστον, Ariſt. Θεσμ. 809. Ὅστις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο, Eur. Or. 478.

ΣΚΕ΄ΠΩ, tego, operio, velo. Τὴν κεφαλὴν ἀεὶ σκέπων, Herodian.

Σκερβολέω, convicior, cor dictis mordacibus impeto. Σκερβολεῖν πονηρὰ, Ariſt. Eq. 818. Ex ἐς, κέαρ, & βάλλω.

Σκερβόλλω, idem & ex iiſd.

Σκέρβολος, ου, ὁ, conviciator.

Σκευαγωγέω, vaſa & utenſilia caſtrenſia bajulo, ſarcinas & impedimenta veho; (2) comporto, conveho. Σκευαγωγεῖν τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν, Dem.

Σκευαγωγία, ας, ἡ, vaſorum & utenſilium caſtrenſium vectio. A

Σκευαγωγὸς, ὴ, ὸν, vaſa ſeu inſtrumenta vehens, qui vaſa & utenſilia caſtrenſia bajulat aut vehit. Ex σκεῦος, & ἄγω.

Σκευάζω, f. άσω, inſtruo, orno, geſtamine corporis inſtruo, apparo, conficio, condio, molior, ſtruo. Πβικόμματ' ἐκ σοῦ σκευάσω, Ariſt. Eq. 371. Καὶ τἄλλ' ἅπανθ' ἅσπερ γυναῖκ' ἐσκεύασεν, id. Θεσμ. 598. Εἰς γάρ τι πρᾶγμα νεοχμὸν ἐσκευάσμεθα; Eur. Supp. 1054. Σκευάζεται θοινῶ, id. Her. fur. 960. A σκεῦος.

Σκευάριον, ου, τὸ, vaſculum. Hinc τὰ σκευάρια, ων, utenſilia quævis, ſupellectilis minutiæ, Gl. V. frivola, Dim. a σκεῦος.

Σκευασία, ας, ἡ, apparatus qui in veſtibus, armis, cultuque corporis adhibetur, Gl. V. cultus; (2) apparatio & confectio ciborum.

Σκεύασμα, ατος, τὸ, confectio, compoſitio; (2) id, quod confectum ſeu compoſitum eſt. A σκευάζω.

Σκευαστὸς, ὴ, ὸν, paratus, factus, confectus; (2) factitius, compoſitivus. Ab eod.

Σκευὴ, ῆς, ἡ, apparatus, quo aliquis inſtructus eſt, habitus cultuſque corporis, omnia geſtaminum genera, arma quoque, complectens, Gl. V. ornatus. A σκεῦος.

Σκευηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, v. σκευοφ.

Σκευοθήκη, ης, ἡ, vaſorum inſtrumentorumque repoſitorium; (2) armarium, Gl. Vet. vaſarium.

Σκευοποιέω, vaſa & inſtrumenta diverſi uſus fabricor; (2) fabricor, machinor, Gl. Vet. σκευοποιῶ, inſtruo. Ὄργανα ἐσκευοποιεῖτο, Plut.; (3) *in med.* armo me. A σκευοποιός. Hinc

Σκευοποίημα, ατος, τὸ, inſtrumentum ſcenicum, cultus apparatuſque ſcenicorum.

Σκευοποιΐα, ἡ, vaſorum, inſtrumentorum, &c. confectio. A

Σκευοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui vaſa & inſtrumenta diverſi uſus conficit, Gl. Vet. vaſcularius; (2) qui perſonas & indumenta alia ſcenica parat. Ex σκεῦος, & ποιέω.

Σκευοπώλης, ου, ὁ, qui vaſa & utenſilia alia vendit, Gl. V. vaſcularius.

ΣΚΕΥ͂ΟΣ, εος, τὸ, vas, inſtrumentum, utenſile quodvis; *dicitur etiam* de miniſtro, ap. Polyb. in S. S. de corpore, σκεύη, vaſa, cupæ, ſarcinæ, Gl. V. impedimenta.

Σκευουργία, idem quod σκευοποιΐα.

Σκευοφορέω, vaſa & inſtrumenta fero ſeu bajulo. Τὰ ἐν Πελοποννήσῳ σκευοφορούμενον, Dem. Phil. 3. Χιλίαις σκευοφορουμένος καμήλοις, Plut. in Craſſ. cap. 21.

Σκευοφορία, ας, ἡ, vaſorum ſarcinarumque bajulatio.

Σκευοφορικὸς, ὴ, ὸν, pertinens ad σκευοφόρον. A

Σκευοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui vaſa ſeu inſtrumenta portat ſeu bajulat, qui ſarcinas fert; σκευοφόρα, impedimenta, Ph. σκευοφόρος, vaſifer, ſarcinator, Gl. Vet. σκευοφόροι, lixæ, calones, Gl. Vet. Ex φέρω.

Σκευοφυλακέω, vaſa & utenſilia ſeu ſarcinas cuſtodio.

Σκευοφυλάκιον, ου, τὸ, locus cuſtodiendis vaſis & utenſilibus deſtinatus. A

Σκευοφύλαξ, ακος, ὁ, vaſorum ſeu utenſilium cuſtos. Ex σκεῦος, & φύλαξ.

Σκευόω, ῶ, vaſis inſtruo; vel ſimpliciter, inſtruo, armo, accingo, σκευοῦσθαι, Heſ. exponit ἑτοιμάζεσθαι, parari. A σκεῦος.

Σκευωρέω, ſive σκευωρέομαι, vaſa & utenſilia cuſtodio; (2) ſtruo, molior, capto, inſidior; (3) ſatago, perſcrutor, curioſe excutio. Σκευωρούμενοι περὶ αὐτὰ, Dem. A σκευωρός.

Σκευώρημα, ατος, τὸ, inſidioſum inceptum, machinamentum. A pr.

Σκευωρία, ας, ἡ, vaſorum utenſiliumque cuſtodia; (2) curioſa & ſolers obſervatio, vehemens occupatio ſeu adſectatio; (3) inſidioſa obſervatio, Gl. V. factio. A

Σκευωρὸς, οῦ, ὁ, vaſorum utenſiliumque cuſtos, Gl. Vet. teſtamentarius. Ex σκεῦος, & ὠρέω.

Σκέψασθαι, a. 1. inf. med. v. σκέπτομαι.

Σκέψις, εως, ἡ, contemplatio, inſpectio; (2) conſideratio & cogitatio, qualis eſt Scepticorum; (3) commentatio, tractatio; (4) deliberatio, conſultatio, conſilium, meditatio. A σκέπτομαι.

Σκήλῃ, 3. ſ. a. 1. conj, *Æol.* pro σκείλῃ, a σκέλλω, vel *Att.* pro σκαλῇ, a σκάλλω, Hom. Il. 23, 191.

Σκήλημα, ατος, τὸ, arefactio. Quaſi a σκηλέω, quod idem eſſet ac σκέλλω.

Σκήμπτω, idem quod σκήπτω.

Σκῆμψις, ἡ, v. σκῆψις.

Σκηνάω, ῶ, & σκηνάομαι, ῶμαι, tentorium figo, tabernaculum pono, habito. A σκηνή.

Σκηνευτὴς, οῦ, ὁ, in tentorio ſeu in ſcena habitans. Ab eod.

Σκηνέω, tentorium figo tabernaculum figo; (2) in tabernaculo habito, contubernalis ſum. Σκηνησάμενος καλύβην, Plat. Διὰ τῶν Καϋστρίων πεδίων ὁδοιπλανοῦντες ἐσκηνημένοι, Ariſt. Ach. 69. A

ΣΚΗΝΗ', ῆς, ἡ, tabernaculum, tentorium, Ph. taberna, caſa, tugurium, Gl. V. contubernium, Gl. Vet. ſcena, Gl. Vet. item veſtis ſtragula, aulæum.

Σκήνημα, ατος, τὸ, idem. A σκηνέω.

Σκηνήτης, ου, vel σκηνητὴς, οῦ, ὁ, in tentoriis ſeu umbraculis habitans; (2) tabernacula integens. Ab eod.

Σκηνίδιον, ου, τὸ, tentoriolum, mapale, tugurium, Dim. a σκηνή. Unde

Σκηνικος, οῦ, ὁ, ſcenicus, Gl. Vet. σκηνικοὶ, Attellani, Ph. σκηνικὸν, ludicrum, Ph.

Σκηνὶς, ίδος, ἡ, idem quod σκηνή.

Σκηνοβατέω, ῶ, fut. ήσω, in ſcenam ſeu theatrum prodeo; (2) in theatrum produco; (3) pervulgo, omnium oculis expono; σκηνοβατεῖσθαι, in ſcenam produci.

Σκηνογραφέω, ῶ, ſcenas pingo.

Σκηνογραφία, ας, ἡ, ſcenæ imaginaria excitatio.

Σκηνογραφικὸς, ἡ, ὸν, pertinens ad pictorem ſcenæ. A

Σκηνογράφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſcenas pingit. Ex σκηνὴ, & γράφω, *pingo*.

Σκηνοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, tentorio ſimilis. Ex σκηνὴ, & εἶδος.

Σκηνοπηγέω, tabernaculum ſeu tentorium figo ſeu pono. Ex σκηνὴ, & πήγνυμι.

Σκηνοπηγία, ας, ἡ, tabernaculi compactio; (2) tabernaculi locatio; (3) feſtum Judæorum. Ex iiſd.

Σκηνοπήγια, ων, τὰ, feſtum Judæorum in memoriam commemorationis ipſorum ſub tentoriis celebrari ſolitum, Ph. tentoria, tabernaculum.

Σκηνοποιέω, tabernacula conficio, umbracula fabricor. Συμπήγνυντες αὐτὰ ϗ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται, Herod.

Σκηνοποιΐα, ας, ἡ, confectio tabernaculorum; *it.* veſtium ſtragularum.

Σκηνοποιος, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui tentoria conficit, fabricator tabernaculi. Ex σκηνὴ, & ποιέω.

Σκηνοῤῥαφεῖον, ου, τὸ, locus, ubi tentoria conſuuntur. A σκηνοῤῥάφος.

Σκηνοῤῥάφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui tentoria conſuit. Ex σκηνὴ, & ῥάπτω.

Σκῆνος, εος, τὸ, tentorium, tabernaculum, umbraculum; (2) corpus, in S. S. Ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, 2 Cor. 5, 1. (3) alveare. Σκηνὴ μελισσῶν ἐς τοὺς ἐργαζομένους ἐνέβαλον, Appian. B. Mithridat. A σκηνή.

Σκηνοφύλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, tentorii ſeu tabernaculi cuſtos. Ex σκηνὴ, & φύλαξ.

Σκηνόω, tentorium figo; (2) in tabernaculo ago, habito, commoror, ſimpliciter habito, in S. S. Οἱ μὲν Ἕλληνες παρ᾽ αὐτὴν ἐσκήνωσαν, Xen. Σκηνώσει μετ᾽ αὐτῶν, Apoc. 21, 3. ἐπ᾽ αὐτοὺς, ib. 7, 15. ἐν ἡμῖν, Joann. 1, 14. A σκηνή.

Σκηνύδριον, ου, τὸ, idem quod σκηνίδιον.

Σκήνωμα, ατος, τὸ, tentorium, tabernaculum, domicilium, etiam de corpore humano, in S. S. A σκηνόω. Unde

Σκήνωσις, εως, ἡ, ipſa actio tentorium figendi; (2) commoratio, habitatio.

Σκηνωτὴς, οῦ, ὁ, qui in tabernaculis agit; (2) contubernalis. Ab eod.

Σκηπάνιον, ου, τὸ, ſcipio, baculus. A σκήπτομαι.

Σκήπτεσθαι, præſ. inf. med. v. σκήπτομαι.

Σκηπτὸς, οῦ, ὁ, fulmen, quod in terram impetu violento illiſum ruit ſ. infigitur; (2) vortex procelloſus, qui cum impetu in terram procelloſus, qui cum impetu in terram defertur. Ab eod.

Σκηπτουχία, ας, ἡ, ſceptri geſtatio, imperium, poteſtas regia; (2) provincia. A

Σκηπτοῦχος, ὁ ϗ ἡ, ſceptrum geſtans, ſceptrifer. Ex σκῆπτον pro σκῆπτρον, & ἔχω.

Σκηπτοφανῶς, *Adv.* fulminea celeritate & vi. Ex σκηπτὸς, & φαίνομαι.

Σκῆπτρον, ου, τὸ, baculus, ſcipio, cui innitimur inter eundum; (2) ſceptrum, regum & imperatorum geſtamen. A σκήπτω.

Σκηπτροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſceptrifer. Ex σκῆπτρον, & φέρω.

ΣΚΗ'ΠΤΩ, fut. ψω, proprie, immitto cum impetu; (2) nitor, innitor, incumbo; (3) cado, incido; σκήπτομαι, fulcio me, fulcior; (2) fingo, ſimulo. Ἐν δ᾽ ὁ πυρφόρος θεὸς σκήψας ἐλαύνει ἔχθιστος πόλιν, Soph. Oed. Tyr. 27. Τὸν σὸν δ᾽ ἀλάστορ᾽ εἰς ἔμ᾽ ἔσκηψαν θεοὶ, Eur. Med. 1336. Μαλακῶς τε ἔχειν ἐσκήπτετο, ægrotare ſe ſimulabat, Heliod. Ἐσκήψατο μεμυημένος, Plut. in Alcibiad. cap. 17. Hinc

Σκήπων, ωνος, ὁ, ſcipio, baculus.

Σκηρίπτω, f. ψω, fulcio, firmo, figo. Σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε, Odyſſ. 11, 594. Ab eod.

Σκῆψις, εως, ἡ, ſpecioſa cauſſa, prætextus, ſimulatio, excuſatio, commentum; (2) impetus. Ab eod.

ΣΚΙΑ', ᾶς, ἡ, umbra.

Σκιαγραφέω, adumbro. A σκιαγράφος.

Σκιαγράφημα, ατος, τὸ, delineatio, adumbratio. A pr.

Σκιαγραφία, ας, ἡ, idem.

Σκιαγραφικὸς, ἡ, ὸν, ad umbratilem deſcriptionem pertinens; (2) adumbratus.

Σκιαγράφος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui umbram rei alicujus deſcribit, qui rem aliquam adumbrat. Ex σκιὰ, & γράφω.

Σκιάδαι, ῶν, οἱ, rami majores & umbroſiores. A σκιά.

Σκιάδειον, ου, τὸ, idem quod

Σκιάδιον, ου, τὸ, umbella, quæ in herbis nonnullis cernitur, ut cicuta, aniſo, & quæ σκιὰς, propterea nominatur. Lat. muſcarium.

Σκιαδηφορέω, umbellam geſto.

Σκιάζω, f. άσω, umbro, adumbro, umbra opaca tego. Λεπτὰ φάρεα ξανθὰν κεφαλὰν σκιάζειν, Eur. Hipp. 139. Ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται, ſcil. *Barba*, id. Phœn. 63. A σκιά.

Σκίαινα, ης, ἡ, umbra, piſcis quidam.

Σκιαινὶς, ίδος, ἡ, idem & ab eod.

Σκιαθήρας, ου, ὁ, inſtrumentum mathematicum ad indagandam umbram, R. ſolarium. Ex σκιὰ, & θήρα, *captura*.

Σκιαμαχέω, cum umbra, ſ. in umbra domi, (non cum vero hoſte) pugno; (2) inaniter laboro. Ἀνάγκη ἀτεχνῶς ὥσπερ σκιαμαχεῖν (με) ἀπολογούμενον, Plat. Ap. Socr. 2. Ex μάχομαι.

Σκιαμαχία, ας, ἡ, dimicatio cum umbra ſive non repugnante adverſario, adeoque inanis; (2) præludium pugnæ. Ex iiſd.

Σκιάπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, umbram ſibi pede faciens, umbra pedis ſe protegens.

Σκιαρᾶν, gen. pl. f. g. *Dor.* pro σκιαρῶν.

Σκιαρόκομος, ου, ὁ ϗ ἡ, umbroſa coma præditus; (2) opacus. Ex σκιαρὸς, & κόμη.

Σκιαρὸς, ρὰ, ρὸν, umbroſus, Gl. Vet. σκιαρὸν, umbratile. A σκιά.

Σκιὰς, αδος, ἡ, umbraculum fornicatum; (2) tabernaculum, tentorium; (3) vitis arbuſtiva; (4) piſcis quidam. Ab eod.

Σκίασμα, ατος, τὸ, adumbratio. A σκιάζω.

Σκιαστικὸς, ἡ, ὸν, umbram faciens, ſolis ardorem arcens. Ab eod.

Σκιατραφέω, in umbra nutrio ſeu educo; σκιατραφοῦμαι, in umbra dego, umbratilem vitam ago. Ἐσκιατραφημένος, in umbra nutritus, molliter habitus. A

Σκιατραφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in umbra ſeu vita umbratili educatus. Ex σκιὰ, & τρέφω. Hinc

Σκιατραφία, ας, ἡ, vita umbratilis ſeu umbratica; (2) otium umbratile, deliciæ umbratiles.

Σκιατροφέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, vitam umbratilem ago. Ex σκιὰ, & τρέφω.

Σκιατροφίας, ου, ὁ, in umbratili vita educatus, R. Ex iiſd.

Σκιαυγέω, ῶ, cæcutio more eorum, qui ex umbra prodeuntes ad lucem caligant. Ex σκιὰ, & αὐγή.

Σκιάω, ῶ, obumbro, umbra opaca tego; σκιάομαι, ῶμαι, obumbror; σκιόωντο, pro ἐσκιῶντο, ἐσκιάοντο, imperf. Odyſſ. 2, 388. A σκιά.

ΣΚΙ'ΓΓΟΣ, ου, ὁ, Scincus, crocodilus terreſtris.

Σκίδναμαι, diſſipor; (2) diſſentire, ſed de pluribus. Αὐτοὶ δ᾽ ἐσκίδναντο κατὰ κλισίας τε νέας τε, Il. 1, 487. A σκίδνημι.

Σκιδναμένης, gen. ſing. part. præſ. paſſ. f. g.

Σκίδνημι, & σκιδνῶ, diſpergo, diſſipo. A σκεδάω, *diſſipo*.

Σκιερὸς, ρὰ, ρὸν, umbroſus, opacus. A σκιά.

Σκιὴ, ῆς, ἡ, umbra, *Ion.* pro σκιά.

Σκιητροφέω, *Ion.* pro σκιατραφέω.

ΣΚΙΘΑΚΟΥ'Σ, οῦ, ὁ, piſcis, qui & trachurus dicitur.

ΣΚΙ'ΛΛΑ, ης, ἡ, ſcilla, ſquilla, herba bulbum inſignem habens.

Σκιλλιτικὸν, οῦ, τὸ, acetum, ſcilliticus, ex ſcilla vel ſquilla confectum. A σκίλλα.

Ὑποτίθημι, ſuppono, ſubjicio; (2) ſuppedito; (3) ſuppono, i. e. veluti principium pono; (4) pignori oppono, oppignero; obligo, Gl. V. (5) ſubjicio alterius poteſtati; (6) propono, veluti ſpem. *In med.* moneo, conſulo, edoceo, ſuggero; (2) pono, ſtatuo, cenſeo, decerno, propono, propoſitum mihi habeo; (3) hypothecam do, Gl. Vet. ὑποτίθεμαι, pignero. Sed rectius Phrynichus & Thomas magiſter. Ὑποτίθησι μὲν τὰ ἐνέχυρα ὁ δανειζόμενος, ὑποτίθεται δὲ ὁ λαμβάνων ἤγουν ὁ δανείζων; ὑποτιθέμενος, ſuppoſitus, Phil. perf. part. paſſ. ὑποτεθεῖσαν, obligatam, Phil. aor. 1. part. paſſ. ὑπέθεντο, obligaverunt, Phil. aor. 2. med. ὑποτιθέμενος, fiduciarius, Ph. præſ. part. Σοὶ δ', ὦ νεανίσκ', οὐ κακῶς ὑποθήσομαι, ſuggeram, Ariſt. Av. 1368. Ὑποτιθεὶς τὴν ἐλπίδα; Eurip. Or. 1175. Ἄκος ὑποτίθεσθαι τῆς λύπης, Luc.

Ὑποτίλλω, q. d. ſubvello, ſubrunco. Ὑποτίλλειν τὴν βοτάνην, Theophr.

Ὑποτιμάω, ῶ, f. ήσω, & άομαι, ῶμαι, proprie litem, mulctam, ſecundo loco æſtimo. Hinc quia id ferè reus faciebat; (2) litem mihi æſtimo contra actorem; (2) irrogo pœnam. Τούς τε φόρους πράσσεσθαι ἐκέλευεν, ὅσους αὐτοὶ ὑπετιμήσαντο, Ariſtot.

Ὑποτίμησις, εως, ἡ, pœna, mulctæ æſtimatio, *Ern.* (2) prætextus, P. A præc.

Ὑποτιμητὴς, οῦ, ὁ, ſubcenſor, æſtimator litis, &c. Ab eod.

Ὑποτίτθιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui adhuc e mamilla pendet & lactet. Ex ὑπὸ, & τίτθος.

Ὑποτμήσσω, idem quod ὑποτέμνω.

Ὑποτομεὺς, έως, ὁ ϗ ἡ, qui ſuccidit, aut præcidit; (2) inſtrumentum, quo aliquid ſucciditur. Ab ὑποτέμνω.

Ὑποτομὴ, ῆς, ἡ, ſucciſio, paullatim facta inciſura. Ab eod.

Ὑποτονθορίζω, &

Ὑποτονθορύζω, murmuro. Ὑποτονθορύζουσι δὲ ſυγκεκυφότες, αἰτιώμενοι τὸν χρόνον, Luc. Bis. Acc.

Ὑποτοπάζω, conjicio, ſuſpicor. Hinc

Ὑποτόπασις, ἡ, conjectura, ſuſpicio.

Ὑποτοπέω, conjicio, ſuſpicor. Οἱ δὲ ὑποτοπήσαντες εἶναι ἀγαθὸν ἔξω τῶν παρ' ἀνθρώποις δικαιωμάτων. Philo. Ἵν' ἀνὴρ, ἀπὸ τοῦ τείχους εἰσιὼν, μηδὲν κακὸν δρᾷν ὑποτοπῆται, Ariſt. Θεσμ. 503.

Ὑποτραυλίζω, fut. ίσω, ſubbalbutio, paulum balbutio, Luc.

Ὑποτραχήλιον, ου, τὸ, colli pars intra cervicem. Ex ὑπὸ, & τράχηλος.

Ὑποτραχύνω, parum ſuaviter adficio, de ſono, aſpero ſono lædo aures.

Ὑπότραχυς, εος, ὁ ϗ ἡ, ſubaſper.

Ὑποτρέμω, paululum tremo & trepido, ſubtimeo. Καὶ εἶπον ὑποτρέμων, Plato Τοῖον γὰρ ὑποτρεμέουσιν ἅπαντες, Il. 22, 241.

Ὑποτρέφω, f. θρέψω, clam alo, latenter nutrio, Gl. V. ſubalo. Νόσων ὑποτρέφει σπέρματα, Gal.

Ὑποτρέχω, currens ſubeo; (2) curſu comprehendo, fugientem prehendo; (3) curſu ſuffugio, ſubeo, ſubrepo, inſinuo me. Ἐγὼ δὲ τὰ κορίανν' ἐπριάμην ὑποδραμὼν, Ariſt. Eq. 673. Κοὐχ ὑποτρέχων σε τοῦτο θωπεία λέγω, Eurip. Or. 653. Ἀσπασμοῖς ὑποτρέχοντες τὸν δῆμον ἐκτῶντο, Plut. in Pelopid. c. 2.

Ὑποτρέω, ῶ, f. έσω, intremiſco, perterreſio; (2) terrefactus & timore percuſſus ſuffugio. Ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, Il. 7, 217.

Ὑπότρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, (ſubtus) perforatus & pertuſus. Ex ὑπὸ, & τράω, *foro.*

Ὑποτρίβω, f. ψω, ſubtero, contero. Hinc

Ὑπότριμμα, ατος, τὸ, edulii genus, ex variis rebus leviter tritis & contuſis conſtans, Gl. V. moretum.

Ὑποτρίζω, paululum ſtrideo.

Ὑποτριόρχης, accipitrum genus. *Angl. The* **Hobby-hawk.** Ariſt. Hiſt. An. lib. 9. cap. 36. Ex ὑπὸ, τρεῖς, & ὄρχις.

Ὑπότριτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubtertius.

Ὑποτρομέω, ῶ, tremore ſuccutior, tremo infra. Καὶ δέ τι μιν ϗ πρόσθεν ὑποτρομέεσκον ὁρῶντες, Iliad. 20, 28. Τοῖον γὰρ ὑποτρομέουσιν (ὑποτρεμέουσιν, Barn.) ἅπαντες, ib. 22, 241.

Ὑπότρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubtremulus, qui timore & pavore velut ſuccutitur. Ab ὑποτρέμω.

Ὑποτροπὴ, ῆς, ἡ, reverſio, reciprocatio. Ab ὑποτρέπω.

Ὑποτροπιάζω, revertor, reciproco. Ab ὑπὸ, & τροπὴ, inverſio.

Ὑποτροπιασμὸς, οῦ, ὁ, idem quod ὑποτροπή.

Ὑποτροπικὸς, ὴ, ὸν, reverti ſolitus, de morbis, Hipp.

Ὑπότροπος, ου, ὁ ϗ ἡ, reverſus, redux. Ὑπότροπος ἵκετο δῶμα, Odyſſ. 20, 332. Ex ὑπὸ, & τρέπω.

Ὑποτρόχαλα, *Adverb.* rotunde. Ab

Ὑποτρόχαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, currens in rotundum factus, ſubrotundus, lubricus a rotunditate. Ab

Ὑποτροχάω, ῶ, idem quod ὑποτρέχω. Τὴν δὲ θάλασσαν Νήρεθεν ὑποτροχάει, Moſch. 8, 5. Ab ὑποτρέχω.

Ὑπότροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, rotas ſubjectas habens.

Ὑποτρύζω, fut. ύσω, paullulum murmuro, leviter murmuro, gemo, ſubmiſſe loquor, muſſo. Βαρύ τι ϗ δυσηχὲς ὑποτρύζων, Heliod.

Ὑποτρώγω, una comedo, ſ. obſonium cum pane.

Ὑποτυγχάνω, protinus appoſiteque reſpondeo; (2) reſpondeo, *ſimpl.* Ἀλλ' ἴσως ὑποτυχὼν ἂν φαίης, Plut.

Ὑποτύπτω, ſuffringo. Οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες ὥσπερ ταῖς ἄμαις, Ariſt. Av. 1150.

Ὑποτυπόω, informo, delineo, oculis ſubjicio, repræſento. Τοιαύτας δὴ τυραννίδος εἰκόνας ὑποτυπούμενος, ἐδεδίει τε ϗ ἤλπιζεν, Herodian. lib. 1. Τοιαῦτα δή τινα τῷ μειρακείῳ ὑποτυπούμενοι, ἤγειρον αὐτοῦ τὰς ὀρέξεις εἰς τὴν ἡδονῶν ἐπιθυμίαν, ibid. Hinc

Ὑποτύπωσις, εως, ἡ, rei alicujus informatio, informata deſcriptio, lineamenta præformata ad colores illinendos; diſpoſitio, Gl. V.

Ὑποτυρὶς, ίδος, ἡ placenta e lacte, melle, & farina, caſei formam habens. A τυρός.

Ὑπότυφλος, ου, ὁ ϗ ἡ, paullum cæcus, luſcioſus.

Ὑπότυφος, ὁ ϗ ἡ, aliquantum faſtuoſus & elatus, ſub quo latet jactantia & ſuperbia.

Ὑποτύφω, ſuffumigo, fumum ſubtus excito; unde (2) ſuccendo, ignem ſubjicio; (3) paullatim accendo alicujus rei ſtudio, amore, &c. irrito, provoco. Ὑποτύφεται τὰ ſτέρνα, Philoſtr.

Ὑποτυχοῦσαν, *contr.* a. 2. part. act. f. g. v. ὑποτυγχάνω.

Ὑπουδαῖος, αία, αῖον, ſubterraneus. Ex ὑπὸ, & οὖδας.

Ὕπουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, molliter tumidus, inanis; (2) aliquid vitii *(prop. & metaph.)* abditi tegens, occultus, fallax, ſubdolus. Ex ὑπὸ, & οὐλή. Hinc

Ὑπουλότης, ητος, ἡ, vitium latens & occultum.

Ὑπούλως, *Adverb.* ſimulate, ſubdole, latenter.

Ὑπουραῖος, idem quod ſimplex, ad caudam pertinens.

Ὑπουράνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſub cœlo eſt, cœleſtis.

Ὑπουργέω, operam navo, adjuvo, inſervio, obſequor, ſubminiſtro, Phil. ὑπουργῶ, miniſtro, ſubſervio, ſuppedito, ſuggero. Ἀδμήτῳ ὑπουργῆσαι χάριν, Eur. Alc. 838. Τί δὴ ποθ' ὑμῖν ἀλλ' ὑπουργῆσαι με χρή; id. Supp. 1177. Πάνθ' ὑπουργεῖν σοί τε ϗ τέκνοις θέλω, id. Med. 620. Ἔς τε τὸν φίλον τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, Soph. Aj. 690. Σοὶ θ' ὑπουργήσω τάδε, id. El. 463. Ab ὑπουργός. Hinc

Ὑπούργημα, ατος, τὸ, miniſterium, opera, quam alicui navamus, obſequium.

Ὑπούργησις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Ὑπουργία, ας, ἡ, adjumentum, officium, miniſterium, de adulatione, aſſentatione, Joſ.

Ὑπουργικὸς, ὴ, ὸν, adjumentum ſeu miniſterium adferens, ſubſerviens, Suic. Ab

Ὑπουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, adjutor, qui operam navat miniſter. Ex ὑπὸ, & ἔργον.

Ὑπουργικῶς, idem quod

Ὑπούργως, obſequioſe, obſecundanter, ὑπηρετικῶς.

Ὑπουρὶς, ίδος, ἡ, poſtilena, Gl. V. Ab οὐρά.

Ὑποφαίνεσθαι, *declaraſſe*, præſ. inf. med. verbi

Ὑποφαίνω, q. d. ſubluceo, illuceſco; (2) oſtendo, declaro; ὑποφαίνομαι, ſubappareo. Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο, Theocr. 6, 38. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ὑπεφαίνετο, Xen. Cyr. 4, 21. Hinc

Ὑπόφανσις, ἡ, q. d. ſublucentia, P.

Ὑποφακώδης, εος, lentis colorem habens. A φακός.

Ὑποφαρμάσσω, & άττω, f. ξω, fuco, aut adultero; vel etiam medicor.

Ὑπόφασις, εως, ἡ, q. d. ſub-apparentia, rei quæ ſub alia conſpici poteſt conditio, cum aliquid leviter apparet, *Ern.* Ὡς ϗ τὰ λευκὰ ὁρῆσθαι ἐξ ὑποφάσιος, *Aret.*

Ὑπόφαυσις, εως, ἡ, idem. Ab

Ὑποφαύσκω, ſubluceo.

Ὑποφάτις, ἡ, interpres, antiſtita, *Dor.* pro ὑποφῆτις.

Ὑπόφαυλος, ον, vilis, vulgaris.

Ὑποφείδομαι, f. είσομαι, paullum parco.

Ὑποφέρω, fut. ὑποίσω, ſuffero, ſuſtineo, fero, tolero; (2) aufero, rapio, abripio; (3) ſubmitto, ſubjicio, fallo veſtigium, lubricus ſum; (5) ſubduco, eximo; (6) exprobro; (7) *Paſſ.* recido, incido; (2) labor, ruo in deterius; (3) labare, non firmiter ſtare; (4) auferor; (5) eximor, abſum; ὑποφέρομαι, labaſco, labo, Gl. V. ὑπήνεγκεν, tulit, pertulit, Ph. aor. 2. ὑπενεγκών, perpeſſus, Gl. V. part. Τὸν ὁμιλητικὸν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν, Iſocr. Ὅπλα ὑποφέρειν, Xen. Cyr. 4, 23, τὰς μεταβολὰς, ibid. 6, 18. ἐλπίδ', Soph. El. 837. Ἡ κοιλία αὐτοῦ ὑποίσει δόλον, *Job.* 15, 35.

Ὑποφεύγω, clam effugio, ſubterfugio, it. perfugio. Κινώας τάσδ' ὑποφεύγων, Eurip. El. 1360.

Ὑποφητεύω, fungor munere interpretis rerum divinarum; (2) interpretor. Ὑποφητεύειν τινὶ, Luc. Bis. Acc. Ab

Ὑποφήτης, ου, ὁ, vaticiniorum & oraculorum internuncius, ſacerdos, antiſtes oraculi; (2) interpres, explanator divinorum judiciorum, Gl V. interpres, præſagus. Ὑποφῆται χαμαιεῦναι, Hom. Il. 16, 234. Ex ὑπὸ, & φημί. Hinc

Ὑποφητικὸς, ἡ, ὸν, pertinens ad ὑποφήτην, ſeu ad ejus munus & functionem.

Ὑποφητικῶς, *Adv.* more ejus, qui fungitur munere interpretandi divina. Ab eod.

Ὑποφήτωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ὑποφήτης. Μαρτυρίην βοόωσιν ἐμῷ ὑποφήτορι μύθῳ, Nonn. P. 5, 39.

Ὑποφθάλμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui oculis ſubjacet. Ab ὀφθαλμός.

Ὑποφθάμενον, acc. ſ. a. 2. part. med. verbi ὑποφθάνω.

Ὑποφθάνω, fut. φθάσω, prævenio, præverto, anteverto; ὑποφθάμενος, præveniens: Πρὶν γὰρ Λυκόοργος ὑποφθὰς δουρὶ μέσον περόνησεν, Iliad. 7, 144. Τὸν δ' Ἑλένη τανύπεπλος ὑποφθαμένη φάτο μῦθον, Odyſſ. 15, 171.

Ὑποφθείρω, corrumpo, Gl. V.

Ὑποφθονέω, ſubinvideo. Κυαξάρης ἅμα μὲν, ὅτι ἐκεῖνοι ἤρχοντο τοῦ λόγου, ὥσπερ ὑπεφθόνει, Xen. Cyr. 4, 3. Hinc

Ὑποφθόνως, ſubinvide.

Ὑποφθορεὺς, έως, ὁ, corruptor, Gl. V.

Ὑποφλεγέθω, leviter aduro, ſuburo.

Ὑποφλέγω, idem.

Ὑποφλεγμαίνω, ſubæſtuo, ſubinflammatus ſum.

Ὑποφλοισβος, ον ſtrepens, murmurans, fremens, de mari.

Ὑποφοινικίζω, fut. ίσω, ſuppurpuraſco.

Ὑποφοινίσσω, idem.

Ὑποφόνια, τὰ, cædis præmia. A φόνος.

Ὑποφορὰ, ᾶς, ἡ, objectio, adverſarii propoſitio & oratio; (2) vectigal, tributum; (3) ulcus cavernoſum, profundum, ſubductum & in fiſtulam dehiſcens; (4) os ulceris, quod importune contrahitur; (5) alvi ſubductio. Ab

Ὑπόφορος, ου, ὁ καὶ ἡ, tributo obnoxius, vectigalis, tributarius. Ab ὑποφέρω.

Ὑποφραδμοσύνη, ἡ, conſilium, ſuggeſtio, prudentia.

Ὑπόφρικτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubhorrens, qui horrore aliquantum tenetur. Ab

Ὑποφρίσσω, & ίττω, fut. ξω, ſubhorreſio, aliquantum horreo.

Ὑποφρονέω, ῶ, deſpicio, ſperno, contemno.

Ὑποφρύγιος, ον, genus harmoniæ.

Ὑποφυγὴ, ἡ, perfugium, effugium.

Ὑποφύομαι, fut. ύσομαι, ſuppullulo, ſubnaſcor, ſuccreſco, Gl. Vet. ſuborior. Χιτὼν ὑποφύεται, Theophr. Hinc

Ὑπόφυσις, εως, ἡ, ſubnaſcentia, ſoboles.

Ὑποφυτεύω, ſubſero, Gl. Vet.

Ὑποφωνέω, ſucclamo, acclamo; (2) currentem clamore excito. Αἱ δ' ὑπεφώνεον Ὄρνιθες, Moſch. 3, 49. Hinc

Ὑποφώνησις, εως, ἡ, adhortatio certantium.

Ὑποφώσκω, illuceſco, illuceſcere incipio.

Ὑποχάζομαι, f. άσομαι, ſenſim recedo, pedem ſubduco.

Ὑποχαίνω, aliquantum hio, ſubhio.

Ὑποχαίρω, latenter & in ſinu gaudeo; (2) gaudeo.

Ὑποχαλάω, ῶ, fut. άσω, paullulum laxo, vel remitto, vel clanculum laxo.

Ὑποχαλεπαίνω, ſubiraſcor.

Ὑποχαλινίδιος, α, ον, freno aptus, adnexus.

Ὑπόχαλκος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubæratus, ſub quo æs latet, cui æris aliquid ſuffuſum eſt.

Ὑποχαλκόω, ῶ, ſubæro, Gl. Vet.

Ὑποχαράττω, f. ξω, ſubſigno.

Ὑποχαροπὸς, οῦ, ὁ, ſubcæſius.

Ὑποχάσκω, aliquantum hio, vel ſimpl. hio, præ cogitandi contentione hio ore; *unde*, cogitabundus ſum, &c. Σὺ δ' Ἀρίστυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς, Ariſt. Plut. 314.

Ὑπόχαυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubtumidus.

Ὑποχαυνόω, ῶ, fut. άσω, paullulum inflo, aliquantum ſuperbum aut tumidum reddo.

Ὑποχείριος, ου, ὁ καὶ ἡ, & ὑποχείριος, ία, ιον, qui ſub manu vel ſub manibus eſt; (2) qui eſt in poteſtate alicujus, in poteſtatem redactus; (3) obnoxius, Gl. Vet. ſubjectus. Γίνεται τὸ πλοῖον ὑποχείριον, Plut. in Solon. cap. 8. Ex ὑπὸ, & χείρ.

Ὑπόχευμα, ατος, τὸ, liquor, humor, R. Ab

Ὑποχέω, ῶ, & ὑποχεύω, ſuffundo, item profundo leniter. Τῷ δὲ Συβώτης Χεῦεν ὑπὸ χλωρὰς ῥῶπας, Odyſſ. 16, 47.

Ὑποχθόνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubterraneus.

Ὑποχίτων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, ſub tunica latens, Gl. V.

Ὑποχλιαίνω, ſubcalefacio.

Ὑπόχλοος, ὁ καὶ ἡ, ſubpallidus. Ὑπόχλοον ἔσχε παρειὰν, Call. in Del. 80.

Ὑποχλωρομέλας, ὁ, e palore nigricans, colore inter pallidum & nigrum medio.

Ὑπόχλωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubviridis, pallens, Gl. V. luteus.

Ὑπόχολος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubiratus, ex atra bile laborans. Ex ὑπὸ, & χολή.

Ὑποχονδριακὸς, ἡ, ὸν, ad hypochondrii inflammationem pertinens. Ab

Ὑποχόνδριος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſub cartilagine eſt. Hinc τὸ ὑποχόνδριον, ου, tota illa corporis humani pars, quæ a mucronata cartilagine utrimque ad ilia uſque protenditur, Phil. ὑποχόνδρια, præcordia. Ex ὑπὸ, & χόνδρος.

Ὑποχορηγέω, ῶ, ſubminiſtro, ſuggero, Phil.

Ὑποχορηγία, ας, ἡ, ſuppeditatio.

Ὑπόχρεως, ω, ὁ καὶ ἡ, obæratus, qui ære alieno premitur, Ph. obligatus, ærarius. Ex ὑπὸ, & χρέος.

Ὑποχρίω, ſublino, Gl. V. Ὑποχρίουσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτοὺς, Xen. Cyr. 8, 58. Ὑποχρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσίετο, ib. 13.

Ὑπόχρυσος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubauratus, Gl. V.

Ὑπόχυμα, ατος, τὸ, ſuffuſio, id, quod ſuffuſum eſt. Ab ὑποχύω.

Ὑπόχυσις, εως, ἡ, ſuffuſio; (2) in oculis vitium. Ab eod.

Ὑποχυτὴρ, ῆρος, ὁ, guttus olearius, quo oleum lychno ſuffundunt. Ab eod.

Ὑπόχυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui aliquid ſuffuſum eſt & ex eo ſubturbidus. Ab eod.

Ὑποχύω, ſuffundo, *prop. & trop. ut Latini.*

Ὑποχωλεύω, nonnihil claudico, Phil. ὑποχωλεύει, vacillat.

Ὑποχωρέω, ῶ, fut. ήσω, ſenſim recedo, clam me ſubduco, pedem refero; (2) decedo, cedo, diſcedo, ceſſo, ſecedo; (3) excernor de alvo. Κἀκεῖνος ὑπεχώρησεν αὐτῷ τοῦ θρόνου, Ariſt. Ran. 888. Ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον, Luc. 9, 10. Hinc

Ὑποχώρημα, ατος, τὸ, excrementum.

Ὑποχώρησις, εως, ἡ, diſceſſio, receſſus; (2) excrementum. Ab eod.

Ὑποψάθυρος, ὁ καὶ ἡ, paullum friabilis.

Ὑποψαλλάσσω, f. ξα, ſubtus contrecto; (2) leviter contrecto. Ἅπερ ἱερεῖον τοί μ' ὑποψαλλάσσετε, Ariſt. Lyſ. 84.

Ὑπόψαμμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubtus arenam habens, ſubarenaceus, arenoſus.

Ὑπόψαρος, ὁ καὶ ἡ, verſicolor.

Ὑποψαύω, f. αύσω, leviter tango.

Ὑποψεκάζω, f. άσω, leviter irroro.

Ὑποψηφιστὴς, οῦ, ὁ, ſupputator, Gl. V. calculator.

Ὑποψία, ας, ἡ, ſuſpicio, opinio. Ab ὑπόπτομαι.

Ὑποψιαστικῶς, ſuſpicioſe.

Ὑποψιθυρίζω, f. ίσω, clanculum murmuro.

Ὑπόψιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſuſpectus. Ab ὑπόπτομαι.

Ὑποψοφέω, leviter ſtrepo.

Ὑπόψυχρος, ὁ καὶ ἡ, ſubfrigidus; frigidulus, Gl. Vet.

Ὑποψύχω, f. ξω, leviter refrigero.

Ὑποψωνέω, ῶ, f. ήσω, in opſoniis coëmendis decipio. Οὐδ' ἄλλος ἀνθρώπων ὑποψωνῶν σε πημανεῖται, Ariſt. Ach. 848.

Ὑπτιάζω, fut. άσω, ſupinus ſum, ſupinor, ſupinus relabor, Gl. Vet. ſupino, reſupino. Ὑπὸ δὲ ἀσθενίας καὶ ἀθυμίας αὖθις ὑπτιάζεν, Herodian. lib. 1. Ὑπτίαζέ τε πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν, id. lib. 2. Ὡς δὲ ἀπηγγέλθη τῷ Ἀλβίνῳ μὴ μέλλων ὁ Σιβῆρος, ἀλλ' ἤδη παρεσόμενος ὑπτιάζοντι, id. lib. 3. Κάρα γὰρ ὑπτιάζεται τόδε, Soph. Phil. 882. Ab ὕπτιος. Hinc

Ὑπτιάσμα, τὸ, ſupinatio, reſupinatio.

Ὑπτιασμὸς, οῦ, ὁ, reſupinatio. Ab eod.

ὙΠΤΙΟΣ, ία, ιον, ſupinus, reſupinus, in dorſum verſus.

Ὑπτιότης, ητος, ἡ, reſupinatio.

Ὑπτιόω, ῶ, reſupino. Ab ὕπτιος.

Ὑπτιωτέρως, remiſſius. Ab ὕπτιος.

Ὑπωλένιος, ία, ιον, vel ὑπωλένιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſub ala eſt, ſub axilla geſtatur. Ex ὑπὸ, & ὠλένη.

Ὑπωμαῖος, Arat. 1115. *Epith.* pedis anterioris in beſtiis.

Ὑπωμία, pars infra humeros. Ab ὦμος.

Ὑπωμοσία, ας, ἡ, dilatio propter morbum aut aliam cauſam jurejurando poſtulata. Ab ὑπόμνυμι.

Ὑπωπιάζω, f. άσω, ſuggillo eam faciei partem quæ ſub oculis eſt; (2) ſuggillo aliquam corporis partem, & plagis contundo; ὑπωπιασθεὶς, ſuggillatus, ſubgillatus, Ph. a. 1. part. paſſ. Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, 1 Cor. 9, 27. Καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμένας ἅπαξ ἁπάσας, Ariſt. Pace. 539. Ab ὑπώπιον. Hinc

Ὑπωπιασμὸς, οῦ, ὁ, ſuggillatio, contuſio alicujus partis, quæ fit ictibus.

Ὑπώπιον, ου, τὸ, pars quæ ſubjacet oculis; (2) ſuggillatio ſub oculo, ſpecies ecchymomatis, quæ oritur ex plaga, ſanguine ſub oculo effuſo. Ex ὑπὸ, & ὤψ.

Ὑπώρεια, ας, ἡ, ima montis pars, pes ſeu radix montis. Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπιδάκου Ἴδης, Hom. Il. 20, 218. Ex ὑπὸ, & ὄρος.

Ὑπωρόφιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſub tecto ſeu camera eſt; (2) contubernalis, domeſticus Pind. Pyth. 1. Καὶ νῆσσαι οἰκουροὶ ὑπωρόφιοί τε κολοιοὶ, Aratus, 970. Ex ὑπὸ, & ὄροφος.

Ὑπώροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſdem.

Ὑπωρυχία, ας, ἡ, ſuffoſſio, v. c. muri. Ab ὑπορύττω.

Ὕπωχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubpallidus.

Ὕραξ, ακος, ὁ, ſorex, *mus*, Nic. Al. 37. Ab ὗς, *ſus*, quia roſtrum habet ſuillum.

Ὑριατόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui apum favos eximit, Heſ. Ex ὕριον, & τέμνω.

Ὕριον, ου, τὸ, favus, opus examinis. Ab ὕρον.

ὝΡΟΝ, ου, τὸ, examen.

Ὑῤῥὶς, ιδος, ἡ, ſporta, Suid. Ab εἴρω.

Ὑῤῥισκὸς, οῦ, ὁ, vas vimineum, Heſ. Suid. Ab ὑῤῥίς.

Ὑρτὴρ, ῆρος, ὁ, lotor, Heſ.

ὝΡΧΗ, ης, ἡ, inſtrumentum, in quo nautæ onera bajulant; (2) vas fictile imprimis, cui imponuntur ſalſamenta. Sed ὑρχὴ, ῆς, ἡ, eſt porca ſeu porcus femina, a ſono grunnitus ita dicta.

ὝΣ, ὑὸς, ὁ καὶ ἡ, ſus, porcus.

Ὑσγινοβαφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, tinctus colore hyſgini herbæ. Ex ὕσγινον, & βάπτω.

ὝΣΓΙΝΟΝ, ου, τὸ, hyſginum, plantæ genus quo color tingitur purpureo ſimilis.

Ὑσθῆναι, a. 1. inf. paſſ. verbi ὕω, pluo.

Ὕσματα, τὰ pluvia. Ab ὕω.

ὙΣΜΙΝΗ, ης, ἡ, pugna, prælium.

Ὑσμίνηδε *Adv.* ad pugnam, vel in prælium.

Ὑσπίληθος,

Ὑσπέλεθος, ου, ὁ, ſuccerda, ſtercus ſuillum.

Ὑσπλήγξ, γγος, ſive ὕσπληξ, ηγος, ἡ, ſcutica, qua ſues & alia animalia pulſantur; (2) ſonus ſcuticæ vibratæ, & nominatim is, quo curſoribus in ſtadio ſignum curſus datur; (3) carceres ſive locus, unde dimittuntur, qui curſu ad metam contendunt, equi & curſores; (4) laquei genus, qua capiuntur aves, Gl. V. tranſenna. Ex ὗς, & πλὴξ. *ſtimulus.*

Ὑσπολέω, circa ſues verſor, eos paſcendo vel alio modo curam eorum habendo. Ab

Ὑσπόλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubulcus, R. Ex ὗς, & πολέω.

ὙΣΣΟ'Σ, οῦ, ὁ, verutum, miſſile, pilum, telum, Plut. in Camill. cap. 40.

ὙΣΣΩΠΟΣ, ου, ἡ, & ὕσσωπον, ου, τὸ, hyſſopus, *herba.* *Angl.* Hyſſop.

Ὑσσωτὸς, ἡ, ὸν, verutus, veru ſeu mucronem præfixum habens. Ab ὑσσός.

Ὑστάτιον, poſtremum, tandem. Ab

Ὑστάτιος, ία, ιον, poſtremus, ultimus. Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω, Hom. Od. 14. Ab ὕστατος.

Ὕστατον, & ὕστατα, *Adv.* poſtremum, ultimo. Ab eod.

Ὕστατος, άτη, ατον, ultimus, poſtremus, ſupremus, noviſſimus, imus, Phil.

Ὑστέρα, ας, ἡ, vulva, uterus, matrix, Gl. V.

Ὑστεραῖος, αία, αῖον, poſtridianus; τῇ ὑστεραίᾳ, poſtridie, Gl. V.

Ὑστερέω, poſterior vel inferior ſum, Gl. Vet. οἱ ὑστεροῦντες, infimates. Ab ὕστερος.

Ὑστερέω, ῶ, f. ήσω, poſterior ſum ſeu venio; deſum, Gl. V. poſtero, Ph. ὑστέρησε, defuit. Ἢν δ' ὑστερήσῃ, οἰχόμεσθα, κατθανῇ, Eur. Ph. 983. Παιδὸς ὑστερήσομαι, id. Iph. in Au. 1231. Ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, Rom. 3, 23. Ab ὕστερος. Hinc

Ὑστέρημα, ατος, τὸ, partes poſteriores, inprimis curſu certantis; (2) defectus, inopia, penuria.

Ὑστερήσαντος, gen. ſ. a. 1. part. act. verbi ὑστερέω. Unde

Ὑστέρησις, εως, ἡ, penuria, inopia, egeſtas.

Ὑστερητικὸς, ἡ, ὸν, qui ſolet tardius venire.

Ὑστερίζω, fut. ίσω, ſum poſterior, tardo, cunctor, tardius venio; (2) deſtituor; deficior; (3) inferior ſum, ſuperor, vincor. Ὑστερίζω τῆς ἀκμῆς τῆς ἐμαυτοῦ, Iſocr. Ὑστερίζομεν γὰρ ἁπάντων, Dem. Phil. 1. Ab ὕστερος.

Ὑστερικὸς, ἡ, ὸν, ad vulvam pertinens; τὰ ὑστερικὰ, ſuffocationes uteri ſ. vulvæ. Ab ὑστέρα.

Ὑστεροβουλέω, poſt factum ſapio, ſera conſilia capio. A βουλή.

Ὑστεροβουλία, ας, ἡ, ſerum conſilium, ſera pœnitentia. Ab eod.

Ὑστερόβουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, poſt factum conſultans. Ex ὕστερον, & βουλή.

Ὑστερογενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, poſterior natu ſeu ortu. Ex ὕστερος, & γείνομαι.

Ὑστερογονία, ας, ἡ, poſteritas, Ph. Ex ὕστερος, & γονὴ, *ſoboles.*

Ὑστερόληπτος, ον, revocabilis, qui recuperari poteſt. A λαμβάνω.

Ὑστερολογία, ας, ἡ, dictio præpoſtera, cum ordo dicendorum invertitur. Ab

Ὑστερολόγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui poſterior verba facit, ſeu qui ſecundo loco loquitur; (2) qui priori loco dicit dicenda loco poſteriori, & vice verſa. Ex ὕστερος, & λέγω.

Ὑστερόμητις, qui poſt factum ſapit.

Ὕστερον, *Adv.* poſt, poſtea, poſteriori loco; (2) ſerius, tardius, deinceps, poſthac.

Ὑστερόποινος, ſero puniens, P. ultor, *Ern.* ποινή, Æſch. Agam. 58.

Ὑστερόποτμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui falſo pro mortuo habitus eſt, & vivus redit.

Ὑστερόπρωτον, præpoſterum, Ph.

ὝΣΤΕΡΟΣ, έρα, ερον, poſterior, ſerior; (2) ſequens, ſecundus, poſterus, inferior, poſthabendus; (3) proximus, futurus, proxime futurus, vel venturus.

Ὑστεροφημία, ας, ἡ, fama apud poſteros, nomen celebre poſt obitum. A φήμη.

Ὑστερόφθορος, ου, ὁ ϗ ἡ, poſt perditurus. Ὑστεροφθόροι λαβητῆρες, Soph. Antig. 1086. Ab ὕστερος, & φθείρω.

Ὑστερόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui poſterior vocem edit, *Epith.* echûs. Ex ὕστερος, & φωνή.

Ὑστέρως, idem quod ὕστερον.

Ὑστεροχρονέω, ſerius, poſt exiſto. A χρόνος.

Ὑστήρια, ων, τὰ, ſuum immolatio, feſtum, in quo ſues immolabantur. Ab ὗς, *ſus.*

Ὕστριξ, ιχος, ἡ, hyſtrix, animal ex erinaceorum genere pilos ſuis habens. Ex ὗς, & θρὶξ. *pilus.*

Ὑστριχὶς, ίδος, ὁ, hyſtrix; (2) flagellum ex ſetis ſuillis, quo cædebantur ſervi. Ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων, στρεβλῶν, Ariſt. Ran. 632. Ab ὕστριξ.

Ὑφάγεο, 2. ſing. præſ. imper. med. *Dor.* pro ὑφηγοῦ, ab ὑφηγέομαι.

Ὑφάζω, idem quod ὑφαίνω, R.

Ὕφαιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſanguine ſuffuſus, cui ſubeſt ſanguis; (2) ſanguineus, etiam ex ira & furore. Ex ὑπὸ, & αἷμα.

Ὑφαίνω, texo, detexo; (2) ſtruo, ædifico; (3) ſolerter excogito, *inpr.* dolos; ὑφασμένος, textus, Gl. V. p. part. paſſ. Τοῦτο τοῖσι βαρβάροις ὑφαίνεται πολλαῖς δαπάναις, Ariſt. Veſp. 1140. Ταῦτ' ὕφηναν ἡμῖν ἄνδρες ἐπὶ τυραννίδι, ſtruxere, idem. Lyſ. 633. Ab ὑφάω.

Ὑφαίρεσις, εως, ἡ, ſubtractio, ſubductio, diminutio. Ab ὑφαιρέω.

Ὑφαιρέτρια, ας, ἡ, obſtetrix. Ab eod.

Ὑφαιρέω, ῶ, fut. ήσω, ſubtraho, Gloſſ. Vet. ὑφαιροῦμαι, demo, detraho, aufero, intercipio, ſublego; ὑφαιρεθέντων, deductis, Ph. Τὸ ξίφος ὑφαιρεῖ λάθρα τῆς θήκης, educit, Heliod. Ὁρᾷς, ἐγώ σ' ὡς δέξιως ὑφειλόμην; Ariſt. Veſp. 1334. Σιγῇ τοῦθ' ὑφαιρούμεσθά νιν, Eur. Elec. 272.

Ὑφαιρούμενος, præſ. part. med. ab ὑφαιρέω.

Ὑφαλικὸς, ſubſalſus, item mari vicinus.

Ὑφάλλομαι, ſubſilio, Gl. V.

Ὑφαλμυρίζω, ſaporem ſalis refero, Plut. Ab

Ὑφάλμυρος, ὁ ϗ ἡ, ſubſalſus, ſalſuginoſus.

Ὕφαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt ſub mari, ſub mari latens; ὕφαλος πέτρα, latens ſaxum, Gl. V. Ex ὑπὸ, & ἅλς.

Ὕφαμμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubtus arenam habens, arenoſus.

Ὑφάντης, ου, ὁ, textor. Ab ὑφαίνω. Hinc

Ὑφαντικὸς, ἡ, ὸν, textorius. Hinc ἡ ὑφαντικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars textoria.

Ὑφαντοδίνητος, ου, ὁ ϗ ἡ, a textore contextus. Ὃς ὑφαντοδίνητον ἐσθὸς οὐ πέπαται, Ariſt. Av. 949. Ab ὑφαντὸς, & δινέω.

Ὑφαντὸς, ἡ, ὸν, textus, textilis. Ab ὑφαίνω.

Ὑφάντρια, ας, ἡ, textrix, Ph. Ab ὑφάντης.

Ὑφαπλόω, ſubſterno ſtragulas veſtes, qu. explico ſub aliquo.

Ὑφάπτω, fut. ψω, ſuccendo, accendo. Πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρί; Eur. Med. 378. Νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψω, Ariſt. Lyſ. 375. Πόλις ὑφάπτεται πυρὶ, Eur. Tro. 1274.

Ὑφαρπάζω, fut. άσω, vel άξω, ſurripio, clam rapio. Ἐπεὶ ϗ τὴν ἕδραν σου ὑφάρπασε, Xen. Cyr. 8, 31.

Ὑφάρπασις, εως, ἡ, uſurpatio, Ph. A præc.

Ὕφασμα, ατος, τὸ, opus a textrice, ſeu textore confectum, textile, tela; textura, Gl. V. Ab ὑφαίνω.

ὙΦΑ'Ω, ῶ, texo. Hinc *Ion.* ὑφόω, pro ὑφῶ; ὑφόωσι pro ὑφῶσιν, ὑφαίνουσι. Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι, Odyſſ. 7, 105.

ὙΦΕ'ΑΡ, αρος, τὸ, viſci genus, quod in abiete & larice naſcitur.

Ὑφεδρεύω, f. εύσω, inferior ſedeo. Ab ἕδρα.

Ὑφεδρία, ας, ἡ, inferior ſedes. Ex iiſd.

Ὕφειμαι, perf. ind. paſſ. v. ὑφίημι.

Ὑφειμένως, ſummiſſe, Ph. Ab ὑφίημι.

Ὑφεὶς, aor. 2. part. act. v. ὑφίημι.

Ὑφελκτέον, ſubtrahendum eſt. Ὑφελκτέον δὲ τῶν ξύλων, Ariſt. Eq. 916. Ab ὑφέλκω.

Ὑφελκυσμὸς, οῦ, ὁ, ſubtractio, Gl. V. Ab

Ὑφελκύω, ſubtraho; ὑφελκύσῃ, ſubtraxerit. Ab

Ὑφέλκω, idem. Ὕφελκε θᾶττον αὐτὸν, Ariſt. Veſp. 187. Καὶ τὰς ἐκείνης περσικὰς ὑφέλκομαι, Ariſt. Conc. 319.

Ὑφέλοιατο, 3. pl. a. 2. opt. med. v. ὑφαιρέω.

Ὑφελοῖσαι, nom. pl. part. act. f. g. *Dor.* pro ὑφελοῦσαι.

Ὑφελόμενοι, nom. pl. a. 2. part. med.

Ὑφὲν, una, Gl. V. uniendo.

Ὑφέντες, nom. pl. aor. 2. part. v. ὑφίημι.

Ὑφέξει, 3. ſing. f. 1. ind. act. v. ὑπέχω.

Ὑφέρπω, ſubrepo, Gl. V.

Ὕφεσθε, 2. pl. a. 2. imper. med. v. ὑφίημι.

Ὕφεσις, εως, ἡ, remiſſio; (2) diminutio, imminutio; (3) ſubmiſſio. Ab ὑφίημι.

Ὑφέσπερα, *Adv.* veſperi.

Ὑφετυμολογέω, originem verbi declaro.

Ὑφὴ, ῆς, ἡ, textura, textus, tenor, Gl. V.

Ὑφηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, præeo; (2) incipio, exordior; (3) hortor, ſuadeo; (4) dicto, doceo; (5) præſum; (5) clam duco, vel duco. Πρώτιστα μὲν νῦν τῆσδ' ὑφήγησαι, γέρον, Eur. El. 671. Καὶ δαίμων ἐκείνην ὑφηγεῖτο τὴν ὁδὸν, Plut. Τοῦθ' ὑφηγεῖται ϗ ὁ κοινὸς νόμος, Ariſtot. Hinc

Ὑφήγησις, εως, ἡ, q. d. præitio & ductus quidam; (2) doctrina quam quis alii velut præſens tradidit; (3) enarratio; (4) ſuaſio.

Ὑφηγητὴρ, ῆρος, ὁ, dux, prætor. Ab eod.

Ὑφηγητὴς, οῦ, ὁ, qui præit alii in re quapiam, ſuaſor. Ab eod.

Ὑφῆκας, 2. ſ. a. 1. ind. act. v. ὑφίημι.

Ὑφημιόλιος, ὁ ϗ ἡ, ſubdimidius, ſubſeſquialter.

Ὕφηνα, a. 1. ind. act. *Att.* pro ὕφανα, ab ὑφαίνω.

Ὑφηνιοχέω, ῶ, fut. ήσω, aurigæ adminiſter ſum; (2) aurigor, dicitur & *tropice.* Ab

Ὑφηνίοχος, ου, ὁ ϗ ἡ, adminiſter aurigæ; (2) auriga.

Ὑφῃρεῖτο, 3. ſing. imperf. ind. paſſ. *contr.* pro ὑφῃρέετο, ab ὑφαιρέω.

Ὑφήσσων, ονος, ὁ ϗ ἡ, q. d. ſubminor, paulo minor & junior.

Ὑφήφασται, alii ὑφύφασται, quod vide

Ὑφιζάνω, f. ζήσω, ſubſideo, ſedeo ſub. Hinc

Ὑφίζησις, εως, ἡ, ſedimentum, ſubſidentia, depreſſio, q. d. ſubſeſſio.

Ὑφίημι, fut. ήσω, ſubmitto, demitto; ὑφίημι, & ὑφίεμαι, remitto, concedo, cedo; ὑφειμένος, ſubmiſſus, p. paſſ. part. Σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι, Eur. Med. 24. Τὸν ἐμὸν ὠλέναν πόθον μαστοῖς ὑφεῖτο, id. Ph. 31. Νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένῃ δοκεῖ, demiſſiori velo, Soph. El. Ὑφειμένην ὄρνις, Eur. Her. fur. 72. Ex ὑπὸ, & ἵημι, *mitto.*

Ὑφίντι, 3. ſ. pr. ind. act. *Dor.* pro ὑφίησι.

Ὑφίστημι, ſuppono, ſubjicio, ſubſtituo; (2) propono; in aor. 2. præt. neutraliter dicitur ſubeo, ſuccedo, ſuſtineo, ſuſcipio; (2) recipio, polliceor; ὑφίσταμαι, *paſſ.* ſupponor, ſufficior; (2) excipio impetum; (3) tolero, perfero; *in med.* eſt etiam ſubſideo, demergor; (2) occulte ſto; (3) digredior; (4) puto, arbitror; ὑποσταίη, extiterit, Ph. a. 2. opt. Μόνη δύναιτ' ἂν τόνδ' ὑποστῆναι πόνον, Eur. Supp. 189. Γνώμας ὑποστήσας σοφὰς, Soph. Aj. 1110. Τόνδ' ὑφίσταμαι φόνον, Eur. Rheſ. 157. Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται, id. Her. fur. 1354.

Ὑφόλμιον, ου, τὸ, quod mortario ſupponitur, quod mortarium ſuſtinet. Ab ὅλμος.

Ὑφόρασις, εως, ἡ, pudor, metus.

Ὑφορατικὸς, ἡ, ὸν, ſuſpicioſus. Ab

Ὑφοράω, ῶ, & ὑφοράομαι, ῶμαι, ſuſpecto, ſuſpectum habeo, ſuſpicor; (2) ſuſpicio, vereor. Ὑμεῖς ὑφορώμενοι τὰ πεπραγμένα, Dem. Μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι, vereri, Luc. Ὑφορῶνται γὰρ τὰ ἐν αὐτῷ θηρία, Ælian. V. H. 1, 4. Ἐκεῖ οὐδεμίαν βλάβην ὑφορατέον, M. Anton. 7, 30.

Ὑφορβὸς, οῦ, ὁ, ſubulcus. Ex ὗς, & φέρβω.

Ὑφορμέω, ῶ, in ſtatione immineo, inſidior, ſ. in ſtatione navium ſum.

Ὑφορμίζω, & ομαι, in ſtationem ſubduco. Ὑφορμισάμενοι νυκτὸς ἐκ ἔλαθον, Thuc.

Ὕφορμος, ου, ὁ, locus ſtationi aptus, Appian. B. Mithridat. Ex ὑπὸ, & ὅρμος.

Ὕφος, εος, τὸ, textile, id quod textum eſt, tela, tapes, veſtis, aut ſimile quidpiam, Ph. textura, contextus. Ab ὑφάω.

Ὑφόωσι, 3. pl. præſ. ind. act *Poët.* pro ὑφῶσι, ex ὑφάουσι, ab ὑφάω.

Ὕφυγρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubhumidus.

Ὕφυδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſub aquis eſt, ſub aquas demerſus; (2) aqua intercute laborans. Ex ὑπὸ, & ὕδωρ.

Ὑφυπνόω, paulatim obdormiſcere facio. *In med. & paſſ.* obdormiſco.

Ὑφύφασται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. *Att.* pro ὕφασται, ab ὑφαίνω.

Ὑψάντυξ, υγος, ὁ ϗ ἡ, alte cameratus, altos fornices habens. Ex ὕψος, & ἄντυξ.

Ὑψαυχενέω, ῶ, f. ήσω, cervicem effero, cervice erecta incedo, Plut. Ab ὑψαύχην.

Ὑψαυχέω, ῶ, f. ήσω, idem. Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, Phocyl. 57. Ex ὕψος, & αὐχέω.

Ὑψαύχην, ενος, ὁ ϗ ἡ, q. d. alticervix, elatam cervicem habens. Ἰησοῦς δ' ἀγόρευε χέων ὑψαύχενα φωνὴν, Nonn. P. 5, 17. Ex ὕψος, & αὐχήν.

Ὑψαυχενίζω, verticem extollo. A præc.

Ὑψερεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, alte tectus, altum tectum habens; (2) altus, celſus. Πατρίδ' ἐμήν, ἄλοχόν τε, ϗ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα, Hom. Iliad. 5, 213. Ex ὕψος, & ἐρέφω.

Ὑψηγόρας, ου, ὁ, *Ion.* ὑψηγόρης, q. d. altiloquus, qui magnifice & tanquam ex alto loquitur. Ex ὕψος, & ἀγορά. Hinc

Ὑψηγορία, ας, ἡ, altiloquentia; (2) ſuperbia.

Ὑψηλαυχενεία, ας, ἡ, elatio cervicis; ſuperbia.

Ὑψηλαύχην, ενος, ὁ ϗ ἡ, cervicem extollens; ſuperbus. Ex ὑψηλὸς, & αὐχήν.

Ὑψηλῇσιν, dat. plur. *Ion.* & cum ν pro ὑψηλαῖς, ab ὑψηλός.

Ὑψηλοβατέω, ῶ, ſublimem aëris regionem perambulo, Suic.

Ὑψηλοκάρδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui corde eſt elato, ſuperbus, arrogans. Ex καρδία.

Ὑψηλόκρημνος, ου, ὁ ϗ ἡ, alta habens præcipitia.

Ὑψηλολογέω, ῶ, alta loquor; utor verbis ſublimibus, orationis ſublimitatem conſector, Them.

Ὑψηλολογία, ας, ἡ, ſermonis ſublimitas. Ab

Ὑψηλολόγος, ου, ὁ, magniloquus, qui orationis ſublimitatem conſectatur.

Ὑψηλόνοος, *contr.* ὑψηλόνους, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt mente elata.

Ὑψηλόνωτος, ον, alta juga habens, i. e. altus.

Ὑψηλοπετὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, præpes, illuſtris, Ph. Ex ὑψηλὸς, & πέτομαι.

Ὑψηλὸς, ὴ, ὸν, altus, excelſus, ſublimis. Ab ὕψος. Hinc

Ὑψηλότης, ητος, ἡ, excelſitas, eminentia.

Ὑψηλοφρονέω, ῶ, fut. ήσω, alta ſum mente; (2) animo ſum elato, ſuperbio. Μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ, Rom. 11, 20.

Ὑψηλοφροσύνη, ης, ἡ, mens alta; (2) animus ſuperbus, nimium ſe efferens. Ab

Ὑψηλόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui eſt mente excelſa, qui eſt mente ſuperba, qui alta ſapit. Ex ὑψηλὸς, & φρήν.

Ὑψηλοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui celſus naſcitur, celſus natu. Ex ὑψηλὸς, & φύομαι.

Ὑψηλόφωνος, ον, alta voce clamans, ſ. loquens, ſ. lamentans.

Ὑψηλῶς, *Adv.* alte, ſublime. Ab ὑψηλός.

Ὑψήνωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, alta ſeu celſa virilitate præditus; (2) celſos viros faciens. Ex ὕψος & ἀνήρ.

Ὑψηρεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, alte tectus, altum tectum habens; (2) altus, celſus. Ex ὕψος, & ἐρέφω.

Ὑψητὸς, ὴ, ὸν, altus, celſus, ſublimis. Ab ὕψος.

Ὑψηχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, altiſonus, altum & clarum ſonum edens. Τόσσον ἐπιθρώσκουσι θεῶν ὑψηχέες ἵπποι, Hom. Iliad. 5, 772. Ex ὕψος, & ἦχος.

Ὕψι, *Adv.* alte. Ab ὕψος.

Ὑψίβατος, ὁ ϗ ἡ, alte incedens; (2) in alto ſitus. A βαίνω.

Ὑψιβιβὰς, άντος, ὁ, idem. Hom. in Apoll. 416. A βίβημι.

Ὑψιβόας, ου, ὁ, alte clamans. Ex βοάω.

Ὑψιβρεμέτης, ου, ὁ, q. d. altifremens, altiſtrepens; altiſonans, Gl. V. Hom. Il. 1, 354. Ex ὕψος, & βρέμω.

Ὑψιγέννητος, ον, in alto natus, de ramo altæ arboris. Æſch.

Ὑψίζυγος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in ſublimi ſedet ſedili. Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων, Hom. Il. 4, 166.

Ὑψιθέμεθλος, ου, ὁ ϗ ἡ, alta habens fundamenta, Nonn. P. 4, 2. Ex θέμεθλον.

Ὑψίθρονος, ὁ ϗ ἡ, celſus dignitate.

Ὑψικάρηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, altum caput habens; (2) altum cacumen habens. Εἰς ὄρος ὑψικάρηνον ἀνήϊε, Nonn. P. 6, 3. Ex ὕψι, & κάρηνον.

Ὑψικέλευθος, ου, ὁ ϗ ἡ, per alta loca incedens.

Ὑψίκερας, ατος, ὁ ϗ ἡ, celſa gerens cornua, altijugus. Ὑψικέρατα πέτραν, Ariſt. Nub. 597.

Ὑψίκερως, ω, ὁ ϗ ἡ, celſa gerens cornua. Ὑψίκερων ἔλαφον, Odyſſ. 10, 158. Ex iiſd.

Ὑψίκομος, ου, ὁ ϗ ἡ, alte comatus. Ex ὕψι, & κόμη.

Ὑψίκρημνος, ου, ϗ ἡ, alta habens præcipitia, altus, editus.

Ὑψιμέδων, οντος, ὁ, in alto regnans. Ex ὕψι, & μέδω, *regno.*

Ὑψιμέλαθρος, ου, ὁ ϗ ἡ, altas habens ædes; (2) excelſa habens atria.

Ὑψιμέλας. αινα, αν, alte niger; (2) altus & niger.

Ὑψινεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui eſt in altis nubibus; *Epith.* Jovis.

Ὑψιπετήεις, ήεσσα, ῆεν, altivolus, altivolans. Ex ὕψι, & πέτομαι.

Ὑψιπέτηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, folia in cacumine gerens; (2) altus, procerus, celſus. Ex ὕψι, & πέτηλον.

Ὑψιπέτης, ου, ὁ, alte volans, altivolus. Ex πέτομαι.

Ὑψιπετὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, altivolans, ſublimis; (2) ex alto lapſus. Ex πέτομαι, vel πίπτω.

Ὑψίπους, ουν, excelſus.

Ὑψίπρυμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, altam habens puppim. Ex πρύμνα.

Ὑψίπυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, altas portas habens; (2) altus, excelſus. Ex πύλη.

Ὑψίπυργος, ου, ὁ ϗ ἡ, altis turribus inſignis.

Ὑψιρεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, pro ὑψηρεφής.

Ὑψίστολος, ου, ὁ ϗ ἡ, alte ſtolatus, alte ſuccinctus, Ex ὕψι, & στολή.

Ὕψιστος, ίστη, ιστον, altiſſimus, excelſiſſimus, Superlat. ab ὕψος.

Ὑψιτενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in altum tenens; (2) in alto extenſus. Ex ὕψι, & τείνω.

Ὑψιτένοντας, acc. pl. ab

Ὑψιτένων, οντος, ὁ, qui alta & erecta cervice incedere ſolet. Ex iiſd.

Ὑψιφαὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, altam lucem habens; (2) alte apparens; (3) celſus. Ex φάω.

Ὑψιφερὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in altum latus, ſublimis. Ναοὶ ὑψιφερεῖς, Ariſt. Nub. 305. Ab ὕψι, & φέρω.

Ὑψίφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, altum & elatum animum habens. Ex ὕψι, & φρήν.

Ὑψιχαίτης, ου, ὁ, alte comatus. Ex χαίτη.

Ὑψόθεν, *Adv.* ex alto, deſuper. Ab ὕψος.

Ὑψόθι, *Adv.* in alto, in ſublimi; (2) ſuper, ſupra; (3) alte, in altum. Ab eod.

Ὑψόπρωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, altam habens proram. Ex ὕψος, & πρώρα.

Ὑψόροφος, ου, ὁ ϗ ἡ, altam cameram ſeu concamerationem habens; (2) excelſus.

ὝΨΟΣ, εος, τὸ, altitudo, celſitudo, ſublimitas; (2) cacumen, faſtigium, vertex.

Ὑψόσε, *Adv.* in altum, in ſublime. Ab ὕψος.

Ὑψοῦ, *Adv.* alte, in alto; (2) in altum, Hom. Il. 1, 486. Ab eod.

Ὑψόω, ῶ, fut. ώσω, exalto, in altum tollo, extollo; ſublimo, Gl. Vet. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν ϗ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, Act. 5, 31. Οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Joann. 2, 14. ὑψωθήσεται, Luc. 18, 14. Ab ὕψος.

Ὑψώθη, 3. ſing. aor. 1. ind. paſſ. v. ὑψόω.

Ὑψωθῆναι, *ſublatum eſſe*, a. 1. inf. paſſ.

Ὕψωμα, ατος, τὸ, exaltatio, elevatio; (2) altitudo, ſublimitas; (3) res alta, ſ. illuſtris. Ab ὑψόω.

Ὑψώσας, a. 1. part. act. v. ὑψόω.

Ὑψώσῃ, 3. ſing. a. 1. conj. act.

Ὕψωσις, εως, ἡ, exaltatio, elevatio. Ab eod.

Ὕω, f. ύσω, pluo; (2) irrigo, pluvia perfundo. Οὐ γὰρ πώποτ' ἄνευ Νεφελῶν ὕοντ' ἤδη τεθέασαι; Ariſt. Nub. 369. Ὕσομεν πρώτοισιν ὑμῖν, ib. 1116.

Ὑώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſuillus, porcinus, ſui ſimilis; *metaph.* ſpurcus & immundus, ſtupidus. Ab ὗς. Hinc

Ὑωδία, ας, ἡ, porcina inſulſitas vel ſtupiditas, porcini mores.

Φ.

Φ, Litera Græcorum vigeſima prima, quæ φῖ appellatur, ortaque eſt ab Hebræorum Pe; (2) in numeris notat *quingenta*, at cum lineola inſerne appoſita ͵φ, *quingenta millia.*

Φᾶ, *dixit*, 3. ſing. a. 2. ind. act. *Ion.* & *Dor.* pro ἔφη, a φημί.

Φάανθεν, *viſi ſunt*, 3. pl. aor. 1. ind. *Ion.* & *Poët.* pro ἔφανθεν. & hoc *Bœot.* pro ἐφάνθησαν, a φαίνομαι, Hom. Il. 1, 200.

Φαάντατος, η, ον, ſplendidiſſimus, lucidiſſimus, quaſi a φααντὸς, quod eſſet lucidus. A φαίνω, *luceo.*

Φαάντερος, έρα, ερον, ſplendidior, *Compar.*

Φαβοτύπος, ου, ο, q. d. qui tundit & percutit columbas, genus accipitris. Ex φάψ, & τύπτω.

Φάγαινα, ης, ἡ, adfectus ſtomachi, quum vehementer appetens, cibum immodice ſumit, nec ſatiari vorando poteſt; (2) ulcus quoddam exedens & cancri genus; (3) morbus quidam favorum. A φάγος.

Φαγέδαινα, ης, ἡ, idem, ſed maxime, 2) Celſ. lib. 6. Ex φάγος, & ἔδω.

Φαγεδαινικὸς, ὴ, ὸν, phagedænicus, gangrænoſus, ut φαγεδαινικὰ ἕλκη. A præc.

Φαγέειν, aor. 2. inf. act. *Ion.* pro

Φαγεῖν, comedere, eſſe, manducare, Gl. Vet. aor. 2. ſine præſenti; ἔφαγον, comedi; φάγομαι, comedam, fut. 2. φάγε, comede, imperat. a. 2. ἐὰν φάγω, ſi comedam, Conj. φάγοιμι, Opt. φαγὼν, part. Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες, Ariſt. Plut. 253. Μὴ βρώσει ἐφάγομεν ἐκ τοῦ βασιλέως, 2 Sam. 19, 42. Τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, Apoc. 17, 16.

Φάγεσαι, pro φάγῃ, 2. ſing. præſ. ind. med.

Φαγέσωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, vorax, inexplebilis edo ſeu comedo, Poll. A φάγος.

Φάγημα, ατος, τὸ, id, quod comeditur, eſculentum. Ab eod.

Φαγήσια, ίων, τὰ, feſtum quoddam, in quo cibo ad ſatietatem uſque exhilarabantur. Alias & φαγησία, ας, ἡ, ſcil. ἑορτή. A φάγησις.

Φαγησιπόσια, ίων, τὰ, idem; dicitur & φαγησιποσία, ας, ἡ, ſcil. ἑορτή. Ex φάγησις, & πόσις, *potio.*

Φάγησις, εως, ἡ, comeſtio, voratio.

Φάγιλος, ου, ὁ, phagilus, agnus cum edulis eſſe incipit.

Φάγος, ου, ὁ, vorax, edax, comedo.

Φάγρος, ου, ὁ, Phil. φάγρος ἰχθὺς, piſcis dentatus, barbulus, puellius, dentex. Cretenſium lingua, ἡ ἀκόνη, i. e. cos. A φαγεῖν.

ΦΑ'ΓΩ, inuſ. Vid. φαγεῖν.

Φάγωντι, 3. pl. præſ. conj. act. Dor. pro φάγωσι.

Φάε, lucebat, 3. ſing. imperf. ind. act. Ion. pro ἔφαε, a φάω.

Φαέθων, οντος, ὁ, lucidus, ſolis epith. (2) ſtella Jovis. A φάω, luceo.

Φαεινὸς, ἡ, ὸν, ſplendidus, lucidus, fulgidus, nitens. A φαείνω.

Φαείνω, ſplendeo, luceo, fulgeo. Λαμπτῆρσι φαείνων αἰθομένοισιν, Odyſſ. 18, 342. A φάω.

Φαεσινὸς, ἡ, ὸν, lucidus. Ab eod.

Φαεσίμβροτος, ου, ὁ ϗ ἡ, lucem hominibus adferens, lucens hominibus. Ἐφάνη φαεσίμβροτος ἠώς, Hom. Il. 24, 785. Ex φάω, & βροτὸς, mortalis.

Φαεσφορία, ας, ἡ, lux, illuminatio. Call. in Dian. 11. A

Φαεσφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lucifer, lucem adferens. Ex φάος, & φέρω.

Φάζω, interficio; ut hinc ſit πεφασμένος, occiſus. Ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν σφῷν αὖ πέφασμαι καινὸς, Soph. Oed. Col. 1537. Significat etiam decretorius, ut Μῦθον ἀτιμήσαντι πεφασμένον, Il. 14, 127. A φάω.

Φάθι, dic, 2. ſing. præſ. imper. act. verbi φημί.

Φαιδιμόεις, όεσσα, όεν, illuſtris.

Φαίδιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem. A

ΦΑΙΔΡΟ'Σ, ρὰ, ρὸν, nitidus, ſplendidus; (2) hilaris, lætus, fauſtus, Gl. Vet. luculentus. Φαιδροτέρῃ γνώμῃ, Aret. Hinc

Φαιδρότης, ητος, ἡ, hilaritas, alacritas, Gl. Vet. feſtivitas; (2) ſplendor.

Φαιδρόω, ῶ, exhilaro, alacrem reddo.

Φαιδρύνεσθαι, præſ. infin. paſſ. v. φαιδρύνω.

Φαιδρυντὴς, οῦ, ὁ, ædituus; (2) lotor, mundator. A φαιδρύνω. Hinc

Φαιδρύντρια, ας, ἡ, lotrix, mundatrix.

Φαιδρύνω, hilaro, exhilaro; (2) ſplendidum, nitidum, aut terſum reddo, expurgo; (3) orno; (4) ungo, ap. Ioſ. Ὅτε φαιδρύνοιτο χρόα προχοῇσιν Ἀναύρου, Moſch. 2, 31. A φαιδρός.

Φαίδρυσμα, τὸ, quicquid nitidum ornatumve facit. Ern.

Φαιδρωπὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui hilari eſt vultu. Ex φαιδρὸς, & ὤψ.

Φαιδρῶς, nitide, ſplendide, laute, hilariter.

Φαίην, dixerim, a. 2. opt. act. v. φημί.

ΦΑΙΚΑ'ΣΙΟΝ, ου, τὸ, calceamenti genus atticum, dictum κονίπους. Clem. Al.

Φαῖμεν, 1. pl. a. 2. opt. act. v. φημί.

Φαινέμεν, præſ. inf. act. Ion. pro φαίνειν.

Φαινέσκετο, 3. ſing. imperf. ind. med. Ion. pro ἐφαίνετο, a φαίνομαι.

Φαινίνδα, ης, ἡ, genus ludendi pila. A φαίνω.

Φαινὶς, ἡ, anemone, ap. Laced.

Φαίνοισαι, nom. pl. fem. præſ. part. act. Dor. pro φαίνουσαι, a φαίνω.

Φαίνοιτο, 3. ſing. præſ. opt. med.

Φαινόλης, ου, ὁ, Gl. Vet. φαινόλης, τὸ φιλόνιον, penula. Al. Gl. V. φαινόλη, lacerna, penula.

Φαινολοθήκη, ης, ἡ, penularium, Gl. Vet. ubi penulæ reponuntur. Ex φαινόλη, & θήκη.

Φαινομένην, acc. ſing. præſ. part. med.

Φαινομένηφι, dat. ſ. per Paragog. ſyllabæ φι.

Φαινομηρὶς, ίδος, vel φαινόμηρις, ιδος, ἡ, quæ femora oſtendit; de Lacænis, Plut. Ex φαίνω, & μηρὸς, femur.

Φαίνω, f. φανῶ, in lucem edo, Gl. V. oſtendo; (2) defero; unde & φαίνοντες, quadruplatores; (3) luceo, appareo; quod proprie eſt φαίνομαι, Paſſ. φαίνομαι, appareo, Gl. Vet. φαίνεται, panditur, videtur, oſtenditur, apparet, Phil. φαινόμεθα, dignoſcimur, Phil. ἐφάνη, apparuit, a. 2. paſſ. Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, Joan. 1, 5. Ἄρηξον, ἐλθὲ, ϗ σκιὰ φάνηθί μοι, Eur. Her. fur. 496. Σὲ μὲν ἐν τῇ πόλει δεῖ τινα φαίνεσθαι, Dem. Phil. 4. A φάος, lux.

Φαιὸς, ὰ, ὸν, fuſcus, ſubniger, qui medio eſt inter candidum & nigrum colore, Gl. Vet. aquilus, pullus, fuſcus. Ab eod. Hinc

Φαιυρὸς, ἡ, ὸν, idem.

Φαιστὸς, ἡ, ὸν, ſeu φαῖστος, η, ον, luminoſus, lucens. Ab eod.

Φαιωχίτων, ὁ ϗ ἡ, pullatus, nigra veſte indutus.

Φάκελλος, & φάκελος, ου, ὁ, faſcis aut faſciculus. A σφάκελος.

ΦΑΚΗ~, vel φακὴ, ῆς, ἡ, lens, lenticula, lens cocta, ipſum ex lente pulmentum. Angl. **Lentils**. Hinc

Φάκινος, ίνη, ινον, qui ex lente eſt.

ΦΑΚΙ'ΟΛΟΣ, ου, ὁ, faſcis, faſciculus.

Φάκιον, ου, τὸ, lenticulæ decoctum aut cremor, Suic. Dim. a φακή.

Φακοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lenticulæ ſimilis, Gl. Vet. lenticularis. Ex φακὸς, & εἶδος.

Φακοπτισάνη, ης, ἡ, edulium ex lente & ptiſana. Ex φακὸς, & πτισάνη.

Φακὸς, οῦ, ὁ, lens cruda, ut volunt Gramm. ſed promiſcue cum φακὴ dicitur; (2) lenticula, i. e. vas lenticulatum, aut lenticulæ forma, quo aqua calente aut oleo pleno fotus adhibebantur; (3) vas, in quo mortuorum cineres conduntur; (4) faciei lenticula, lentigo, verruca, facies verrucoſa; (5) nigra quædam oculi macula, Gl. Vet. lens, lentigo; φακὸς προσώπου, faciei nævus, Ph. A φακή.

Φάκοψις, lentiginoſus, ſparſo ore, Ph. Ex φακὸς, & ὄψις, vultus.

Φακώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lenticolor, qui lentis colorem refert. A φακός.

Φακωτὸς, ἡ, ὸν, lenticulatus, in modum lentis conformatus. Ab eod.

ΦΑ'ΛΑ, ornamentum galeæ, Suid.

Φαλαγγάρχης, ου, ὁ, præfectus phalangis. Ex φάλαγξ, & ἀρχή. Hinc

Φαλαγγαρχία, ας, ἡ, imperium quod habet is, qui phalangi præeſt.

Φαλαγγηδὸν, Adv. per phalanges; (2) turmatim. A φάλαγξ.

Φαλαγγιόδηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, morſus a phalangio, aranei genere. Ex φαλάγγιον, & δάκνω.

Φαλάγγιον, ου, τὸ, aranei genus, a crurum longiorbus internodiis dictum; (2) herba quædam. A φάλαγξ.

Φαλαγγίτης, ου, ὁ, miles legionarius; (2) herba quædam. Ab eod.

Φαλαγγιτικὸς, ἡ, ὸν, ad phalangem pertinens, e phalange ſumptus, &c.

Φαλαγγομαχέω, phalange, peditatu pugno. A

Φαλαγγομάχης, ου, ὁ, phalangibus pugnans. Ex φάλαγξ, & μάχομαι.

Φαλαγγόω, ῶ, efferor, in ferinam naturam vertor, irritor. A φάλαγξ. Hinc

Φαλάγγωμα, ατος, τὸ, pompa quædam in Bacchanalibus.

Φαλάγγωσις, εως, ἡ, oculi adfectio, quum cilium introſpectat, ita ut pili oculum compungant. Ab eod.

Φάλαγξ, αγγος, ἡ, proprie quædam acies Macedonum, ut legio Rom.; (2) peditatus; unde legio, acies, cohors, Ph. internodium, Gl. Vet. tarantula, Gl. Vet. araneus; φάλαγγες etiam ligna, quibus naves fulciuntur.

ΦΑ'ΛΑΙΝΑ, ης, ἡ, cicindela, lampyris, quæ noctu lucernis advolat, Nic. Th. 760. (2) balæna, Ariſtoph. Veſp. 35.

Φαλάκρα, ας, ἡ, calvities, calvitium, calvaria, calvarium, Gl. V.

Φαλακράω, calveo, Gl. V. A præc.

Φαλακροειδὴς, ὲς, qui calvus eſſe videtur. Ab εἶδος.

ΦΑΛΑΚΡΟ'Σ, ρὰ, ρὸν, calvus. Hinc

Φαλακρότης, ητος, ἡ, calvitium, calvities.

Φαλακρόω, calvum reddo; calvo, Gl. Vet. φαλακροῦσθαι calveſcere, Gl. V. Hinc

Φαλάκρωμα, ατος, τὸ, calvitium.

Φαλάκρωσις, εως, ἡ, idem, Aret.

Φαλανθίας, ου, ὁ, calvus. A φάλανθος.

Φάλανθος, calvus. Ex φαλὸς, & ἄνθος, flos.

Φάλαρα, ων, τὰ, phaleræ, ornamenta equorum aut equitum; (2) lora. A φαλός.

Φαλαρὶς, ίδος, ἡ, phalaris, avis quædam marina ſeu paluſtris. Ab eod.

Φαλαρισμὸς, ὁ, crudelitas. A Phalaride.

Φαληριάω, ῶ, albeſco ſpuma; unde φαληριόωντα pro φαληριῶντα, Il. 13, 799. A

Φαληρὸς, ρὰ, ρὸν, albus, ſpumeus; (2) Subſt. ferrum galeæ. A φαλός.

Φάλης, ητος, ὁ, idem quod φαλλός, ſc. & φαλῆς.

Φαλιόπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, albos pedes habens.

Φάλιος, ία, ιον, albus, ſplendidus. A φαλός.

Φαλλαγώγια, ων, τὰ, feſtum Priapo celebrari ſolitum. Ex φαλλός, & ἀγωγή.

Φαλληφόρια, ίων, τὰ, idem. A φαλλοφόρος.

Φαλλικὸς, ἡ, ὸν, phallicus, ad phallos pertinens. A φαλλός.

Φαλλοβάτης, ου, ὁ, Priapi conſcenſor. Ex φαλλὸς, & βαίνω.

ΦΑΛΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, penis ligneus vel coriaceus; vel lignum oblongum, in ſummo habens penem ligneum aut coriaceum.

Φαλλοφορέω, phallum geſto. A

Φαλλοφόρος, ου, ὁ, qui in ſacris Priapi phallum vel veretrum geſtat. Ex φαλλὸς, & φέρω.

ΦΑΛΟ'Σ, ſplendidus; (2) albus.

ΦΑ'ΛΟΣ, ου, ὁ, conus galeæ.

Φᾶμαν, acc. ſing. Dor. pro φήμην.

Φαμὲν, 1. pl. præſ. ind. act. verbi φημί.

Φάμενοι, nom. plur. a. 2. part. med.

Φαμὶ, Dor. pro φημὶ, dico.

Φὰν, dicebant, 3. pl. imperf. ind. act. Ion. & Bæot. pro ἔφησαν.

Φαναὶ, ῶν, αἱ, ſ. φάναι, ſplendores, illuminationes. Μυστηρίων τε τῶν ἀπορρήτων Ἔδειξεν Ὀρφεὺς, Eur. Rheſ. 943. A φανός.

Φάναι, dicere, præſ. inf. verbi φημί,

Φανάριον, τὸ, Dim. a φάνιον, ſed non bonum verbum. Ern.

Φανείη, aor. 2. opt. paſſ. verbi φαίνομαι.

Φάνεν, apparuerunt, 3. plur. aor. 2. ind. paſſ. Ion. & Bœot. pro ἐφάνησαν.

Φανερολογία, ἡ, cum quid palam dicitur.

Φανερόμισος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui palam odit, Ariſt. Ethic. l. 4. c. 3. Ex μῖσος.

Φανεροποιέω, ῶ, declaro, Gl. Vet. Φανεροποιῆσαι, certiorare. Ex φανερὸς, & ποιέω.

Φανεροποίησις, εως, ἡ, declaratio, manifeſtatio. A pr.

Φανερὸς, ρὰ, ρὸν, manifeſtus, evidens, apertus, clarus, illuſtris, celebris. A φαίνω.

Φανερόφιλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui palam amat, Ariſt. Ethic. l. 4. c. 3.

Φανερόω, ῶ, f. ώσω, manifeſtum facio, declaro, clarum efficio, manifeſto, illuſtro, propalo. Gl. V. φανεροῦμαι, clareſco, pateſio. Φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, 1 Cor. 4, 5. Φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ, Joann. 7, 4. Τότε ϗ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ, Col. 3, 4. A φανερός.

Φανερῶς, Adv. manifeſte, evidenter, aperte, palam. Ab eod.

Φανερώσει, 3. ſing. f. 1. indic. act. verbi φανερόω.

Φανέρωσις, εως, ἡ, manifeſtatio, patefactio, declaratio. A φανερόω.

Φάνεσκε, oſtendit, 3. ſing. a. 2. ind. act. Ion. pro ἔφανε, a φαίνω.

Φάνη, apparuit, 3. ſing. aor. 2. ind. paſſ. Ion. pro ἐφάνη, a φαίνομαι.

Φανήῃ, videatur, 3. ſing. aor. 2. conj. paſſ. per Epentheſ. pro φανῇ.

Φανήμεναι, aor. 2. infin. paſſ. Dor. pro φανῆναι.

Φανῇς, apparueris, 2. ſing. aor. 2. conj. paſſ.

Φάνης, ητος, ὁ, ſol; (2) amor. A φαίνομαι, quod iſte quotidie quaſi novus exſiſtat, hic primus e chao apparuerit.

Φανήσεται, 3. ſing. f. 2. ind. paſſ. v. φαίνω.

Φανητιάω, ῶ, videri aliquid volo. Ab eod.

Φανήτω, 3. ſing. aor. 2. imper. v. φαίνω.

Φανθεὶς, qui apparuit, a. 1. part. paſſ.

Φανίον, ου, τὸ, laternula, facula, Dim.

Φανόπτης,

Φανόπτης, ου, ὁ, laterna. Ab ὄπτομαι.

Φανὸς, ὴ, ὸν, lucidus, ſplendidus. A φαίνω.

Φανὸς, οῦ, ὁ, laterna, candela, Gl. V. Λαμπτὴρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσι, Galen.

Φανόω, idem quod φαίνω. *Strab.*

Φαντάζω, fut. άσω, apparere facio, ſpeciem præbeo, oſtendo; (2) Φαντάζομαι, imaginem ſeu ſpeciem mente concipio, imaginor, contemplor; (3) accuſor; (4) oſtento me, tanquam mirandum quoddam ſpectaculum in omnium oculos incurro. Σὺ δὲ μόνα σπέρματα φαντάζῃ τὰ εἰς γῆν, ἢ μήτραν καταβαλλόμενα, M. Anton. 4, 22. Μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται, appareat, Eur. Ph. 93. Μὴ δὲ φαντάζου δόμων πάροιθε τῶνδε, id. Andr. 875. Φαντασθῆναι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου, M. Anton. 1, 14. Ab eod. Hinc

Φαντασία, ας, ἡ, viſio, vana viſio, imago, vanitas, Ph. ſpecies; *it.* quod ad ſpeciem modo fit.

Φαντασιαστικὸς, ὴ, ὸν, ad viſiones concipiendas aptus. Ab eod.

Φαντασιοδοκητὴς, οῦ, ὁ, genus hæretici, qui Chriſtum non verum hominem fuiſſe, ſed tantum ſpeciem corporis habuiſſe dicit. A δοκέω.

Φαντασιοκοπέω, ῶ, fut. ήσω, imaginationibus indulgeo, iiſque me inaniter vexo. Μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου, Sapient. Sirach. 4, 30. Ex φαντασία, & κόπος.

Φαντασιοπλήκτως, cum ſtupore hominum, homines ſpecie quadam obſtupefaciendo. A πλήσσω.

Φαντασιόω, ῶ, fut. ώσω, imaginibus ludo, inani ſpecie decipio. A φαντασία.

Φάντασμα, ατος, τὸ, viſum, ſpectrum, Ph. viſio vana, larva, oſtentum, prodigium. Φαντάσματα γὰρ ἀλλ' οὐκ ὄντα ποιοῦσι, Plato de Republ. lib. 10. A φαντάζω. Hinc

Φαντασμάτιον, ου, τὸ, parvum viſum, Dim.

Φανταστικὸς, ὴ, ὸν, qui facile viſiones & imaginationes concipit. Ab eod.

Φανταστικῶς, *Adv.* concipiendo viſiones.

Φανταστὸς, ὴ, ὸν, efficiens aut concipiens viſiones. Ab eod.

Φαντὶ, 3. plur. præſ. ind. act. *Dor.* pro φασὶ, a φημί.

Φανῶσι, 3. pl. aor. 2. conjunct. paſſ. verbi φαίνομαι.

Φάο, *dixiſti*, 2. ſing. aor. 2. ind. med. *Ion.* pro ἔφασο, a φημί.

Φαόβιος, ὁ ϗ ἡ, ſplendidum (v. c. aureum) arcum habens. A βιός.

Φάος, εος, τὸ, lumen, lux, dies, ſolis ortus, diluculum; (2) oculus; φάη, oculi; (3) vita, ſalus; (4) victoria, gaudium. Φάεα μουνόγληνα, σάκει ἶσα τετραβοείῳ, Callim, Hymn. in Dian. 53. Lumina unocula, clypeo æqualia quadruplici. A φάω.

Φαράγγιον, ου, τὸ, parva convallis, Dim. a φάραγξ.

Φαραγγώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, abruptus, præruptus. Ab eod.

ΦΆΡΑΓΞ, αγγος, ἡ, vallis, convallis, Ph. vorago, Gl. V. hiatus.

Φαραὼ, ὁ, Pharao. Nomen Hebr. ἄκλιτον. *Vindex.*

Φαρέεσσι, dat. plur. *Ion.* & *Poët.* pro φάρεσι, & φᾶρος, *palla.*

Φαρὲς, ὁ, Phares. Nomen Hebr. ἄκλιτον. *Ruptura.*

ΦΑΡΈΤΡΑ, ας, ἡ, pharetra, theca ſagittarum, *Ion.* φαρέτρη.

Φαρετρεὼν, ῶνος, ὁ, idem.

Φαρέτριον, ου, τὸ, parva pharetra. Dim.

Φαρετροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, pharetram geſtans. Ex φαρέτρα, & φέρω.

ΦΑΡΙΚΟΝ, ου, τὸ, genus veneni.

Φάριον, ου, τὸ, laneum redimiculum. A φᾶρος.

Φαρισαῖος, ου, ὁ, Phariſæus. Vox Hebr. *Separatus.*

Φαρκιδόω, ῶ, rugo, capero. A φαρκίς.

Φαρκιδώδης, εος, ὁ, ϗ ἡ, rugoſus. Ab eod.

ΦΑΡΚΊΣ, ίδος, ὁ ϗ ἡ, ruga.

Φαρμάζω, inficio; item curo, V. Lex.

Φαρμακάω, ῶ, refertus ſum medicamentis; (2) indigeo medicamentis, expeto medicamenta. Ab eod.

Φαρμακεία, ας, ἡ, veneficium; (2) ipſe medicandi actio; (3) ipſa medicamenta. A φαρμακεύω.

Φαρμακεὺς, έως, ὁ, magus, veneficus. Ph. venenarius. A φάρμακον.

Φαρμακευτὴς, οῦ, ὁ, idem. A φαρμακεύω.

Φαρμακευτικὸς, ὴ, ὸν, ad veneficia pertinens; (2) pertinens ad medicamenta. A

Φαρμακεύω, f. εύσω, veneficio aut veneno utor; (2) præſtigiis utor; φαρμακεύομαι, medicamento purgante utor. A φάρμακον.

Φαρμακικὸς, ὴ, ὸν, medicamentarius, Gl. V.

Φαρμάκιον, ου, τὸ, medicamentum. Ab eod.

Φαρμακὶς, ίδος, ἡ, venefica. Ab eod.

Φαρμακίτης, ου, ὁ, *Epith.* vini Pramnii, a ſalubritate. *Euſt.*

Φαρμακόεις, όεσσα, όεν, medicamentarius, medicamenti vim habens; (2) pigmentarius; (3) venenatus. Ab eod.

ΦΑΡΜΑΚΟΝ, ου, τὸ, pharmacum, medicamentum, medicamen; (2) venenum, veneficium; (3) pigmentum, Ph.

Φαρμακοποιέω, medicamenta, venena facio.

Φαρμακοποιὸς, οῦ, τὸ, qui medicamenta conficit, pharmacopœus; (2) venenarius, Gl. Vet. Ex φάρμακον, & ποιέω.

Φαρμακοποσία, ας, ἡ, medicamenti potus ſeu hauſtus; (2) veneni potus ſeu hauſtus. Ex φάρμακον, & πόσις, *potio.*

Φαρμακοποτέω, ῶ, f. ήσω, medicamentum bibo ſeu ſorbeo. Ex φάρμακον, & πότης.

Φαρμακοπωλέω, ῶ, ſum pharmacopola, vendo medicamenta. Ex φάρμακον, & πωλέω.

Φαρμακοπώλης, ου, ὁ, medicamentorum & pigmentorum venditor, pharmacopola. Gl. V. aconitarius, pigmentarius.

Φαρμακὸς, οῦ, ὁ, veneficus, maleficus; Ph. magus, incantator. A φάρμακον.

Φαρμακοτρίβης, ου, ὁ, qui pharmaca terit & apparat; (2) qui pharmaca vendit. Ex φάρμακον, & τρίβω.

Φαρμακότριψ, βος, ὁ, idem & ex iiſd.

Φαρμακουργος, ὁ, idem quod φαρμακοποιός. Ab ἔργον.

Φαρμακοφόρος, ον, ferax venenis, ſ. herbis venenatis. A φέρω.

Φαρμακόω, ῶ, f. ώσω, pharmaca ſeu medicamenta miſceo. A φάρμακον.

Φαρμακτὴρ, ῆρος, ὁ, veneficus, qui veneno inficit. A φαρμάσσω.

Φαρμακτήριος, α, ον, idem.

Φαρμακώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, medicamentarius, medicamenti vim habens; (2) venenatus, veneno tinctus. A φάρμακον.

Φαρμακὼν, ῶνος, ὁ, officina tinctorum.

Φαρμάκων, ωνος, ὁ, qui medicamentis ſeu venenis læſus eſt. Ab eod.

Φάρμαξις, ιως, ἡ, tinctura, immerſio; (2) maleficium. Gl. V. veneficium. A

Φαρμάσσω, ſ. άττω, f. άξω, veneno adficio vel inficio, veneno noceo. Gl. Vet. veneno; (2) lenocinio adficio, adultero, fuco; (3) intingo, immergo. Ἀλλ' ἢ πεφάρμαχθ'; ἢ κακόν τι μέγα πέπονθατ' ἄλλο, Ariſt. Θεσμ. 541. Φαρμάσσων πέλεκυν, Odyſſ. 9, 393.

ΦΑ͂ΡΟΣ, vel φάρος, εος, τὸ, palla, pallium, veſtis exterior, velum, velamen, tegmen.

ΦΆΡΟΣ, ου, ὁ ϗ ἡ, turris maxima prope Alexandriam, navigantibus nocturno tempore lumen præbens; (2) quævis turris ejuſmodi.

Φαρόω, aro.

Φάρσος, τὸ, velamen, tegumentum, veſtis ſtragula, veſtimentum.

Φαρυγγέθρον, τὸ, idem quod

